


DE INCERTI POETAE CONSOLATIONE AD LIVIAM DEQUE CARMINUM CONSOLATORIORUM APUD GRAECOS ET ROMANOS HISTORIA.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGA

QUAM CONSENSU ET

AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM

IN

ACADEMIA PHILIPPINA MARBURGENSI ORDINIS

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

EDIDIT

OTTO SCHANTZ
COLONIENSIS

MARBURGI CATTORUM.
TYPIS FRIEDERICI TYPOGRAPHI ACADEMICI.
MDCCCLXXXIX.

PARENTIBUS.

Praefatio.

Tractare conatus sum consolationem ad Liviam Ausgusti uxorem de morte Drusi Neronis filii qui anno IX p. Ch. n. in Germania morbo periit, ab incerto quodam poeta romano scriptam Ovidioque falso attributam. Cui carmini inscribitur consolatio ad Liviam Augustam; inde ab Hauptio epicedion quoque Drusi appellant. Atque duas maxime in res tractandas animum induxi, primum enim inquirere studui, quantopere consolationis ad Liviam scriptor se applicaverit ad Ovidium ceterosque poetas romanos, deinde fieri non potuit quin deducerer ad cetera eiusdem generis carmina consolatoria ex antiquitate nobis tradita. De Graecorum autem et Romanorum scriptis consolatoriis, quae non sunt versibus composita et debentur philosophis et rhetoribus antiquis, plane iam disseruit vir doctus Carolus Buresch[1]) et imprimis hic perspicue explanavit, a quibus originibus consolationes ortae et excultae sint et quomodo inter se cohaereant argumentis philosophicis. Hic quoque concedit (p. 4) principia huius litterarum generis deberi antiquissimis poetis et poetas eodem modo quo in ceteris rebus etiam in consolationibus praecessisse philosophos et postea philosophos optima quaeque e veterum poetarum carminibus excerpsisse. Atque pergit Buresch (p. 5): »*Epicediorum et threnorum genus antiquissimum non solum mortuos deflebat sed etiam superstites consolabatur.*« Qua de re cum nondum extet tractatio quantum scio, equidem secundo loco mihi proposui delineare quasi historiam carminis consolatorii apud Graecos et Romanos, unde clarius illustretur consolatio ad Liviam. Itaque sic quaestionem instituam, ut primo

1) Consolationum a Graecis Romanisque scriptarum historia critica. Lips. 1886.

loco agam de consolatione ad Liviam duabusque elegiis quae sunt de obitu Maecenatis, tum disseram de ceteris Graecorum et Romanorum carminibus consolatoriis, unde orta sint et quomodo exculta, non neglegens comparationem cum iis consolationibus quae prosa oratione sunt conscriptae ita ut symbola quasi haec videri possit ad historiam morum antiquorum. Neque vero hanc quaestionem incipiam inscius illarum difficultatum quae mihi obstabunt duas maxime ob causas, ac primum quidem quia maxima pars poesos lyricae Graecorum nobis non est tradita nisi fragmentis immo vero fragmentorum fragmentis, deinde quia fieri non poterit quin excutientem me ea quae nobis reliquerunt poetae lyrici Graecorum et Romanorum, et ea quae spectant ad consolandum conquirentem multa certe effugerint et ea fortasse magni momenti. Attamen quae invenire mihi contigit, paucis hoc loco explanare mihi liceat.

Caput I.

De incerti auctoris consolatione ad Liviam duabusque elegiis de obitu Maecenatis.

Consolationis ad Liviam Augustam scriptae auctor hanc adhibuit consolandi argumentationem distributam in partes tres, quarum ambitus vix casu paene paribus versuum numeris continentur: prima carminis parte (1—166) postquam expositum est quanto luctu Livia morte praeclarissimi filii sit affecta (1—58) et cetera commemorata sunt domus augustanae funera (59—84), ostenditur maeror et Tiberii fratris (85—94) et matris (95—166). Altera deinde parte (167—328) describuntur exequiae magnificentissime cum summo dolore publico et civitatis et exercitus atque adeo deorum (221—252) institutae, et comploratur uxor superstes (299—328). Tum vero tertio parte (329—474) sequitur ipsa consolatio his argumentis instructa: mortuus certe versatur in beatorum sedibus inter maiores illustres (329—342); noli nimis dolere respiciens tuam dignitatem (343—356); omnibus scilicet nobis imminet mors neque inglorius ille obiit (357—392); adde quod absens tibi est abreptus et dolor pervenit ad te gradatim, iam antea prodigiis caelestibus praenuntiatus (393—410); non una amisisti filium (428—444); ipse Drusus e Tartaro ad lucem emissus te consolabitur gloriam ostentans quam sit assecutus longa vita meliorem (445—474).

Hoc carmen nobis non est traditum nisi nonnullis codicibus recentioribus (Dresdensi, Laurentiano, Urbinate, Londino), qui omnes sunt exeuntis saeculi quinti decimi. Aemilius Baehrens

qui nuperrime hoc epicedion Drusi edidit[1]), hos codices derivatos esse putat ex Ovidii editionibus principibus, quarum altera Romae altera Bononiae anno MCCCCLXXI prodiit. Quod iudicium profligavit vir doctus Carolus Schenkl[2]), qui non solum ostendit editione Bononiensi cuius exemplar bene conservatum extat in bibliotheca collegii britannici regii Cantabrigiensis prorsus non contineri consolationem ad Liviam, sed etiam editione Romana cum libris mss. accuratissime collata demonstrat in codicibus inveniri locos corruptos quos editio Romana iam praebuerit emendatos. Nequit igitur dubitari, quin libri mss. quamvis sint recentiores, tamen non sint derivati ex editione Romana, Baehrensiumque errare apparet. Inter quattuor codices supra commemoratos archetypo proximus esse videtur Urbinas. Editiones autem illae quae postea Parmae anno MCCCCLXXVII et Vincentiae anno MCCCCLXXX prodierunt et duae Venetae quas Hauptius[3]) affert se applicaverunt non ad Romanam sed ad eam quae Venetiis anno MCCCCLXXII excussa neque multum dissimilis est a Londino.

Ovidio vero consolationem ad Liviam adscribunt et codices et editiones veteres, cum omnes fere parva verborum discrepantia sic carmini inscribant: »*Publii Ovidii Nasonis consolatio ad Liviam Augustam de morte Drusi Neronis filii eius qui in Germania morbo periit.*« Etiam in illa vita Ovidii quam praebet Laurentianus, inter cetera Ovidii opera nostri quoque carminis fit mentio tamquam »*carminis, quod nuper inventum est.*« Sed ut falso epicedion Drusi Ovidio adscribi putemus, adducimur cum eo quod Ovidius ipse in illa omnium suorum operum enumeratione quae extat in Tristibus (II. 61 sqq.), non commemorat hanc consolationem, tum et parva dictionis facilitate et dictis Ovidio prorsus contrariis.. Quorum ut unum pro multis afferam, in epicedio, versu 225, Tiberinus »*uberibus oculis lacrimarum flumina mittit*«, et versu 232 Mars loquitur »*haud siccis genis*«; quod refellitur Met. II. 621, ubi dicitur »*neque enim cae-*

1) Poetae latini minores, tom. I. p. 97 sqq.

2) »Wiener Studien«, tom. II. 1880. p. 56 sqq.

3) M. Hauptius in ea oratione quam rector habuit Lipsiae prid. Kal. Nov. a. 1849; opusc. tom. I. p. 315.

lestia tingui ora decet lacrimis«. Sed quid moror in rebus iam ab aliis demonstratis? Nam quin consolatio ad Liviam ab Ovidio non sit composita, nostra aetate nemo certe erit qui dubitet. Sed discrepant inter se viri docti, cui scriptori et cui aetati illud carmen sit tribuendum, Scaliger enim et Heinsius et Valckenarius[1]) permagni aestimaverunt epicedion et magnopere laudaverunt neque antiquitati vindicare sunt veriti. Hauptius[2]) autem vehementer invectus est in carminis auctorem multaque et in oratione et in rebus neglecta ac naeva reprehendens eo argumentando pervenit, ut saeculo decimo quinto a docto quodam Italo epicedion compositum esse censeat. Quod Hauptii iudicium comprobaverunt Lachmannus et Lucianus Mueller[3]) et J. Maehly[4]). Deinde Gruppe quamquam in eo libro, quem de elegia romana scripsit, consolationem antiquam esse negaverat[5]), et in Mino suo se applicaverat ad Hauptii sententiam[6]) tamen postea in Aeaco dixit epicedion statim post Drusi funera esse compositum[7]). Adler[8]) autem existumat consolationem ad Liviam quamquam Ovidium non habeat auctorem, tamen artissime se applicare ad dictionem Ovidianam et deberi alicui poetae Ovidio aequali. Postea Aemilius Huebner de epicedio Drusi dissertationem Hermae inseruit[9]), qua docuit quantopere epicedion pendeat ex aliorum poetarum romanorum carminibus, et in secundo post Chr. natum saeculo id ponendum esse putat. Aemilius Baehrens in consolationis nostrae editione[10]) tribuit eam equiti cuidam romano musis dedito Drusique funeribus aequali, et

1) M. Haupt opusc. I. p. 315.
2) cf. p. 4. adnot. 3.
3) De re metr. 1861. p. 50.
4) Observationes de Drusi atque Maecenatis epicediis etc. Basil. 1873.
5) Berol. 1839. I. p. 389.
6) Lips. 1859. p. 493 sqq.
7) Berol. 1871. p. 156 sqq.
8) De P. Ovidii Nasonis quae fertur consolatione ad Liviam Augustam de morte Drusi Neronis filii eius scripsit F. Th. Adler. Anclam. 1851.
9) Herm. XIII. 1878. p. 145 sqq.
10) P. L. M. I. 1879. p. 97 sqq.

Carolo Schenklio[1]) hoc epicedion una cum duabus elegiis de obitu Maecenatis scriptis in aliqua schola rhetorica primo post Chr. n. saeculo exercendi causa compositum esse videtur. Videatis quantopere inter se discrepent virorum doctorum sententiae.

Propius vero accedamus ad rem. Ac primum quidem epicedii scriptorem diligentissime secutum esse Ovidium non intellegere nequit qui memoria teneat Ovidii carmina. Praetera ad Propertium, Vergilium, Catullum, Tibullum se applicasse consolationis ad Liviam auctorem cognoscitur e permultis huius rei exemplis, quae praebent Hauptii et Huebneri de epicedio dissertationes.

Ea autem quae adhuc attuli omnia spectant ad dictionem neque ad res in carmine prolatas. Quas nunc accuratius nos contemplari velim. Hauptius summa doctrina et subtilitate explanavit omnia, quae in consolatione ad Liviam narrantur, e Senecae, Suetonii, Cassii Dionis, Servii libris incertum illum poetam sumere potuisse neque quicquam in illo carmine referri quod nos cogeret, ut Neronis morti consolationem aequalem esse putaremus. Mihi quoque haec res ita se habe re videtur, sed non in XV saeculum carmen hac de causa differendum esse existumo. Priusquam autem certius iudicium faciemus, paullum moremur in contemplando, quantopere consolationis scriptor compilaverit Senecae consolationes, imprimis eas, quas ille scripsit ad Marciam et ad Polybium. Nam inde definitio temporis certissima datur.

Ac primum quidem videamus, quibus rebus epicedion nostrum congruat cum consolatione ad Marciam scripta. Statim in exordio (c. 2) Seneca describit, quantopere Octavia doluerit Marcellum, quod etiam in epicedio commemoratur v. 44. Tum capite III Seneca narrat Liviam amisisse Drusum filium, cuius capitis permulta vestigia inveniuntur in epicedio. Nam Senecae illud »*magnum futurum principem*, *iam magnum ducem*«, congruit cum epicedii versu 141: »*maximus ille armis*, *maximus ille toga*«. Id quoque quod sequitur apud Senecam: »*in-*

11) Wiener Studien II. 1880. p. 56 sqq.

traverat penitus Germaniam, et ibi signa romana fixerat, ubi vix ullos esse Romanos notum erat«, et id quod dicit in consolatione ad Polybium [1]) (c. XV. 5): »*Tiberius Caesar .... Drusum .... fratrem intima Germaniae recludentem et gentes ferocissimas romano subicientem imperio .... amisit«*, compluribus epicedii locis agnoscimus; ita vv. 15—20, imprimis vv. 19/20: »*ignotumque tibi meruit Romane triumphum; protulit in terras imperiumque novas«*, praeterea v. 391: »*et modo Germanus Romanis cognitus orbis«*, et v. 457: »*consul et ignoti victor Germanicus orbis.«* Deinde ea quae Seneca dicit de maerore publico totius Italiae, comparari possunt cum epicedii vv. 173—190. (Etiam cum Tacito [2]) valde congruit hoc loco consolatio, qua ex re quamquam Hauptius [3]) imprimis fascium commemoratione commotus concludit Taciti scriptis epicedii scriptorem usum esse, ego puto apparere has fuisse caerimonias plerumque usitatas.) Hoc quoque Senecae: »*non licuerat matri ultima filii oscula gratumque extremum sermonem haurire«*, bis affert epicedion, ac primum quidem, v. 97, quasi gravioris tristitiae causam, alterum, v. 393, ad consolandum. (Quod idem argumentum bis contrario sensu allatum iure reprehendit Haupt p. 334). Cetera capitis tertii parte Seneca Marciae commendat modestiam dolendi, quam docet exemplo Liviae, quae »*non plus doluerit quam aut honestum erat in Caesare aut aequum in filio«*. Item ad Polybium scribit Seneca c. VI. 2: »*nihil te plebeium decet, nihil humile; quid autem tam humile ac muliebre quam consumendum se dolori committere?«* Etiam epicedion adhortatur Liviam ne nimis doleat v. 345: »*quid deceat Drusi matrem matremque Neronis aspice etc.«* Deinde vv. 209/210 congruunt cum Seneca qui in capite IV dicit »*Augustum subducto altero adminiculo titubasse.«* Neque minus illud consolacii momentum quod eodem capite affert: »*Tiberii pietas efficiebat, ut in illo acerbo et defleto gentibus funere nihil sibi nisi numerum deesse sentiret* (scil. Livia)«, etiam praebent epicedii vv. 411—414 et v. 471,

---

1) Consolationem ad Polybium iam hic nonnullis locis mihi liceat afferre, ne infra iidem epicedii versus iterum mihi sint citandi.

2) Tac. ann. III. 2.

3) opusc. I. p. 354.

ubi alter filius superstes commemoratur sicut consolacium materni doloris. Praeterea cum eodem Senecae loco comparandi sicut epicedii vv. 1—6 et v. 149 sqq., ubi Livia dolet numerum filiorum deminutum. Capite VI. 2 Seneca dicit: »*nullis planctibus defuncta revocantur*; *sors immota et in aeternum fixa nulla miseria mutatur, et mors renuit quidquid abstulit*; *desinat dolor qui perit.*« Eandem sententiam legimus in epicedii vv. 427 et sqq: »*supprime iam lacrimas*, *non est revocabilis istis*, *quem semel umbrifera navita lintre tulit*;« quod sequentibus versibus exemplis probatur. Aliud deinde Seneca affert consolationis argumentum capite X. 5: »*mors enim illi denuntiata nascenti est*«, quod extat etiam in epicedii vv. 359 et 360: *tendimus huc omnes*, *metam properamus ad unam. Omnia sub leges mors vocat atra suas.*« Eandem sententiam Seneca profert in consolationis ad Polybium scriptae capite X. 4: »*si quis pecuniam creditam solvisse se moleste ferat*, *eam praesertim cuius usum gratuitum acceperit*, *nonne iniustus vir habeatur? dedit natura vitam.... debitum exegit*;« conferendus est versus 369: *vita data est utenda*, *data est sine fenore nobis mutua nec certa persoluenda die.*« Immo vero laudat Seneca illum, »*qui nuntiata filii morte exclamaverit: ego cum genui*, *tum scivi moriturum*«, (c. XI 2). In consolatione ad Marciam scripta deinde (c. X. 6) Seneca queritur »*fortunae regnum durum atque invictum*, *cuius arbitrio digna atque indigna passuri sunt homines*«, de qua re etiam agit in cons. ad Polyb. (c. XVI. 4). Epicedion quoque vv. 51 sqq. accusat fortunam instabilem atque iniustam. (Eadem voce »*singultus*« quam invenimus in epicedii v. 120, sumpto ex Ovidii Tristibus [I. 3. 42], etiam Seneca utitur c. XI. 4; equidem puto fieri potuisse, ut epicedii scriptori cum legeret hanc vocem apud Senecam, in mentem veniret ille versus Ovidianus.) Capite XV. 2 clades illas Seneca affert quibus domus Augusti, liberis et nepotibus mortuis, sit affecta, quod in epicedio quoque narratur vv. 65—72. Sententia illa quae extat in consolationis ad Marciam capite XII. 4: »*ne deos quidem fabulae immunes reliquerunt*, *puto*, *ut nostrorum funerum levamentum esset*, *etiam divina concidere*«, etiam epicedion utitur, ut Liviam consoletur exemplo Thetidis, quae quamquam dea fuerit amiserit filium

(v. 443 sqq.). Novum argumentum in c. XX. 4 a Seneca infertur, cum dicat: *cogita quantum boni opportuna mors habeat, quam multis diutius vixisse nocuerit*«, quod probatur exemplis Cn. Pompei, M. Ciceronis, M. Catonis; »*nihil ergo illi mali immatura mors attulit; omnium enim malorum remisit patientiam*«, quae sententia capitibus sequentibus planius illustratur. Illud quod legimus apud Senecam c. XXIV. 1: »*incipe virtutibus illum, non annis, aestimare: satis diu vixit*«, valde congruit cum epicedii vv. 446 et 448: »*quid numeras annos?*« .... *acta senem faciunt.*« Postremo id commemorandum mihi esse videtur, quod et apud Senecam et in Drusi epicedio inducitur mortuus ipse, ut consoletur consolandam.

Vertamus nunc, si placet, ad alteram consolationem quam Seneca scripsit ad Polybium.[1]) In exordio (c. I. 2) dicitur fore ut aliquo die universus mundus, divina et humana dissipentur neque igitur fas esse, singulas animas complorare, quod etiam in epicedio extat, vv. 361 sqq.: »*ecce necem intentam caelo terraeque fretoque casurumque triplex vaticinantur opus.*« Illud quoque quod legimus in Senecae capite I. 4: »*maximum ergo solacium est, cogitare id sibi accidisse quod omnes ante se passi sunt omnesque passuri*«, inest epicedii versibus 55 sq. quorum sensus est hic: omnes homines fatis sunt subiecti, et si tu immunis luctus mansisses, sola omnium doloris immunis fores. Deinde capite III. 3 Seneca queritur »*fata dura et nullis aequa virtutibus*«, quae etiam epicedion accusat vv. 51 sqq. (cf. p. 8.) Similem sententententiam praebet caput III. 5: »*nihil prodesse virtutes ad defendenda fata*«, et epicedion (vv. 41. sqq.): »*quid tibi nunc mores prosunt actumque pudice omne aevum etc.*« In capite V. 4. legimus haec: »*pietatem tuam nihil aeque a lacrimis tam inutilibus abducet, quam si cogitaveris fratribus te tuis debere*«, et item suadet Seneca Polybio (c. XII.), ut consuetudine ac familiaritate suorum dolorem leniat. Quod etiam in epicedio invenimus (vv. 345, 426, 471). Fatum autem lacrimis non posse exorari concedit et Seneca cap. IV. 1, et epicedion v. 427 sqq.

1) Hanc consolationem Buresch Senecae tribuendam non esse censet; quae sententia nonnullis comprobatur. Sed hic de ea re non erit agendum, quoniam id quod ad nostram spectat quaestionem, non mutabitur.

Deinde beatos esse mortuos Seneca ostendit cap. IX, cum careant libidinibus et affectibus et malis, neque fas esse mortuos nimis complorare, »*quia beatum deflere invidia sit.*« Quod idem Drusus matri dicit v. 467: »*et cuiquam miserandus ero? iam comprime fletus.*« Capite XII. 5 Seneca optat, ut »*quamdiu Augustus inter mortales sit, nihil ex sua domo mortale esse sentiat*«, et summis laudibus effert praeclarum eius imperium. Postremo solacium illud quod praebet Seneca in capite XVII.: »*mortuum adscitum fore caelo*«, etiam inest epicedii versui 329 et sqq.: »*ille pio, si non temere haec creduntur, in arvo inter honoratos excipietur avos* etc.«

Longum autem est illa quoque afferre vestigia, quae in epicedio nobis occurunt e ceteris Senecae scriptis consolatoriis desumpta, quoniam ex his quae attuli, luce clarius mihi videtur apparere in argumentatione philosophica adeo arte epicedii scriptorem se applicasse ad Senecam, ut tota consolatio quasi sit suasoria rhetorica versibus composita. Nam non solum invenimus easdem sententias, sed etiam eandem fere dispositionem tripartitam, cum et in Senecae consolationibus et in epicedio nostro aeque extent tres partes (cf. p. 3): expositio vel narratio et laudatio, (1—166), lamentatio vel comploratio (167—328), consolatio (329—474).

Iam vero Hauptius [1]) vituperat in carmine compluria menda neque iniuria; sed tamen ei, cum in quintum decimum saeculum carmen differat, assentiri nequeo. Nam omnia illa menda, quae Hauptius reprehendit, nulla sunt, in quibus non potuerit labi primi saeculi scriptor in carminibus componendis minus exercitatus [2]). Praeterea Hauptius ipse nihilominus cognoscit multa, »*quae in vituperationem adduci non possint, altiusque emergant e probabili quadam mediocritate*« (p. 332). Rectissime autem si quid sentio Buecheler [3]) disertis verbis explanavit, quamquam

---

1) opusc. I. p. 332—335.

2) Valde vituperat Hauptius participium »*functus*« sensu »*defunctus*« adhibitum; sed iam in bona latinitate »*functus*« pro »*mortus*« inveniri demonstratum est in »*Göttinger gelehrte Anzeigen*« 1882 p. 833.

3) In oratione illa academica, quam rector magnificus creatus Bonnae habuit a. 1878 p. 21.

illius saeculi viri docti saepe antiquo modo carmina conscripserint, tamen neminem eorum, quamvis fuerit doctus et antiquitatis peritus, tantum carmen potuisse componere ab antiquo ingenio non alienum. Quam Buecheleri sententiam Huebner quoque tangit[1]) sed neque comprobat neque refutat. Huebner a quo epicedion[2]) in secundo p. Chr. saeculo ponitur, huius sententiae non aliam affert causam atque eam, quod illa vitia ac menda ab Hauptio reprehensa committi non potuisse credit a Lygdamis, Graltiis, Statiis, Lucanis, ceteris primi saeculi poetis. Equidem semper in hanc sententiam recurram a tirone quodam poetico epicedion conscriptum esse saeculo primo. Neque persuaderi mihi potest id factum esse post Neronis mortem. Nam consolationis auctori adeo accurate cognita esse videntur Augusti imperii tempora, ut putare necesse sit carmen compositum esse eo tempore quo omnes in domum Augusti oculos convertere nondum desierant. Nam post mortem Neronis ea quae familiae Augusti acciderant accuratissime explanandi et exornandi studium certe non iam commovebat homines, et ne Augustus quidem ipse, quamvis praecellens laudibus, diu post mortem, nedum post gentis Juliae exitum curae erat poetis. Mirum praeterea quantopere incertus noster poeta cognita habuerit omnia quae illo tempore Romae acciderant velut commemorat templum Dioscurorum quod Tiberius aedificare constituerat, item Tiberis inundationem et alia eius modi, ita ut probabile sit illum poetam non multo post Augustanam aetatem vixisse. Vixque credi potest ullum scriptorem posteriore tempore carmen finxisse ad Liviam minime certe dignam, quae propriis versibus praedicaretur. Ergo epicedion non scriptum videatur post annum LXVIII post Chr. n. quo Nerone mortuo gens Claudia est obruta. E permagna autem epicedii et consolationum Senecae similitudine, quam supra illustravi, apparet consolationem ad Liviam non scriptam esse ante consolationem illam, quam Seneca Corsicae ad Polybium scripsit (vel scripsisse dicitur; cf. p. 9 adnot. 1.) Magnis cum Claudii imperatoris laudibus, quibus impetraret, ut ex exilio revocaretur; haec consolatio scripta

1) Herm. XIII. p. 242.
2) Ibid. p. 243.

est anno 43 vel 44 p. Chr.[1]) Ergo hoc temporis spatio quod est inter annos 43 et 68 nostrum poema scriptum esse censeo. Accedit quod hoc ipso tempore incerti scriptores maxime imitabantur principes poetarum romanorum spuriaque condebant sub illorum personis. Illo enim tempore ea scripta sunt quae in Ovidii Heroidibus spuria continentur[2]), illo tempore et ante Lucanum conscriptus est Culex, illo spatio temporis quod est inter Persium et Plinium maiorem composita sunt Ovidii Halieutica[3]), illo tempore fortasse etiam Nux elegia. Quid autem est, quod huic temporis definitioni offendat? Cur non putemus carmen compositum esse in aliqua schola rhetorica, ubi discipuli exercendi causa talia tractabant?[4]) Mihi quidem epicedii auctor sibi proposuisse videtur carmen illud facere quasi Ovidius personatus, quae res comprobatur et imitatione dictionis Ovidianae et epicedii versu 209, ubi poeta equitem se funeris exequiis affuisse dicit; nam habuit Ovidius ordinem equestrem.

Iam in decimi saeculi libris mss. Vergilii operibus adiunctas invenimus duas elegias de obitu Maecenatis[5]), quae multis in rebus comparari possunt cum epicedio Drusi, et eodem modo quo illud imitationibus confertae sunt Ovidii, Vergilii, Tibulli, Properti. Prima in elegia (v. 1.) poeta dicit se modo deflevisse mortem iuvenis, scil. Drusi[6]). Qua re commoti putabant harum elegiarum scriptorem esse eundem qui Drusi epicedion composuerit. Sed quamquam multa in utroque carmine sunt similia, tamen[7]) non possum agnoscere eundem poe-

---

1) *Teuffel,* Hist. litt. rom. §288. 1. p. 645; *Buresch.* cons. hist. p. 114.

2) *Birt,* Mus. rhen. 32. p. 386.

3) *Birt,* de Halienticis p. 59.

4) Fortasse magna ex parte hoc carmen cohaeret cum Parthenii Arete; cf. cap. III.

5) Has elegias ediderunt: O. *Ribbeck* in appendice Vergiliana (tom. IV. ed. Verg.) p. 193–204; *A. Riese* in Anth. lat. tom. I. 2. nr. 779 et 780; *Aem. Baehrens* in P. L. M. I. p. 122–136.

6) Sic enim legendum est in alterius elegiae versu 4; (cf. »*Caesaris opus*« pro Druso dictum cum cons. ad Liv. v. 39.)

7) cf. *Th. Birt.* Hist. hex. lat. p. 66, qui demonstrat rem metricam in his elegiis atque in epicedio Drusi non esse eandem.

tam, cum elegiae in Maecenatem et consolationi ad Liviam praestent quidem arte metrica et multo minus valeant argumentis sententiisque.

Primae vero elegiae summarium hoc fere est [1]: carmen scribendum esse in mortem Maecenatis iubente Lollio (1—10); clarum esse Maecenatem Augusti amicitia (11/12), et summa dignitate (13/14), qua nunquam sit abusus (15/16, 30—32). Deinde refellitur opprobrium illud, quod Maecenas otiosior fuerit et togam habuerit discinctam; quod vituperium compensari summa de urbis salute cura (33—38, 17—30), virtute bellica (39—48), lege de adulterio prolata (53/54); victori licere otio se dare (55/56, 49—52), quod probatur exemplis Bacchi (57—68), Herculis (69—86), Jovis (87—82). Victorem igitur posse otiosum esse, devictum autem vexari (93—102). Dignum Maecenatem fuisse, qui Medeae arte iuvenis denuo fieret vel Tithono succederet (108—128). Omnium hominum mortem complorari, quamvis senes mortui sint (129—140). Ut in pace requiescat Maecenas postremo optatur (141—144).

Videmus totum carmen non esse poeticum, elatum, sublime. Prima enim pars nihil continet nisi defensionem Maecenatis contra Senecam, qui eum vituperaverat propter otium nimis molle togamque discinctam [2]; altera autem pars mortem eius reducit ad omnium hominum sortem communem. Iucunda quidem est descriptio Herculis apud Omphalen otiosi, sed cetera talia non sunt, qualia a bono poeta posci debent.

Cui Maecenatis epicedio alteram de obitu eius elegiam in codicibus postpositam esse miror, cum in hac altera elegia Maecenas nondum sit mortuus, sed moribundus conqueratur, quod Drusus iam ante se sit mortuus (1—6); deinde valedicit uxori (6—10) et Augusti amici se ne in sepulcro quidem obliturum esse affirmat (11—12). Gratias deinde agit Augusto, cui totam

---

1) In dispositione versuum secutus sum Baehrensium, cnm non mihi placeat in hac re Ribbeck quem ne Huebner quidem comprobat. (Herm. XII. p 239.)

2) Sen. epist. 114: cf. Hor. sat. I. 2, ubi sub Malthini persona Maecenatem ob longam togam illudi putat Weber in adnot. ad Hor. sat. l. l.

dignitatem suam se debere dicit (23—26), et optat, ut Augustus eiusque familia semper versentur in rebus secundis (27- 34).

In his elegiis permulta agnoscimus consolationis ad Liviam vestigia, quorum nonnulla Hauptius (p. 348) attulit. Itaque non ante hanc illae sunt conscriptae. Convenit quod elegiae in mortem Maecenatis compositae sunt suasorio illo modo, qui exercebatur in scholis rhetoricis primi saeculi. Cum praeterea contra Senecae epistulam scripta sit elegia prima, id quoque me adducit, ut in primo saeculo eam ponam. Praeterea e Lollii mentione idem concludi potest. Nam quid posteriores de Lollio compertum habebant? Existumo igitur has quoque elegias scriptas esse primo post Chr. n. saeculo in schola quadam rhetorica, in eadem fortasse, cui debetur consolatio ad Liviam.

Caput II.

De carminis consolatorii origine.

A. De verborum *θρῆνος, ἔλεγος, ἐπικήδειον* notione.

Priusquam accedam ad inquirenda vestigia carminis consolatorii in poesi Graecorum et Romanorum nobis tradita sicut facere mihi proposui, haud alienum mihi esse videtur nonnulla dicere de significatione illorum verborum quibus apud Graecos notabantur lamentationes funebres. Ac primum quidem nobis occurrunt querelae ex incitato dolore profectae, quae non reducebantur ad certam formam poeticam. Ita *λίνος* significasse fertur tibiarum concentum lamentabilem vel carmen cui tibiae tristibus modis concinebant. Ita certe tradunt grammatici, cuius rei documento est carmen aliquod threneticum in schol. ad Hom. Il. servatum [1]). Ceterum in litteris *λίνος* non occurit nisi

---

1) Schol. Hom. X. 18. 540: *ἔστι δὲ μέλος θρηνητικὸν ὁ λίνος μετ' ἰσχνοφωνίας ᾀδόμενος· ἐθρηνεῖτο γὰρ οὗτος* (scil. Linus vates Thebanus) *παρὰ τῶν μουσῶν οὕτως.*

Ὦ Λίνε πᾶσι θεοῖσιν τετιμένε, σοὶ γὰρ ἔδωκαν

interiectionibus *αἴλινον* et *αἴλινα*[1]), quae fortasse ipso termino *λίνος* sunt antiquiores, et ex iis fabula de Lino vate orta est. Porro *ἰάλεμος* erat carmen lugubre, quod ex Asia ad Graecos venisse videtur[2]) et eodem modo quo *λινῳδία* funera complorabat[3]). Praeterea *ὀλοφυρμοί* et *Ἀδωνίδια*[4]) similes dicebantur lamentationes. Gravius autem et frequentius nomen est *θρῆνος*, qui iam apud Homerum[5]) nobis occurrit, ubi significat cantum vel fidium modum lamentabilem mulierum de mortuo querelis concinentem. Etiam postea *θρῆνος* significabat carmen lugubre proprinquorumque defunctorum complorationem. Ita apud tragicos *θρῆνος* semper significat carmen lugubre. Contra apud Pindarum *θρῆνος* praeter lamentationem etiam proferebat aliquid consolatorii quod infra tractabimus.

Quanto vero iure vox elegia hoc loco sit commemoranda, non prorsus constat, cum minus sit perspicuum unde haec vox orta sit. Nam ii qui vocem *ἔλεγος* quam primum invenimus ab »*ἔλεος*« vel »*ἒ ἒ λέγειν*« derivabant, diu refutati sunt. Et veterum omnium quidem grammaticorum iudicio *ἔλεγοι* significabant lamentationes[6]). Sed principes carminis elegiaci quamquam inter ceteras res humanas etiam funera interdum tractabant, tamen non luctum tantum exprimebant, neque vox *ἔλεγος* sensu lamentationis invenitur ante Euripidem et Aristophanem[7]),

---

πρώτῳ μέλος ἀνθρώποισιν φωναῖς λιγυραῖς ἀεῖσαι.
Φοῖβος δέ σκότῳ σ' ἀναιρεῖ, Μοῦσαι δέ σε θρηνέουσιν.

Hoc idem carmen versibus hexametris compositum Eustathius praebet in schol. Hom. p. 1163. Praeterea de Lino: Herod. II. 79; C. O. Mueller Hist. litt. gr. I. p. 27 sqq. E. Maass in Herm. XXIII 1888 p. 303 sqq.

1) *αἴλινον*: Aesch. Ag. 121; Soph. Ai. 616; Eurip. Herc. fur. 348; Ov. Am. III. 9. 23; barbarorum usus: Eurip. Or. 1387—1391.

2) Aesch. Choeph. 423: *Κισσίας νόμοις ἰαλεμιστρίας.* Aesch. Pers. 1054: *καὶ καταβόα τὸ Μύσιον.* Eurip. Or. 1387 sqq.

3) Eurip. Trad. 606; 1295: *ἰαλέμῳ τοὺς θανόντας ἀπύεις*; Phoen. 1037/38; Pind. frg. 116.

4) Heigelin in Paulii »Realencyklopädie« s. v. Adonis.

5) Il. 24. 721; Od. 24. 61.

6) Grammaticorum locos collectos adhibet Santen ad Terent. Maur. p. 304. sqq.

7) Eurip. Iph. T. 1066 Alcyone de morte Ceycis mariti *ἔλεγον οἶτον*

qui sane notione carminis lugubris eam adhibent. Quam quaestionem C. J. Caesar accuratissime illustravit[1]), eo perveniens ut recte putaret grammaticos dixisse in voce *ἔλεγος* notionem esse *θρήνου πρὸς αὐλὸν ᾀδομένου*, neque vero id cadere in verba *ἐλεγεῖον* et *ἐλεγεία*, quibus notaretur carmen hexametris et pentametris constans (p. 28), et ad formam metricam tantum ea spectare (p. 36). Paullo aliter Sittl in litterarum graecarum historia I. p. 246 iudicavit, elegiam significasse omne carmen ad tibiam cantatum[2]) quo proferrentur omnes animi affectus et hilares et tristes, postea vero notionem carminis lugubris ceteris significationibus adeo praevaluisse, ut omnes grammatici eam solam notionem comprobarent[3]). Id autem constat apud scriptores veteres inde ab Euripide querulam fuisse elegiam, sed priores poetas elegiacos promiscue protulisse et laetitiam et maerorem.

Periclis tandem aetate scribi coepta sunt *ἐπικήδεια*, quo termino lamentatio tantum exprimebatur neque consolatio. Plutarchus qui iam Olympum vatem *μέλος ἐπικήδειον* in mortem Pythonis dracontis scripsisse refert[4]), fide caret neque de Olympo sat constabat neque de titulo carminis eius. Certe in litteris vox *ἐπικήδειον* non invenitur ante Euripidem[5]). A verbo *κήδομαι* satis elato sentimus poetarum magis epicedia fuisse quam prosae orationis. Medium autem tenebant inter epigrammata et elegias. Nam distichis elegiacis composita in funera conscribebantur. Iam si quaeris quae differentia inter threnos et epi-

---

ἀείδει; Arist. Av. 218 Philomela *ἐλέγῳ* complorat Ityn; cf. Iph. T. 146; *ἀλύροις ἐλέγοις* (*ἄλυρα* ea dicuntur quae a festiva hilaritate absunt).

1) De carminis elegiaci Graecorum origine et notione. Marb. 1837.

2) Ut tibias concinisse his carminibus putaret Sittl eo adductus est, quod apud Armenios Phrygiis propinquos inventa est vox »elêgn« quae notat *αὐλόν*. Sittl. hist. litt. gr. I. p. 245.

3) Ita Horatius quoque elegiam definivit querimoniam. A. P. 75: *versibus imparibus iunctis querimonia primum, post etiam inclusast voti sententia compos.*

4) Plut. de mus. c. 15; Pollux IV. 38; Eurip. Or. 1383.

5) Eur. Alc. 513: *ἐπικήδειος ᾠδή*. Iph. Taur. 146: *ἒ ἒ, ἐν κηδείοις οἴκτοισιν*.

cedia intercesserit in ethymologico Gudiano[1]) ea ita constituitur, ut epicedion appelletur carmen in praesentia funera scriptum, cum threnus nullis coerceatur temporis finibus: *ἐπικήδειον μὲν γὰρ ἔπαινος τοῦ τελευτήσαντος μετά τινος μετρίου σχετλιασμοῦ. θρῆνος δὲ παρὰ τὸ ᾄδειν αὐτῇ τῇ συμφορᾷ πρὸ τῆς ταφῆς καὶ μετὰ τὴν ταφὴν κτλ.* Quae distinctio non mihi placet, cum neque aliunde atque e posterioris temporis grammaticis neque re ipsa comprobetur. Nam multa epicedia ex antiquitate nobis sunt tradita, quae multo post funera suasoriarum modo scripta esse constat. Equidem iis assentior, qui id interesse putant, ut epicedia maxime ad legendum scripta esse existument. Quae sententia firmatur cum eo quod epicedia secuta sunt elegiarum disciplinam doctam, tum Alexandrinorum epicediis. Apud Plutarchum autem epicedion semper notionem habet epigrammatis.[2])

Denique iam Periclis aetate orationes funebres conscribebantur, quibus nomen erat *λόγοι ἐπιτάφιοι*[3].) Quarum orationum ad laudes mortuorum maxime spectantium veteres duo constituunt genera, alterum adhortativum (*προτρεπτικόν*) quod superstites monebat, ut virtutibus mortuos adaequarent, alterum consolatorium (*παραμυθικόν*). Sed in epitaphiis qui extant promiscue invenimus adhibita duo illa genera. Posteriore vero tempore carmina quoque scribebantur epitaphia[4]), valde ea similia epicediis.

B. De argumentis consolatoriis.

Iam vero priusquam progredior ad percensendos poetas ipsos, contemplari refert argumenta, quibus illi usi sunt vel uti poterant. Natura hilari atque indole ad laetandum proclivi commoti omnia vitae commoda et iucunditates magni aestimabant Graeci et laete iis fruebantur. Incommoda autem, quibus homines afficiuntur, eo maiore cum dolore sentiebant, quo minus iis pos-

---

1) Ethym. Gud. ed. Sturz. Lips. 1818 p. 200.
2) Plut. Pelop. 1, Nic. 17.
3) Volkmann: Rhetorik der Griechen u. Römer p. 304 sqq.
4) Anth. lat. ed. Riese nr. 345. 354. 683 etc.

sent opponere aequitatem illam animi atque constantiam populi Romani. Quam ob rem initio paene nihil nisi dolorem ostendebant carmina funebria, et poetae lugendo studebant lenire maerorem.

Postea autem consolatoria quoque argumenta afferri coepta sunt, eaque initio quidem simplicia. Nimirum veteres poetae id primum proferebant argumentum, quod in manifesto erat, ut ostenderent vim fatorum immobilem cui nihilo posset resisti, deorumque consilium inevitabile quod nullis lacrimis posset mutari. Unum igitur tristitiae remedium afflictis commendabant patientiam et constantiam, neque comprobabant tristitiam effusam. Alterum deinde argumentum facile inveniebatur, quod omnibus hominibus immineret mors, unde postea poetae adducti sunt ad eam consolationem quam dicam consolationem per exempla. Nam posterioris temporis auctores imprimis poetae tragici et deinde rhetores heroum sortes interdum infelices afflictis ostendebant quasi ipsorum maeroris levamenta ac moderamina. Considerantes vero quot incommodis et malis vita humana sit oppressa, quid miremur nonnullos poetas eo pervenisse, ut summum bonum haberent mortem mala solventem, immo vero praedicarent defunctos, quippe qui vitae humanae molestias effugissent [1]. Quod tertium argumentum raro apud Graecos extat et longe plurimi poetarum graecorum in contrarium concludebant vitae iucunditates et voluptates esse percipiendas quamdiu liceret, fruendum esse iuventute priusquam gravis veniret senectus, gaudendum esse quoad mors nos vetaret gaudere. Quartum deinde argumentum, memoriae decus et gloriae spem, praecipue Tyrtaeus intulit ad consolandos superstites. Quod argumentum postea Simonidis arte et ingenio excultum apud Romanos gloriae valde cupidos maximi erat momenti. Etiam funerum magnificentia adhibebatur ad moderandum luctum. Quae res iam apud Archilochum Parium nobis occurrit, contrario quidem sensu, cum funeribus propinquo non instructis dolor augeatur. Deinde in Romanorum epicediis, imprimis in consolatione ad Liviam et apud Statium, funera semper consolandi causa describuntur cum

1) Hoc iam extat apud Herodotum in fabula Cleobis et Bitonis I. 31.

tristitia eorum qui aderant. Venimus ad gravissimum solacium, immortalitatem animae et spem vitae post mortem beatae. Inter poetas graecos Pindarus primus hoc praebuit argumentum, quod unde acceperit, infra tractabo.

Nunc vero conabor ex antiquitatis carminibus funebribus et consolatoriis florilegium quasi excerpere, quod distribuendum erit et temporis et argumentorum ratione adhibita. Hac in re iuvabit brevitatis causa singula argumenta numeris significare hoc fere modo:

arg. I.	patientia et constantia.
arg. II.	consolatio per exempla.
arg. III.	mors mala solvit.
arg. IV.	memoriae decus.
arg. V.	funerum magnificentia.
arg. VI.	immortalitas.

Sed in florilegio excerpendo nos iam antecessit alius scriptor, Stobaeus, quem praeterire non licet. Paucis verbis igitur de eo id afferam quod pertinet ad nostram quaestionem.

C. De Stobaeo.

Quoniam lyricae artis quae dicitur Graecorum particulae tantum et quasi fragmenta nobis sunt tradita, cum in aliis rebus tum in nostra quaestione magnae utilitatis sunt commentarii illi electorum, quos quinto post Christum natum saeculo Johannes Stobaeus Macedo undique ex auctoribus graecis summa cum diligentia ad Septimii filii eruditionem excerpsit. Quo facto permulta veterum Graecorum opera alias perdita excerptis et fragmentis nobis sunt servata[1]; nam Stobaeus sub variis titulis de omnibus vitae humanae rebus vel secundis vel adversis veterum scriptorum praebet sententias. Quod ad nostram vero spectat tractationem, fere est hoc: ad arg. I: luctum nihil efficere (flor. tit. 99); fatum moveri non posse (phys. V.); res adversas fortiter esse sustinendas (flor. tit. 107);

1) De Stobaei scriptis disputavit Wachsmut: Studien zu den griechischen Florilegien.

ad arg. II: omnibus hominibus aeque imminere mortem (flor. tit. 118); ad arg. III: vitam esse molestiarum plenam (flor. tit. 98); fortunam minime esse constantem (flor. tit 104); mortem non esse summum malum (flor. tit. 120); ad arg. VI: animam essse immortalem (phys. cap. 41. 5); de vita post mortem (phys. c. 41. 67, 68 sqq.); de luctu: luctu nihil mutari (flor. tit. 99); luctu leniri dolorem (flor. tit. 122); denique ipsa de consolatione: maerorem leniri aliorum misericordia (flor. tit. 113); facilius esse alium consolari quam semet ipsum (flor. tit. 114); consolatoria demum Stobaeus affert in flor. sub. tit. 124.

Nunc vero inquiramus vestigia carminis consolatorii apud Graecos et apud Romanos. Ac primum quidem nos vertamus ad Graecos.

Caput III.

Carminis consolatorii apud Graecos vestigia.

A. Homerus.

Sicut in ceterorum carminis graeci generum tractatione etiam in nostra quaestione proficiscendum nobis est a principe poetarum graecorum, Homero. Itaque primum videamus, quae in Homeri carminibus spectent ad nostram dissertationem. Distinguendum autem erit inter lamentationes et consolationes.

Multis sane locis agitur de funeribus et maerore inde orto. Ita in Od. IV. 195 sqq. Pisistratus non reprehendendum esse dicit luctum de mortuis, his verbis:

— · νεμεσσῶμαί γε μὲν οὐδὲν
κλαίειν, ὅς κε θάνῃσι βροτῶν καὶ πότμον ἐπίσπῃ.
τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσιν,
κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.

Alio deinde loco (Od. XI. 487 sqq) Achilles complorat sortem mortuorum eorumque condicionem miseram, et dicit se servum

aratorem in terra esse malle quam omnium umbrarum apud inferos regem.

Lamentationes autem et complorationes permultae inveniuntur in carminibus Homericis. Ita Achilles ab Antilocho de morte Patrocli certior factus atrocissimo dolore impletur vehementissimasque profert querelas una cum Antilocho et ancillis (Il. XVIII. 22—35), neque aliter totus Graecorum exercitus Achille duce complorat Patrocli mortem (XVIII. 315—355). Etiam Briseïs (XIX. 282—301) summopere afflicta deflet Menoetii filium, Hectorem deinde ab Achille interfectum et corpus eius ab eodem saeve dedecoratum deplorant et Priamus senex cum civibus (Il. XXII. 408—429), et Hecuba mater cum mulieribus (430—436), et Andromache uxor cum ancillis (475—515); denuo postea, cum filii corpus ab Achille redditum Priamus in urbem reveheret, omnes Hectorem complorant et sequuntur ibi hi versus (XXIV. 720 sqq.):

— παρὰ δ' εἷσαν ἀοιδοὺς
θρήνων ἐξάρχους, οἵτε στονόεσσαν ἀοιδὴν
οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.

Quibus ex versibus concludi potest threnum illum chorice esse cantatum, quod comprobatur et locis iam supra citatis (XVIII. 30, 55; XIX. 301; XXII. 429, 430, 515) et exemplo Thetidis, cui filii sortem comploranti concinunt Nereïdes (Il. XVIII. 50—66) et alio loco (Od. XXIV. 58—69), ubi Nereïdes et Musae praecinente Thetide deflent Achillem.

Haec quae attuli lugubria tantum sunt; sed etiam consolatoria Homerus praebet, quorum nonnulla afferam. Ac primum quidem ne nimis lugeamus monemur, quoniam lacrimis nihil efficiatur. Ita Il. XXIV. 128—130 et ibid. 549—551:

ἄνσχεο μηδ' ἀλίαστον ὀδύρεο σὸν κατὰ θυμόν.
οὐ γάρ τι πρήξεις ἀκαχήμενος υἷος ἑῆος,
οὐδέ μιν ἀνστήσεις, πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθησθα.

et Od. IV. 102/3: non semper esse dolendum:

αἰψηρὸς δὲ κόρος κρυεροῖο γόοιο.

Deinde deis fatisque invictis et ceterorum malorum et mortis culpa attribuitur Il. VI. 488 sqq.:

μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,

οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.

Il. XXIV. 49:

τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν.

Il. XXIV. 525 sq.:

ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσιν,
ζώειν ἀχνυμένοις.

Od. XI. 558 sq.: — *οὐδέ τις ἄλλος*
αἴτιος ἀλλὰ Ζεύς.

Praeterea complures partes consolatoriae Homeri carminibus sunt insertae. Ita Achillem et Patrocli et suam sortem lugentem consolatur Thetis Graecorum cladem Iove iubente ipsius gloriae causa factam esse dicens (Il. XVIII. 73—77) eique promittit ultionem (95/96) et ipsius mortem non ingloriam fore affirmat (128/9), Priamum vero summo dolore affectum Achilles consolatur exemplo Niobes (Il. 539—620). Hector deinde, cum ab Andromache uxore discederet, eam valde afflictam elate consolatur et dicit, quominus mortem vereatur, se prohiberi non tam opprobrii timore (Il. VI. 441—443) et patriae amore (444—446), quam ipsius praedilectae uxoris periculo (447—465), neque fore ut contra consilium divinum abripiatur (486—489).

Quibus in sententiis ab Homero consolandi gratia allatis agnoscimus id quod numero I notavi, quo commendatur patientia erga deorum fatorumque consilium, et II, cum omnium hominum sors communis ostendatur, quod est quasi consolatio per exempla. Gravissimum vero est quod etiam argumentum IV apud Homerum invenitur. Nam Achilles vitae longae sed ingloriae praefert mortem praematuram cum gloria sempiterna. Itaque tota inventio quae fuit de morte Achillis ad consolatoria pertinet.

Cetera consolandi argumenta apud Homerum desunt. Deinde transeamus ad poetas lyricos.

B. Poetae lyrici.

Archilochus Parius primus nobis occurit consolator inter poetas elegicoiambicos Graecorum. Traduntur enim nonnulla fragmenta elegiae ad Periclem quendam scriptae:[1])

1) Bergkius P. L. G. frg. 9. p. 685.

κήδεα μὲν στονόεντα, Περίκλεες, οὐδέ τις ἀστῶν
μεμφόμενος θαλίῃς τέρψεται οὐδὲ πόλις.
τοίους γὰρ κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
ἔκλυσεν, οἰδαλέους δ' ἀμφ' ὀδύνῃς ἔχομεν
πνεύμονας ἀλλὰ θεοὶ γὰρ ἀνηκέστοισι κακοῖσιν,
ὦ φίλ' ἐπὶ κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν
φάρμακον· ἄλλοτε δ' ἄλλος ἔχει τόδε· νῦν μὲν ἐς ἡμέας
ἐτράπεθ', αἱματόεν δ' ἕλκος ἀναστένομεν,
ἐξαῦτις δ' ἑτέρους ἐπαμείψεται· ἀλλὰ τάχιστα
τλῆτε γυναικεῖον πένθος ἀπωσάμενοι.

Consolatur igitur Archilochus Periclem de morte amici naufragio perditi et monet, ne nimio se tradat luctui, quoniam ipsi dei medicamen optimum dederint hominibus in rebus adversis, constantiam et fortitudinem (arg. I). Omnes homines aeque cladibus et calamitatibus affici neque cuiquam parci, quod alio quoque fragmento [1]) dicit: *πάντα πόνος τεύχει θνητοῖς μελέτη τε βροτείη* (arg. II). Desinat igitur Pericles nimis lugere et in lamentationes muliebres effundi. Augeri quidem dolorem cum mortuus non sit rite funera assecutus, quod si factum esset, levius sentiret luctum [2]). Mortuum autem fuisse maritum sororis Archilochi, cum ex hoc tum ex alio apparet fragmento [3]) a Plutarcho tradito, quod ad Archilochi naturam prorsus aptum et eiusdem elegiae ad Periclem scriptae partem fuisse verisimile videtur, quo dicitur nihil mutari luctu, nihil laetitia, et perrexit certe poeta: obliviscamur igitur doloris potiusque nos dedamus laetitiae. Quod quamquam Plutarchus vituperat, tamen non

---

1) frg. 15.

2) frg. 12. Plut. de aud. poet. c. 6: *ὅταν δὲ (Ἀρχίλοχος) τὸν ἄνδρα τῆς ἀδελφῆς ἠφανισμένον ἐν θαλάσσῃ καὶ μὴ τυχόντα νομίμου ταφῆς λέγῃ μετριώτερον ἂν τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν,*

»Εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλη
Ἥφαιστος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη«.

3) frg. 13. Plut. de aud. poet. c. 12: *πάλιν ὁ Ἀρχίλοχος οὐκ ἐπαινεῖται λυπούμενος μὲν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ τῆς ἀδελφῆς διεφθαρμένῳ κατὰ θάλασσαν, οἴνῳ δὲ καὶ παιδιᾷ πρὸς τὴν λύπην μάχεσθαι διανοούμενος· αἰτίαν μέντοι λόγον ἔχουσαν εἴρηκεν·*

»οὔτε τι γὰρ κλαίων ἰήσομαι οὔτε κάκιον
θήσω τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων.«

est mirum in Archilocho, qui semper, ubi comploravit rei publicae et familiae damna, invictam esse vim fatorum dicit et deorum: frg. 16:

πάντα τύχη καὶ μοῖρα, Περίκλεες, ἀνδρὶ δίδωσιν.

et frg. 56: *τοῖς θεοῖς τιθεῖ τὰ πάντα κτλ.*

et redit ad commendandum animum aequum, frg. 66:

Θυμέ, θύμ᾽ ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε,
ἐνάδεν δυσμενῶν δ᾽ ἀλέξευ προσβαλὼν ἐναντίον
στέρνον, ἐν δοκοῖσιν ἐχθρῶν πλησίον κατασταθεὶς
ἀσφαλέως· καὶ μήτε νικῶν ἀμφάδην ἀγάλλεο,
μήτε νικηθεὶς ἐν οἴκῳ καταπεσὼν ὀδύρεο.
ἀλλὰ χαρτοῖσίν τε χαῖρε καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα
μὴ λίην· γίγνωσκε δ᾽ οἷος ῥυσμὸς ἀνθρώπους ἔχει. (arg. I.)

Pericles autem ille ad quem scripta est elegia consolatoria, cognatus vel amicus fuit Archilochi, cui postea infestus est factus tradente Athenaeo ab Archilocho illum irrisum esse ut parasitam [1]. Cum illis fragmentis supra allatis cohaerent fortasse duo alia, quorum alterum, frg. 10, commemorat dona lugubria Neptuni, ad naufragium scilicet spectans: *κρύπτωμεν δ᾽ ἀνιηρὰ Ποσειδάωνος ἄνακτος δῶρα,* alterum, frg. 11, ubi loquitur de viris reditum deos precantibus:

πολλὰ δ᾽ ἐϋπλοκάμου πολιῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσιν·
θεσσάμενοι γλυκερὸν νόστον....

2. Simonidis Amorgini nobis traditum est hoc carmen versibus senariis compositum, quod est frg. 1 apud Bergkium:

Ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος
πάντων ὅσ᾽ ἔστι, καὶ τίθησ᾽ ὅπῃ θέλει·
νοῦς δ᾽ οὐκ ἐπ᾽ ἀνθρώποισιν· ἀλλ᾽ ἐφήμεροι
ἀεὶ βροτοὶ δὴ ζῶμεν, οὐδὲν εἰδότες,
ὅπως ἕκαστον ἐκτελευτήσει θεός·
ἐλπὶς δὲ πάντας κἀπιπειθείη τρέφει
ἄπρηκτον ὁρμαίνοντας· οἱ μὲν ἡμέρην
μένουσιν ἐλθεῖν, οἱ δ᾽ ἐτέων περιτροπάς·
νέωτα δ᾽ οὐδεὶς ὅστις οὐ δοκέει βροτῶν

1) frg. 78. Athen. I. 7. F: *ὅτι περὶ Περικλέους φησὶν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος ποιητὴς ὡς »ἀκλήτου ἐπεισπαίοντος εἰς τὰ συμπόσια κτλ.«*

πλούτῳ τε κἀγαθοῖσιν ἵξεσθαι φίλος·
φθάνει δὲ τὸν μὲν γῆρας ἄζηλον λαβὸν,
πρὶν τέρμ' ἵκηται· τοὺς δὲ δύστηνοι νόσοι
φθείρουσι θνητῶν· τοὺς δ' Ἄρει δεδμημένους
πέμπει μελαίνης Ἀΐδης ὑπὸ χθονός.
οἱ δ' ἐν θαλάσσῃ λαίλαπι κλονεύμενοι
καὶ κύμασιν πολλοῖσιν πορφυρῆς ἁλὸς
θνήσκουσι, εὖτ' ἂν μὴ δυνήσωνται ζόειν.
οἱ δ' ἀγχόνην ἅψαντο δυστήνῳ μόρῳ,
καὐτάγρετοι λείπουσι ἡλίου φάος.
οὕτω κακῶν ἄπ' οὐδέν· ἀλλὰ μυρίαι
βροτοῖσι κῆρες κἀνεπίφραστοι δύαι
καὶ πήματ' ἐστίν· εἰ δέ μοι πιθοίατο,
οὐκ ἂν κακῶν ἐρῷμεν, οὐδ' ἐπ' ἄλγεσιν
κακοῖς ἔχοντες θυμὸν αἰκιζοίμεδα.

Easdem sententias hoc in carmine Simonides exprimit quas Archilochus: vitam humanam esse brevem fatisque subiectam, neque quemquam scire, quando sibi destinata sit mors (vv. 1—5); quid igitur iuvare, quod alii alia sectentur, cum necopinato mors sit ventura et mirum quot modis homines abreptura? (6—22). Qua re commotus gaudere Simonides iubet homines donec liceat (22—24). Eundem fere sensum aliud fragmentum praebet, quo homines adhortatur poeta, ut vitam parvo temporis spatio coercitam laete degant, frg. 3:

πολλὸς γάρ ἡμῖν τεθνάναι χρόνος,
ζῶμεν δ' ἀριθμῷ παῦρα καὶ κακῶς ἔτη.

Praeterea alio fragmento monet, ne diutius comploremus mortuos quam per unum tantum diem, frg. 2:

τοῦ μὲν θανόντος οὐκ ἂν ἐνθυμοίμεθα,
εἴ τι φρονοῖμεν, πλεῖον ἡμέρης μιῆς.

Qua in sententia Simonides fortasse secutus est Homerum, qui simile aliquid profert Il. XIX. 228/9:

ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν ὅς κε θάνῃσιν,
νηλέα θυμὸν ἔχοντες ἐπ' ἤματι δακρύσαντες.

Apud Archilochum igitur et Simonidem non invenimus nisi argumentum primum deos mittere calamitates et uno loco apud Archilochum etiam quintum, quod est de funeribus.

3. Novum autem consolandi argumentum, quod numero IV notavi, primum quidem nobis iam occurerat apud Homerum, qui Achillem mortem gloriosam praeferentem finxit vitae inerti, excultum est a Tyrtaeo, cuius in elegiis quamquam non ad consolandum sed ad incitandam Lacedaemoniorum virtutem sunt conscriptae, tamen multis locis agnoscimus argumentum consolatorium. Semper enim ostentat permagnam gloriam quam adipiscantur ii qui pro patria fortiter dimicantes mortui sint, eorumque nomen semper celebre fore praedicat apud posteros. Quo argumento non modo animos inflammavit ad certandum, verum etiam apte consolatus est superstites, quippe quibus plus vita valerent honor et gloria. Adeo hoc saepe legimus in elegiarum Tyrtaei reliquiis, ut sufficere mihi videatur duo tantum exempla pro multis affere. Frg. 10 ed. Bergk vv. 27—30:

— · νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν,
ὄφρ' ἐρατῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ.
ἀνδράσι μὲν θηητὸς ἰδεῖν, ἐρατὸς δὲ γυναιξίν,
ζωὸς ἐών, καλὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσών.

frg. 12. vv. 23—34:

ὃς δ' αὖτ' ἐν προμάχοισι πεσὼν φίλον ὤλεσε θυμὸν
ἄστυ τε καὶ λαοὺς καὶ πατέρ' εὐκλεΐσας,
πολλὰ διά στέρνοιο καὶ ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης
καὶ διὰ θώρηκος πρόσθεν ἐληλαμένος,
τόνδ' ὀλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι ἠδὲ γέροντες,
ἀργαλέῳ τε πόθῳ πᾶσα κέκηδε πόλις.
καὶ τύμβος καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀρίσημοι
καὶ παίδων παῖδες καὶ γένος ἐξοπίσω.
οὐδέ ποτε κλέος ἐσθλὸν ἀπόλλυται οὐδ' ὄνομ' αὐτοῦ,
ἀλλ' ὑπὸ γῆς περ ἐὼν γίγνεται ἀθάνατος,
ὅντιν' ἀριστεύοντα μένοντά τε μαρνάμενόν τε
γῆς πέρι καὶ παίδων θοῦρος Ἄρης ὀλέσῃ.

4. Etiam poetae illi, qui elegias scribebant ad vitam publicam spectantes, Solo et Theognis, quamquam in re publica versantes ad id maxime spectabant, ut aequalium animos suo arbitrio regerent, comploraverunt brevitatem vitae eiusque imbecillitatem et docuerunt optimum esse gaudiis et voluptatibus laetari.

Ita nobis traditur Solonis elegia, qua lamentatur miseriam

vitae et studiorum humanorum vanitatem; omnia tribuit fatis, frg. 13 ed. Bergk vv. 55/56:

τὰ δὲ μόρσιμα πάντως
οὔτε τις οἰωνὸς ῥύσεται οὔθ' ἱερά.

et vv. 63/64:

μοῖρα δέ τοι θνητοῖσι κακὸν φέρει ἠδὲ καὶ ἐσθλόν.
δῶρα δ' ἄφυκτα θεῶν γίγνεται ἀθανάτων.

sed postremo spem profert Iovis iudicium fore iustum vv. 75/76:

ἄτη δ' ἐξ αὐτῶν ἀναφαίνεται, ἣν ὁπόταν Ζεὺς
πέμψει τισομένην, ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

At consolatur quoque Solo aliis locis laetitiam commendans in amore et conviviis quaerendam, frgg. 20, 24—26. Haec omnia spectant ad arg. I. Sed alterum quoque profert frg. 14:

οὐδὲ μάκαρ οὐδεὶς πέλεται βροτός, ἀλλὰ πονηροὶ
πάντες, ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ.

V quoque argumentum de funere tangit Solo frg. 21:

μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισιν
ποιήσαιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Easdem sententias apud Theognidem agnoscimus monentem, ut obliviscamur malorum in iucunditatibus vitae. Ita vv. 973—978:

Οὐδεὶς ἀνθρώπων, ὃν πρῶτ' ἐπί γαία καλύψῃ,
εἴς τ' Ἔρεβος καταβῇ, δώματα Περσεφόνης,
τέρπεται οὔτε λύρης οὔτ' αὐλητῆρος ἀκούων,
οὔτε Διωνύσου δῶρ' ἐπαειράμενος.
ταῦτ' ἐσορῶν κραδίην εὖ πείσομαι, ὄφρα τ' ἐλαφρὰ
γούνατα καὶ κεφαλὴν ἀτρεμέως προφέρω.

Res adversas autem, cum vitari nequeant, fortiter esse sustinendas dicit vv. 1029 sqq. argumentum I ostendens:

τόλμα θυμὲ κακοῖσιν ὅμως ἄτλητα πεπονθώς·
δειλῶν τοι κραδίη γίγνεται ὀξυτέρη.
μηδέ σύ γ' ἀπρήκτοισιν ἐπ' ἔργμασιν ἄλγος ἀέξων
ἔχθει, μηδ' ἄχθου, μηδὲ φίλους ἀνία,
μηδ' ἐχθροὺς εὔφραινε. θεῶν δ' εἱμαρμένα δῶρα
οὐκ ἂν ῥηιδίως θνητὸς ἀνὴρ προφύγοι,
οὔτ' ἂν πορφυρέης καταδὺς ἐς πυθμένα λίμνης

οὔϑ' ὅταν αὐτὸν ἔχῃ τάρταρος ἠερόεις.

Immo vero III utitur argumento mortem laudans mala solventem vv. 425 sqq.:

πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχϑονίοισιν ἄριστον
μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου.
φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι
καὶ κεῖσϑαι πολλὴν γῆν ἐπαμησάμενον.

Neve mortuos lugeamus monet v. 1069 sq.:

Ἄφρονες ἄνϑρωποι καὶ νήπιοι οἵτε ϑανόντας
κλαίουσ' οὐδ' ἥβης ἄνϑος ἀπολλύμενον.

5. Aeschylus in eos, qui in pugna apud Marathonem facta fortiter pro patria certantes interfecti erant, carmen elegiacum fecisse traditur, et eodem loco docemur eum Simonidi Ceo in certamine de hac re facto succubuisse. Refert enim scriptor vitae Aeschyli, causas afferens, quibus commotus poeta in Siciliam se contulerit[1]): *κατὰ δ' ἐνίους ἐν τῷ εἰς τοὺς ἐν Μαραϑῶνι ἐλεγείῳ ἡσσηϑεὶς Σιμωνίδῃ· τὸ γὰρ ἐλεγεῖον πολὺ τῆς περὶ τὸ συμπαϑὲς λεπτότητος μετέχειν ϑέλει, ὃ τοῦ Αἰσχύλου, ὡς ἔφαμεν, ἐστὶν ἀλλότριον.* Sed aliud traditur epigramma in socios bello perditos, Aeschylo adscriptum, quo dicitur, quamquam fata eos oppresserint (arg. I), tamen gloria eorum celebris fore posterorum memoria (arg. IV.), frg. 3:

κυανέη καὶ τούσδε μενεγχέας ὤλεσεν ἄνδρας
μοῖρα πολύῤῥηνον πατρίδα ῥυομένους.
ζωὸν δὲ φϑιμένων πέλεται κλέος, οἵ ποτε γυίοις
τλήμονες Ὀσσαίαν ἀμφιέσαντο κόνιν.

Tyrtaeum igitur poeta est secutus. Illud quoque epigramma, quod in semet ipsum Aeschylus scripsisse dicitur, ostentat memoriae decus, frg. 4:

Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀϑηναῖον τόδε κεύϑει
μνῆμα καταφϑίμενον πυροφόροιο Γέλας.
ἀλκὴν δ' εὐδόκιμον Μαραϑώνιον ἄλσος ἂν εἴποι
καὶ βαϑυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος.

---

1) Apud Westermanuum biogr. p. 119; Bergk P. L. G. p. 570.

6. Euripides tragicus ἐπικήδειον[1]) conscripsit in Athenienses qui in Sicilia perierant, cuius nobis servatum est hoc distichon frg. 1 apud Bergkium:

Οἵδε Συρακοσίους ὀκτὼ νίκας ἐκράτησαν
ἄνδρες, ὅτ' ἦν τὰ θεῶν ἐξ ἴσου ἀμφοτέροις.

Quod unum solum distichon nobis aperit, quo modo poeta egerit de illa Atheniensium clade. Nam ut in illo bello Athenienses tantis opibus expediti quantas vix unquam antea comparaverant. Syracusanis succumberent, non tam Siculorum virtute quam fato Atheniensibus prorsus iniquo factum esse Euripides putat, quod idem Thucydides quoque huis belli historiam referens sentire videtur. Consolatoria vero, quae in tragoediis et Aeschyli et Euripidis inveniuntur, infra tractabo.

7. Venimus ad poetas melicos. Dolendum sane est, quod Graecorum ars melica minime integra nobis est tradita, ita ut difficile sit hasce litteras accuratius intueri. Etiam in genere threnorum fragmenta tantum nobis extant, quamquam putare necesse est, threneticum quoque genus, cum saepissime certe adesset occasio, fuisse frequentissimum.

Sapphus autem habemus fragmentum carminis mortem Adonidis complorantis, frg. 62 ed. Bergk.:

κατθνάσκει, κυθέρῃ', ἅβρος Ἄδωνις, τί κε θεῖμεν;
καττύπτεσθε κόραι καὶ κατερείκεσθε χίτωνας.

et exlamationem illam lamentabilem

Ὦ τὸν Ἄδωνιν. (frg. 6, quod fortasse Adonidiorum est).

Erinna deinde lamentatur frg. 3 ed. Bergk.:

τοὔνεκεν εἰς Ἀΐδαν κενεὰ διανήχεται ἀχώ
σιγᾷ δ' ἐν νεκύεσσι· τὸ δὲ σκότος ὄσσε κατέῤῥει.

Praetarea duo epigrammata eiusdem habemus (frgg. 5 et 6) in Baucidem amicam inter nuptias mortuam scripta. Quae fragmenta nihil quidem praebent consolatorii; sed e ceteris eiusdem generis Graecorum carminibus concludi potest eas partes, quae perditae sunt, aut fatis mala tribuisse aut memoriae decus ostendisse.

---

1) Plut. vit. Nic. 17.

8. Nunc vero transeamus ad duo illos poetas, quorum ingenio est factum, ut ad summum perfectionis gradum perveniret carmen threneticum, Simonidem Ceum dico et Pindarum; quorum ille omnium rerum humanarum peritissimus, moribus integris et ingenio sublimi adiutus optime poterat suaves animi affectus excitare et commovere misericordiam; hic autem praestabat summa sapientia et vera religione, quibus debentur dictio eius elata et sententiarum altitudo summa admiratione digna.

Simonides musarum solacium donabat afflictis et ab omnibus antiquitatis scriptoribus laudibus effertur propter carminum threneticorum perfectionem [1]. Carmen illud lugubre, quod scripsit ad Dyserida de morte Antiochi filii, valde laudat Aristides [2]. Harpocratio [3] quoque commemorat Simonidis threnum in Lysimachum Eretrium scriptum. Inter reliquias autem elegiacas nonnullas invenimus, quibus complorat Promachum (frg. 114) et Timarchum (frg. 115) et alium quendam in rupe Gerania naufragio perditum (frg. 117). Quas reliquias esse elegiarum lugubrium recte cognovit Francke. [4]).

Consolandi argumento I utitur Simonides vim fatorum demonstrans frg. 38:

πάντα γὰρ μίαν ἱκνεῖται δασπλῆτα χάρυβδιν,
αἱ μεγάλαι τ' ἀρεταὶ καὶ ὁ πλοῦτος.

et frg. 39:

Ἀνθρώπων ὀλίγον μὲν κάρτος, ἄπρακτοι δὲ μεληδόνες
αἰῶνι δὲ παύρῳ πόνος ἀμφὶ πόνῳ·
ὁ δ' ἄφυκτος ὁμῶς ἐπικρέμαται θάνατος.
κείνου γὰρ ἴσον λάχον μέρος οἵ τ' ἀγαθοί,
ὅστις δὲ κακός.

et frg. 85 (quod Bergkius Amorgino tribui vult p. 1146 adnot. ad frg. 85):

οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ' ἔμπεδον αἰεί.
ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ.

---

1) Quint. X. 1. 64: *praecipua eius in commovenda miseratione virtus.*
2) Apud Bergk. frg. 34.
3) ibid. frg. 35.
4) Francke Callinus p. 67 sq.

οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν·
παῦροι μὲν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι
στέρνοις ἐγκατέθεντο· πάρεστι γὰρ ἐλπὶς ἑκάστῳ
ἀνδρῶν, ἥ τε νέων στήθεσιν ἐμφύεται.
θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχῃ πολυήρατον ἥβης,
κοῦφον ἔχων θυμὸν πόλλ' ἀτέλεστα νοεῖ.
οὔτε γὰρ ἐλπίδ' ἔχει γηρασέμεν οὔτε θανεῖσθαι,
οὐδ', ὑγιὴς ὅτ' ἂν ᾖ, φροντίδ' ἔχει καμάτου.
νήπιοι, οἷς ταύτῃ κεῖται νόος, οὐδὲ ἴσασιν,
ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης καὶ βιότου ὀλίγος
θνητοῖς· ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα
ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.

et luget fortunae instabilitatem, frg. 32:

ἄνθρωπος ἐὼν μή ποτε φάσῃς ὅ τι γίνεται αὔριον,
μηδ' ἄνδρα ἰδὼν ὄλβιον, ὅσσον χρόνον ἔσσεται·
ὠκεῖα γάρ, οὐδὲ τανυπτερύγου μυίας
οὕτως ἁ μετάστασις.

(Quod fragmentum threni esse a Simonide in mortem Scopadum conscripti, e Favorino narrat Stobaeus [1]).

His quae attuli fragmentis cum Simonides non de uno homine sed per unius exemplum de omnibus hominibus loquatur, etiam inest arg. II. Sed IV quoque argumentum agnoscimus in epigrammatibus et epicediis quae multa nobis traduntur (frgg. 89—130), quibus Simonides cuique mortuorum gloriam demonstrans, quae ei superstes foret, admirabili cum sollertia gratum praebet solacium. Novum et peculiare consolandi argumentum cognoscimus in frg. 116:

ὕστατα δὴ τάδ' ἔειπε φίλην ποτὶ μητέρα Γοργὼ
δακρυόεσσα, δέρης χερσὶν ἐφαπτομένα·
αὖθι μένοις παρὰ πατρί, τέκοις δ' ἐπὶ λῴονι μοίρᾳ
ἄλλην, σῷ πολιῷ γήραϊ καδεμόνα.

Optat igitur Gorgo moribunda, ut mater pariat alteram filiam sorte feliciorem, quae ei fiat firmum senectutis adminiculum, utique ita damnum quo sua morte mater sit affecta, reficiatur.

---

1) Stob. flor. 105. 62: *ὁ ποιητὴς διεξέρχεται τὴν τῶν Σκοπάδων ἀθρόαν ἀπώλειαν.* cf. Cic. de orat II. 86. 352.

9. Iam devenimus ad arg. VI, quod apud Pindarum primum cernitur, animae immortalitem. Quod argumentum unde Pindarus acceperit, paucis illustrare, ut supra promisi, nunc conor. Quam quaestionem doctissime nuper illustravit Leopoldus Schmidt[1]) exponens secundum Herodotum (II. 123) metempsychosin quae dicitur ex Aegypto in Graeciam pervenisse et veteres philosophos, sicut Pythagoricos et Empedoclem, et Orphicos eam excepisse[2]). Homines autem post mortem pro factis iudicari iam Homeri tempore credebatur, quod apparet ex Od. XI. 568—571, ubi Minos iudicio secernit bonos et malos, et e vv. 576—600, quibus narrantur supplicia Tityi, Tantali, Sisyphi. Sed etiam e sacris Eleusinis quae maxime spectabant ad mythum Proserpinae in Tartarum dereptae et postea in lucem remissae, illorum sacrorum participes et inter eos praeclarissimi antiquitatis viri spem percepisse traduntur novae vitae post mortem beatae (*παλιγγενεσία*). Hymnos in his sacris adhibitos non habemus relictos; sed disciplina quaedam poetarum, Orphici[3]), etiam ea quae de hac re sentiebant, carminibus expresserunt, quae cum in singula sacra conscripta essent, non sunt servata[4]). Tempore demum bellorum contra Persas gestorum, cum Pythagorici[5]) Orphicis se adiunxissent, carmina orphica coeperunt latius patere[6]), quae consolatoria fuisse Euripides docet (Alc. 966 sqq.: *φάρμακον Θρῄσσαις ἐν σανίσιν, τὰς Ὀρφεία κατέγραψεν γῆρυς κτλ.*). Quamquam nunc perdita sunt eorumque nihil superest praeter fragmenta spuria et imitamenta recentiora, tamen Pindaro cog-

1) Ethik der Griechen. I. p. 97 sqq.—118.

2) Lobeck. Aglaophamus 795—806.

3) Lobeck Aglaoph. p. 224; C. O. Mueller hist. litt. gr. I. 418 sqq.

4) Veteres vates in hac re citantur Stob. phys. XLI. 43 ..... *ἣ καὶ χωρισθεῖσα ἀπὸ τῆς ὅλης διανοίας ἡ ὅλη ἄλογος ζωὴ μένει καὶ αὐτὴ διασωζομένη ἐν τῷ κόσμῳ, ὥσπερ οἱ παλαιότατοι τῶν ἱερέων ἀποφαίνονται.* cf. Eurip. Alc. 368.

5) Iam Pythagoras animam immortalem esse contenderat (Stob. phys. XLI. 59; de Pythagora et Orphicis: Plat. Ap. c. 1; Phaed. 62 c. 69 c; laudantur Eleusinorum sacrorum participes propter immortalitatis spem in Men. 81 a. b.)

6) Plato Ion. 536 b; Bernhardy hist. litt. gr. I. p. 293; Lobeck. Aglaoph. p. 693.

nita fuisse eumque vel ex illis vel ex ipsis sacris Eleusinis immortalitatis spem hausisse puto. Pindari autem pia religio ut in ceteris operibus ita in threnis quoque summopere est admiratione digna. Threnorum Pindari habemus nonnulla fragmenta. In uno quidem eorum, frg. 116, loquitur cum de ceteris carminum generibus, tum de carmine lugubri quod appellatur *ἰάλεμος* (v. 7). Aliis deinde threnis optime Pindarus consolatus est superstites gravissimo illo immortalitatis argumento. Ita frg. 108:

ὀλβίᾳ δ' ἅπαντες αἴσᾳ λυσίπονον μετανίσσονται τελευτάν
καὶ σῶμα μὲν πάντων ἕπεται θανάτῳ περισθενεῖ,
ζωὸν δ' ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον. τὸ γάρ ἐστι μόνον
ἐκ θεῶν· εὕδει δὲ πρασσόντων μελέων, ἀτὰρ εὑδόντεσσιν ἐν πολλοῖς ὀνείροις
δείκνυσι τερπνῶν ἐφέρποισαν χαλεπῶν τε κρίσιν.

Ex alio quoque Pindari fragmento (110) apparet immortalitatis spes, quo dicit mortuorum animas a Proserpina purgatas in lucem remitti:

οἷσι δὲ Φερσεφόνα ποινὰν παλαιοῦ πένθεος
δέξεται, ἐς τὸν ὕπερθεν ἅλιον κείνων ἐνάτῳ ἔτεϊ
ἀνδίδοι ψυχὰς πάλιν,
ἐκ τᾶν βασιλῆες ἀγαυοὶ καὶ σθένει κραιπνοὶ σοφίᾳ τε μέγιστοι
ἄνδρες αὐξάνοντ'· ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἥρωες ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται

Venuste deinde describit gaudia illa atque voluptates, quibus mortuorum animae delectentur in beatorum sedibus frg. 106:

τοῖσι λάμπει μὲν μένος ἀελίου τὰν ἐνθάδε νύκτα κάτω,
φοινικορόδοις δ' ἐνὶ λειμώνεσσι προάστιον αὐτῶν
καὶ λιβάνῳ σκιαρὸν καὶ χρυσέοις καρποῖς βεβριθός.
καὶ τοὶ μὲν ἵπποις γυμνασίοις τε, τοὶ δὲ πεσσοῖς,
τοὶ δὲ φορμίγγεσσι τέρπονται, παρὰ δέ σφισιν εὐανθὴς ἅπας τέθαλεν ὄλβος.
ὀδμὰ δ' ἐρατὸν κατὰ χῶρον κίδναται
ἀεὶ θύα μιγνύντων πυρὶ τηλεφανεῖ παντοῖα θεῶν ἐπὶ βωμοῖς.

cuius felicitatis probos tantum fieri participes, cum improbi multis premantur calamitatibus, dicit, frg. 109[1]):

1) Quod frg. spurium esse putant Christ in editione Pind. et L. Schmidt in »Ethik der Griechen« I. p. 381 adnot. 36.

ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπουράνιοι
γαίᾳ ποτῶνται ἐν ἄλγεσι φονίοις
ὑπὸ ζεύγλοις ἀφύκτοις κακῶν·
εὐσεβέων δ' ὑπουράνιοι ναίοισαι
μολπαῖς μάκαρα μέγαν ἀείδοντ' ἐν ὕμνοις.

In epinicio deinde quod conscripsit ad celebrandum Theronem Agrigentinum (Ol. II), Pindarus multa profert consolatoria et argumentum VI quasi exemplis illustrat: gaudia cladibus oppressa reditura esse fortuna meliore (ep. 1), quod comprobatur exemplo Semeles quae quamquam Iovis fulmine sit interfecta inter deos honoretur (str. 2), et Inus quae multa mala perpessa inter Nereïdes versetur (ant. 2); fata hominibus dare invicem bona et mala (ep. 2); ita ex infelici Cadmeorum gente ortas esse propagines fortunatas (str. 3), quae summos adeptae essent honores, sicut Thero, quem monet, ne superbiat; nam vitia post mortem punitum iri (ant. 3 et ep. 3), virtutes autem decorari; et beatorum gaudia praeclare illustrat:

ἴσον δὲ νύκτεσσιν αἰεί, Στρ. δ'.
ἴσα δ' ἐν ἁμέραις ἀέλιον ἔχοντες ἀπονέστερον
ἐσλοὶ δέκονται βίοτον, οὐ χθόνα ταράσσοντες ἐν χερὸς ἀκμᾷ
οὐδὲ πόντιον ὕδωρ
κεινὰν παρὰ δίαιταν· ἀλλὰ παρὰ μὲν τιμίοις
θεῶν, οἵτινες ἔχαιρον εὐορκίαις,
ἄδακρυν νέμονται
αἰῶνα· τοὶ δ' ἀπροσόρατον ὀκχέοντι πόνον.

Ἀντ. δ'.

ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐςτρὶς
ἑκατέρωθι μείναντες ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
ψυχάν, ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν· ἔνθα μακάρων
νᾶσος ὠκεανίδες
αὖραι περιπνέοισιν· ἄνθεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
τὰ μὲν χερσόθεν ἀπ' ἀγλαῶν δενδρέων,
ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει,
ὅρμοισι τῶν χέρας ἀναπλέκοντι καὶ κεφαλὰς

Ἐπ. δ'.

βουλαῖς ἐν ὀρθαῖσι Ῥαδαμάνθυος κτλ.

Quorum gaudiorum ut Thero quoque perticeps fiat, postremo Pindarus optat.

Optime igitur omnium poetarum graecorum Pindarus consolatus est eos, qui proprinquorum mortem lugebant, cum vitam ostenderet laetam ac beatam post ipsam mortem homines probos degere.

C. Poetae tragici.

Deinde in Graecornm tragoediis, non modo in partibus lyricis, verum etiam in dialogo permulta leguntur lugubria, quorum nonnulla spectant ad lamentationem funebrem. Atque iam latum hunc poematum campum peragrabimus.

Omnes defunctos a propinquis vehementer complorari Euripides dicit in Phrixo (frg. 831 ed. Nauck):

καὶ γὰρ πέφυκε τοῦτ' ἐν ἀνθρώπου φύσει·
ἢν καὶ δίκῃ θνήσκῃ τις, οὐχ ἧσσον ποθεῖ
πᾶς τις δακρύειν τοὺς προσήκοντας φίλους.[1])

Lamentatione leniri dolorem dicit in Oenomao (frg. 577 ed. Nauck):

ἀλλ' ἔστι γάρ δὴ κἀν κακοῖσιν ἡδονὴ
θνητοῖς, ὀδυρμοὶ, δακρύων τ' ἐπιῤῥοαί·
ἀλγηδόνας δὲ ταῦτα κουφίζει φρενῶν,
καὶ καρδίας ἔλυσε τοὺς ἄγαν πόνους.

Ceterum valde miror quod apud eundem Euripidem in initio Medeae (v. 192—205) nutrix conqueritur poetarum, quamquam alii de aliis rebus carmina conscripserint, tamen neminem praebere musarum donum ad leniendum dolorem eorum, qui propinquorum mortem lugeant. Sane dubitari nequit, quin Euripidi cogniti fuerint Simonidis et Pindari threni supra citati. Quam ob rem isto loco nescio num Euripides non tam carmina ipsa, quam carminum effectum intellexerit, et sensus sit, carminibus dolorem non posse vinci. Quam difficultatem nemo quoad vidi doctorum attigit. Pergamus vero. Et permultis quidem locis poetae tragici obsistunt lamentationibus querulis, quas nihil iuvare ostendunt aliis quoque sententiis inductis.

1) cf. Troad. 119 sqq. et 609/10.

Itaque ad sex argumenta hos locos distribuam. Ac I quidem arg. querelis nihil effici, Sophocles exprimit in Scyriis (frg. 26 ed. Ahrens):

ἀλλ' εἰ μὲν ἦν κλαίουσιν ἰᾶσθαι κακὰ
καὶ τὸν θανόντα δακρύοις ἀνιστάναι,
ὁ χρυσὸς ἧσσον κτῆμα τοῦ κλαίειν ἂν ἦν·
νῦν δ' ὦ γεραιὲ ταῦτ' ἀνηνύτως ἔχει
τόν ἐν τάφῳ κρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν·
κἀμοὶ γὰρ ἂν πάτηρ γε δακρύων χάριν
ἀνῆκτ' ἂν εἰς φῶς.

Item Euripides lacrimas irritas esse dicit in Melanippe (frg. 510 ed Nauck):

τί τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς τεθνηκέναι,
καὶ τἀκχυθέντα συλλέγεις ἀλγήματα κτλ.

Ad idem arg. I spectat Aeschylus fatis omnia regi neque consilia divina querelis vinci posse contendens in Sept. 263:

σιγῶ· σὺν ἄλλοις πείσομαι τὸ μόρσιμον. (inest arg. quoque II.)
et Choeph. 910: *ἡ μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία.*
et Sophocles, Ai. 363: *ξὺν τῷ θεῷ πᾶς τις γελᾷ κὠδύρεται.*
et Ant. 951: *ἀλλ' ἡ μοιριδία τις δύνασις δεινά.*
et Trach. 1278: *κοὐδὲν τούτων ὅ τι μὴ Ζεύς.*
et Phil. 1116/7: *πότμος πότμος σε δαιμόνων τάδ' οὐδέ σέ γε δόλος ἔσχ' ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς.*
et Phaedr. frg. 560: *οὐ γὰρ πρὸ μοίρας ἡ τύχη βιάζεται.*
et Euripidis, Hipp. 1430: *ἔχεις γὰρ μοῖραν ᾗ διαφθάρῃς.*
et Heracl. 608 sqq.: *οὔτινά φημι θεῶν ἄτερ ὄλβιον οὐ βαρύποτμον*
ἄνδρα γενέσθαι,
οὔτε τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάναι δόμον
εὐτυχίᾳ· παρὰ δ' ἄλλαν ἄλλα
μοῖρα διώκει.

Praeterea Euripides tragoediae illi, quae Andromache inscribitur, intexuit threnum distichis elegiacis compositum, quo Andromache sortem suam haud sine misericordiae nostrae commotione complorat (103—116); et sequitur chori cantus optima praebens consolandi argumenta (117—146). Cuius cantus prima

pars complorat sortem eius infortunatam, cum coacta serviat Hermionae ei infestissimae et Pyrrho Troiae destructori (117—125), altera autem consolatur eam et adhortatur, ut fortiter mala perpetiatur (125—146). II tristitiae removendae argumentum saepe poetae tragici proferebant, cum omnibus hominibus mortem imminere ostenderent. Ita Aeschylus frg. 177 ed. Ahrens.

Μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ,
οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων ἄνοις·
οὐδ' ἔστι βωμὸς οὐδὲ παιωνίζεται·
μόνου δὲ Πειθὼ δαιμόνων ἀποστατεῖ.

Quod fragmentum exprimit mortem, quoniam sacris et donis nequeat persuaderi, esse inevitabilem, et Eur. Andr. 1242 sqq.:

παῦσαι δὲ λύπην τῶν τεθνηκότων ὕπερ·
πᾶσιν γὰρ ἀνθρώποισιν ἥδε πρὸς θεῶν
ψῆφος κέκρανται, κατθανεῖν τ' ὀφείλεται.

Alc. 764 sqq.:

βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.
κοὐκ ἔστι θνητῶν, ὅστις ἐξεπίσταται,
τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται·
τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς οἷ προβήσεται
κἄστ' οὐ διδακτὸν οὐδ' ἁλίσκεται τέχνῃ.

Aeg. frg. 6: *κατθανεῖν δ' ὀφείλεται*
καὶ τῷ κατ' οἴκους ἡμένῳ πόνων.

Inus frg. 422:

γίγνωσκε τἀνθρώπεια μηδ' ὑπερμέτρως
ἄλγει· κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη.

Temenid. frg. 733: *τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι κατθανεῖν μένει.*
κοινὸν δ' ἔχοντες αὐτὸ κοινὰ πάσχομεν
πάντες.

Alc. 905: *τλᾶθ'· οὐ σὺ πρῶτος ὤλεσας.*

Protesil. frg. 651: *πέπονθεν οἷα καί σε καὶ πάντας μένει.*

Cresph. frg. 456:

τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν,
οὐδ' ἀνδρὸς ἐστερήμεθ'. ἀλλὰ μυρίαι
τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν, ὡς ἐγώ, βίον.

Simile argumentum Aeschylus profert, cum loquatur de iis, qui in pugna sint interfecti Sept. 24 sqq.: hanc esse sortem

belli. Etiam singulorum exempla inducuntur, sicut apud Aeschylum chorus Prometheum consolatur exemplo Atlantis (Prom. 425—435), et Eteocles incitat plebem perturbatam exemplum ostendens nautarum tempestate oppressorum (Sept. 208 sqq.), et apud Sophoclem chorus Deianirae exemplum demonstrat Saturni (Trach. 125 sq.) et apud Eurip. Alc. 416 sqq. chorus Admetum consolatur, cum et non solus amiserit mulierem, omnibusque mors immineat. Atque adeo III argumentum agnoscimus apud poetas tragicos, qui calamitates hominum contemplati eo pervenerunt, ut vitam tot malis gravem non putarent summum bonum. Quod apud Aeschylum (Pers. 703) Darii umbra profert, ut consoletur Atossam, 705 sqq:

κλαυμάτων λήξασα τῶνδε καί γόων σαφές τί μοι
λέξον. ἀνθρώπεια δ' ἄν τοι πήματ' ἂν τύχοι βροτοῖς,
πολλὰ μὲν γὰρ ἐκ θαλάσσης, πολλὰ δ' ἐκ χέρσου κακὰ
γίγνεται θνητοῖς, ὁ μάσσων βίοτος ἢν ταθῇ πρόσω.

Sophocles quoque queritur vitae humanae imbecillitatem Oed. Col. 607 sqq. et Trach. 132—140.

Ipsa mors, quia mala solvat, laudatur ab Aeschylo, frg. 105:

ὦ θάνατε παιάν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν·
μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν
ἰατρός, ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νέκρου.

Prom. 750: *κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν*
ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

Soph. frg. 556: *ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσιν ἱμείρει βίου*
ἢ δειλός ἐστιν ἢ δυσάλγητος φρένας.

Trach. 1173: *τοῖς γὰρ θανοῦσι μόχθος οὐ προσγίνεται.*

Mortuum nihil mali sentire Eurip. quoque dicit Troad. 635 sq. et 638:

τὸ μὴ γενέσθαι τῷ θανεῖν ἴσον λέγω,
τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν.

Heracl. 535: *τὸ γὰρ θανεῖν*
κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται.

Hec. 340 sqq. Polyxena matrem consolatur mortem servituti turpi praeferendam esse exponens. Etiam in Philoct. frg. 789 mors laudatur:

ἄλις, ὦ βιοτά· πέραινε πρίν τινα συντυχίαν
ἢ κτεάτεσσιν ἐμοῖς ἢ σώματι τῷδε γενέσθαι.

et Creoph. frg. 452: ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά,
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Soph. Oed. Col. 1670 sqq. Antigone vehementer complorat mortem patris, sed postea moderatur dolori, desideratam mortem non esse tristem censens et cogitans Oedipum qua cupierit hospita in terra esse mortuum et perpulcrum adeptum sepulcrum neque obiisse indefletum (quod simul spectat ad arg. V de funere);

1076: ἇς ἔχρῃζε γᾶς ἐπὶ ξένας
ἔθανε· κοίταν δ' ἔχει
νέρθεν εὐσκίαστον αἰὲν
οὐδὲ πένθος ἔλιπ' ἄκλαυστον.

Quam ob rem et chorus et Theseus eam adhortantur ut desinat flere.

Argumentum quoque IV, memoriae decus, tragici poetae consolandi gratia ostentant. Aeschylus enim (Sept. 397) dicit in prima acie interfici gloriosius esse quam turpiter servari. Eodem modo apud Euripidem (Hipp. 1410 sqq.) Diana consolatur Hippolytum patris iracundia perditum honoribus quos ei se praebituram esse pollicetur. Soph. Ant. 816 sqq. chorus consolatur Antigonen, quae ad supplicium ducitur, cum dicat gloriam eius esse mansuram liberamque eam morti datum iri:

οὐκοῦν κλεινὴ καὶ ἔπαινον ἔχουσ'
ἐς τόδ' ἀπέρχει κεῦθος νεκύων
οὔτε φθινάσιν πληγεῖσα νόσοις
οὔτε ξιφέων ἐπίχειρα λαχοῦσ',
ἀλλ' αὐτονόμος, ζῶσα, μόνη δὴ
θνατῶν Ἀΐδαν καταβάσει.

et sequitur consolatio per exempla et Niobes (823—833) et Danaes (944 sqq.) quod est arg. II.

Apud Euripidem deinde in Iph. Aul. 1338 sqq. Iphigenia ipsa matrem consolatur sic: in me totius Graeciae oculi sunt

conversi; mea morte classis graeca erit victrix ét puniet scelera barbarorum, neque tu me peperisti tibi sed toti Graeciae; ego sola innumerabiles nunc servo et moriar pro salute patriae.

Ad VI quoque argumentum processerunt tragici. Nam Euripides Alc. v. 363 sqq. spem profert maritos fore post mortem iterum coniunctos. (Eadem in fabula Admetus statuam amissae coniugis facere constituit, quam complexus lenire vult dolorem 347 sqq). Eurip. Hec. 422 sqq. Polyxena morti devota a matre petit mandata ad Priamum et Hectorem quibuscum brevi tempore coniungatur. Atque adeo Antiphanes comicus mortem appellavit iter in beatorum sedes fortunatas [1]:

πενθεῖν δὲ μετρίως προσήκοντας φίλους,
οὐ γὰρ τεθνᾶσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδόν,
ἣν πᾶσιν ἐλθεῖν ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον,
προυληλύθασιν· εἶτα χ' ἡμεῖς ὕστερον
εἰς ταυτὸ καταγωγεῖον αὐτοῖς ἥξομεν,
κοινῇ τὸν ἄλλον συνδιατρίψοντες χρόνον.

Haec quae e poetis tragicis ceterisque poetis consolatoria attuli si contemplamur, omnia quidem illa VI argumenta agnoscimus sed dispersa, neque praebent consolationes philosophica ratione instructas, quas nusquam poetae instituere conati esse videntur. Sed rhetores et philosophi hoc primum inceperunt, quod nunc videamus.

D. Rhetores et philosophi.

Tempore illo quo poesis tragica et lyrica deflorescebat, prosa oratio coli coepta est et ars rhetorica, et in genere epideictico etiam orationes funebres studiosissime [2]) comparabantur, *λόγοι ἐπιτάφιοι*. Illud quod de medicis extat apud Suidam: *ὀδύναις τε καὶ νόσοις γενέσθαι σοφιστὴν ἄκρον* [3]), medicum adversus dolores et morbos summum fieri sophistam, inde mihi

1) Stob. flor. 124. 27.

2) Plat. in Menex: non temere sed *ἐκ πολλοῦ χρόνου παρεσκευασμένοις λόγοις* praedicabant defunctos.

3) Cresoll. theatrum rhetorum I. 6.

dictum esse videtur, quod rhetores eloquentia tristitiam optime removebant. Et primum quidem talium epitaphiorum enumerentur exempla. Antipho Atheniensis primus artis scriptor promptae mentis facilitatem adhibuisse dicitur ad afflictorum dolores mitigandos. Nam *ἀλυπίας* artem est professus, habuitque ut dicit Philostratus [1]) *νηπενθεῖς ἀκροάσεις*, id est disputationes quasi amuleta luctus, quibus homines maerore afflictos oratione solabatur. Posteriore tempore etiam Gorgias scripsit orationem funebrem in eos qui in bello perierant, et Pericles apud Thucydidem orationem habet in eos quos pestis abripuit et Plato deinde in Menexeno et Pseudo-Lysias [2]) et Pseudo-Demosthenes orationibus decorabant memoriam eorum qui in bello interfecti erant. Hyperides quoque orator hic est commemorandus, de quo Pseudo-Longinus [3]) sic: *τὸν δὲ ἐπιτάφιον ἐπιδεικτικῶς, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος διέθετο.* Scripsit vero Hyperides epitaphium quasi consolatorium in eos, qui in bello ab Atheniensibus contra Antipatrum Macedonum regem interfecti erant. Polemonis sophistae extant laudationes funebres in Cynaegirum et Callimachum ab utriusque patre habitae. Orationum autem funebrium peculiare erat genus apud rhetores graecos maxime usitatum, quod consolabatur superstites, *λόγοι παραμυθικοί.* Quas orationes summa arte et subtilitate multis argumentis consolatoriis instruebant in singula funera promptis, quod optime illustravit Volkmannus [4]). Aristidis sophistae tres epitaphii, a Menandro [5]) commemorati, sunt perditi; sed inter orationes eius nobis servatas consolatoriae sunt duae *εἰς Ἐτεωνέα ἐπικήδειον* (I. 133 sqq. ed. Canter), et *ἐπιτάφιος* in Alexandrum Cotyaeum (I. p. 142 sqq.) [6]).

---

1) Philostr. vit soph. I.

2) Orat. II. Lysiae falso adscriptam esse ostendit Blass »Geschichte der att. Beredsamk.« I. 436 sqq.

3) 53, 14. ed. Jahn.

4) Rhetorik der Griechen u. Römer. p. 305 sqq.

5) Walz. rhet. gr. IX p. 287. 14.

6) *Μονῳδίας* quoque Volkmannus tractat p. 307, orationes lugubres, quas Aristides composuit in Smyrnam terrae motu deletam, Libanius in templum Apollinis combustum, Himerius in Rufinum filium morte abreptum.

In omnibus his epitaphiis oratores eandem servant vel servare student dispositionem. Prima enim parte ostenditur mortuorum origo praenobilissima, et virtutem eorum ex autochthonia quae dicitur ortam esse contenditur. Quam ad rem adhibebatur narratio historica, cui Pericles et Menexenus adiungunt adhortationem ad superstites (*γένος προτρεπτικόν*), Pseudo-Lysias lamentationem, Pseudo-Demosthenes autem *μακαρισμόν*, i. e. vitam post mortem beatam. Argumentis consolatoriis in fine utuntur Pericles et Hyperides. Mortuorum autem gloriam sempiternam omnes praedicant (Pericl. c. 43; Pseudo-Lysias § 79; Pseudo-Dem. in fine; Hyp. in fine). Spem vitae post mortem non invenimus nisi apud Demosthenem 34 et Hyperidem, qui col. XIII describit, quomodo Leosthenes apud inferos a veteribus heroibus excipiatur; sed etiam in Menexeno 20 haec spes profertur. De epitaphiorum genere praecepta praebent et Dionysius Hal. qui c. 6 dicit in fine agendum esse de immortalitate et Menander[1]), qui loquitur de epitaphii capitibus, *ὅσα ἐστὶν αὐτῷ οἰκεῖα* et affert tria: *ἔπαινον*, *κεφάλειον θρηνητικόν*, *κεφάλειον παραμυθικόν*. Optime hanc dispositionem in Senecam et consolationem ad Liviam quadrare postea videbimus.

2. Aliam consolationum rationem formaverunt philosophi. Plato in apologia Socratis non solum accusatorum calumnias refutavit, sed etiam an mors gravis sit poena contemplatus eo pervenit, ut ipso supplicio Socratem valde fortunatum fore ostenderet (cap. 31—33). Eadem argumentatione commotus in Critone dialogo Socrates Critoni, qui eum servare studet, morem non gerit demonstrans fuga se culpae speciem esse suscepturum, supplicio autem facto brevi ita esse eventurum, ut innocentia sua integra appareat. Phaedo deinde dialogus a Platone de anima compositus praeclare illustrat spem vitae post mortem futurae, imprimis c. 62. Praeterea Pseudo-Platonis Axiochus similia continet et Aristotelis Eudemus eodem spectasse videtur[2]). Clarissimus autem omnium veterum philosophorum consolator fuit Crantor cuius libello *περὶ πένθους* conscripto Ciceronem

1) Walz rhet. gr. IX. p. 288 sqq.

2) cf. Bernays. Aristot. Dialoge p. 144; deinde Plut. cons. ad Apoll. p. 1153. *Εὔδημος ἢ περὶ ψυχῆς*. v. Wyttenbach ad Plut. l. l. p. 765.

postea usum esse infra docebo. Deinde ex antiquitate traditur λόγος παραμυθικός εἰς Ἀπολλώνιον, quem Plutarcho falso attribui et a rhetore quodam incerto compositum esse Volkmannus [1]) demonstravit.

Atque omnia illa argumenta quae apud poetas usitatas fuisse supra intelleximus, etiam adhibuerunt philosophi. Ita in Axiocho arg. I infertur naturam quasi foeneratricem instantem atque urgentem vitam tamquam debitum pignus exigere, et arg. II omnibus hominibus mortem esse destinatam, multis locis extat quasi consolatio per exempla, III. quoque arg. Axiochus praebet, longam vitam infirmos reddere et morte liberari homines a malis, quod illustratur fabula Cleobis et Bitonis relata. IV autem argumento, ut memoria sua immaculata maneat, Socrates commotus refutat Critonis consilium. Plurimum autem valet apud philosophos immortalitas, in quam semper recurrunt tamquam in gravissimum consolandi argumentum. Ita Phaedo dialogus (68 a) spem profert post mortem coniunctum fore virum probum cum carissimis hominibus, quod eodem in dialogo Socrates quoque sperat (63 c. cf. apol. 40 c. 40 e.).

Denique certe cognoscere iuvabit dispositionem, quam philosophi in consolationibus sequi soliti sint. Cuius rei exemplo certe est Seneca, quem artissime se ad philosophos graecos applicavisse constat [2]). Seneca autem ubique tripartitam instituit dispositionem: prima parte praebet expositionem quae est vel narratio vel laudatio, altera deinde pars est lamentatio, tertia continet ipsam consolationem. Hanc dispositionem in consolatione ad Liviam adhibitam esse iam supra demonstravi et Statium quoque ea usum esse infra videbimus.

E. Poetae Alexandrini.

Sed priusquam accedam ad Romanos agendum est de Alexandrinis, cum ad eos quoque Romani in consolationibus se

1) Plut. tom. I. p. 130 sqq.

2) cf. Sen. cons. ad Helv. I. 3; et cons. ad Marc. IV de Areo philosopho apud Augustum.

applicaverint. Quamquam ea quae nobis servata sunt, lamentationem maxime proferunt, tamen non desunt consolatoria.

1. Iam ille poeta, quem secuti sunt Alexandrini Antimachus Colophonius, qui minus excellebat ingenio poetico quam summa doctrina qua carmina sua exornabat, carmen composuit elegiacum, cui inscripsit Lyde.[1]) Quo carmine permultis infortunatorum amantium historiis undique collectis suum ipsius dolorem studuit lenire. Est igitur haec series fabularum quasi consolatio per exempla. Quod carmen quamquam omnium fere veterum iudicio veris affectibus carebat et minus aptum erat ad commovendam miserationem tamen ad imitandum sibi proposuerunt postea poeta Aelexandrini in re metrica et oratoria. Nam Hermesianax Colophonius tres illos elegiarum libros, quibus inscripsit *Λεόντιον*, simili argumentatione instruxisse videtur[2]), (fortasse etiam Calvus Quintiliam, cf. c. IV). Parthenius quoque Bithynius inter elegias scripsit epicedion in mortem Aretes uxoris et Archilaidis, quod cognoscimus e Suida, qui sub voce *Παρθένιος* dicit: *ἔγραψεν ἐλεγείας, Ἀφροδίτην, Ἀρετῆς ἐπικήδειον τῆς γαμετῆς, Ἀρετῆς ἐγκώμιον ἐν τρισὶ βιβλίοις καὶ ἄλλα πολλά*, et ex Hephaestione, qui p. 9 commemorat *ἐπικήδειον ἐπ' Ἀρχελαΐδα* a Parthenio conscriptum[3]). Quomodo Parthenius epicedion Aretes instituerit, cognosci nequit, sed cum permultum auctoritate valuerit apud Romanos, credi potest multos poetarum romanorum se ad eum applicavisse. Atque adeo veri non est dissimile consolationem illam ad Liviam scriptam et Statii consolationes multis in rebus cohaerere cum Parthenii Arete.

2. Inter ceteros Alexandrinorum poetas elegiacos commemorandus est Callimachus, quem Quintilianus principem nominat elegiae. Epigrammata eius nobis tradita sunt 61, in quibus nonnulla continentur epicedia haec: c. 4, 5, 9—23, 26, 35, 40, 58, 60, 61. Quibus in epicediis Callimachus adhibuit nonnulla

---

1) Reliquiae extant apud Bergk. P. L. Gr. p. 611—615. De Antimacho cf. Sittl. hist. litt. gr. III p. 15/16.

2) Laudat Antimachum et Lyden eius v. 45 vocat *βίβλους ἱεράς*.

3) cf. Meineke analecta alexandrina p. 259—292.

argumenta consolatoria. Ita epigrammate 21 quod est quasi ipsius epitaphium, haud vanam de se profert persuasionem et gloriae futurae spem (arg. IV). Sed etiam VI consolandi argumentum i e. vitae post mortem spem Callimachus ironice attulit. Nam epigrammate 10 mortuum inter homines probos et beatos ambulantem praedicat, contra epigr. 23 defunctum irridet, quia laeto animo diem supremum obierit:

ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακόν, ἀλλὰ Πλάτωνος
ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

Hic Platonis liber intellegitur Phaedo dialogus de immortalitate scriptus.

Etiam inter Philetae fragmenta nonnulla sunt consolatoria, quae Stobaeus servavit:

flor 124. 11: *Φιλητᾶ ἐπιγραμμάτων.*

οὐ κλαίω ξεῖνόν σ' ὦ φίλτατε· πολλὰ γὰρ ἔγνως
καλά. κακῶν δ' αὖ σοι μοῖραν ἔνειμε θεός.

Huic epigrammati inest arg. I; et bona et mala deos dare hominibus neque vim eorum lacrimis posse vinci, et arg. II: omnium hominum vitam per vicem rerum et secundarum et adversarum ad finem festinare.

Stob. flor. 124. 26: *Φιλητᾶ Δήμητρος.*

ἀλλ' ὅτ' ἐπὶ χρόνος ἔλθῃ, ὃς ἐκ Διὸς ἄλγεα πέσσειν
ἔλαχε καὶ πενθέων φάρμακα μοῦνος ἔχει,
καὶ γάρ τις μελέοιο κορεσσάμενος κλαυθμοῖο
κήδεα δειλαίων εἷλεν ἀπὸ πραπίδων.

Inest arg. III: mittendum esse dolorem de mortuis, cum mors minime sit summum malum. V quoque argumentum de luctu superstitum praebet Philetas hoc epigrammate:

Stob. flor. 124. 10:

ἐκ θυμοῦ κλαῦσαί με τὰ μέτρια, καί τι προσηνὲς
εἰπεῖν, μεμνῆσθαι τ' οὐκ ἔτ' ἐόντος ὅμως.

Arati deinde, qui est inter Alexandrinos, commemorantur *βίοι* vel *ἐπιτάφιοι.*

3. Ampla seges epigrammatum huc pertinentium cernitur in Anthologiae Palatinae libro VII continenti *ἐπιγράμματα ἐπιτύμβια.* Quorum pleraque tituli tantum sunt aut describentes

defunctorum virtutes aul referentes, quo quisque casu diem supremum obierit. Sed permulta epigrammata finiunt in sententiam consolatoriam et haec non ordinis sed argumentorum ratione habita excerpam.

Ac primum quidem argumentum mortem omnibus imminere neque esse complorandam exprimit Spartanus ille in filiae funere exclamans (c. 229. 5/6):

Δειλοὶ κλαιέσθωσαν· ἐγὼ δέ σε, τέκνον, ἄδακρυς
θάψω, τὸν καὶ ἐμὸν καὶ Λακεδαιμόνιον.

Carmine 147. 9/10 deinde Archias demonstrat non hostium armis sed vi fatorum Aiacem esse mortuum. Idem Crinagoras profert c. 376. 1 2, similiaque continent c. 389 6: *κοινὴ που νὺξ μία πάντας ἔχει*, et c. 452. 2: *κοινὸς πᾶσι λιμὴν Ἀΐδης·* c. 459 vocat v. 4 mortem *τὸν πάσαις ὕπνον ὀφειλόμενον.*

carm. 335. 5/6: *τί περισσὰ θρηνεῖς; τί δὲ μάτην ὀδύρεαι;*
εἰς κοινὸν Ἀίδην πάντες ἥξουσι βροτοί.

carm. 342: *Κάτθανον, ἀλλὰ μένω σε· μενεῖς δέ τε καὶ σύ τιν' ἄλλον.*
πάντας ὁμῶς θνητοὺς εἷς Ἀΐδης δέχεται.

Citandus hoc loco Leonidas quoque est, qui c. 731 3/4 dicit:

δυσκώφει μὴ Γόργε· τί τοι χαριέστερον ἢ τρεῖς
ἢ πισύρας ποίας θάλψαι ὑπ' ἠελίῳ;

scilicet quia mors tamen olim me abripiet.

Altero quoque consolandi argumento utitur Antipater Sidonius (c. 8) Orphei matrem consolans de morte filii per exemplum Thetidis quae quamquam dea fuerit tamen amiserit filium; quam ob rem desinant mortales funera complorare.

Tertium deinde argumentum mortem solvere mala, invenimus in Antiphili carmine (176) cuius v. 5 mors vocatur *κακῶν λύσις*, et c. 383. 8/9: *φεῦ μακαριστοί,*
ὅσσοι ἀπ' ὠδίνων οὐκ ἴδον ἠέλιον.

et c. 481. 3/4: *ἴσχεο λύπας,*
Θείοδοτε, θνατοὶ πολλάκι δυστυχέες.

et c. 574. 9/10:
ἔμπης ὄλβιος οὗτος ὃς ἐν νεότητι μαρανθεὶς

ἔκφυγε τὴν βιότου θᾶσσον ἀλιτροσύνην.

et c. 308. 3/4:

ἀλλά με μὴ κλαίοις· καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

Quartum autem argumentum, gloriae spes, saepissime adhibetur in anthologia. Ita carminibus 11 et 12 Ascelepiades et incertus quidam Erinnam semper in laudibus versaturam esse contendunt, et Pinytus Tylliusque celebrant Sapphus carmina immortalia. Item gloriam quasi consolantes ostentant Ion c. 43 (in Euripidem) vv. 3/4:

ἴσθι δ' ὑπὸ χθονὸς ὤν, ὅτι σοι κλέος ἄφθιτον ἔσται
ἶσον Ὁμηρείαις ἀενάοις χάρισιν.

Meleager c. 80 (in Heraclitum) 5/6:

αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ᾗσιν ὁ πάντων
ἁρπακτὴς Ἀΐδης, οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

idem c. 428 (in Antipatrum Sid.) 19/20:

τὸ δ' οὔνομα πέτρος ἀείδει,
Ἀντίπατρον, προγόνων φύντ' ἀπ' ἐρισθενέων.

incerti c. 225. 5/6:

οὔνομα μὴν ἥρωος ἀεὶ νέον· οὐ γὰρ ἀοιδὰς
ἀμβλύνειν αἰών, κἢν ἐθέλῃ, δύναται.

c. 251 3/4:

οὐ τεθνᾶσι θανόντες, ἐπεί σφ' ἀρετὴ καθύπερθεν
κυδαίνουσ' ἀνάγει δώματος ἐξ Ἀΐδεω.

c. 258. 4:

κάλλιστον δ' ἀρετῆς μνῆμ' ἔλιπον φθίμενοι.

Damagetes c. 541. 5:

ναὶ μὴν ἀλλ' ἀρετῆς σε διακριδὸν Ἆλις ἀείδει κτλ.

carm. 690. 1/2:

οὐδὲ θανὼν κλέος ἐσθλὸν ἀπώλεσας ἐς χθόνα πᾶσαν,
ἀλλ' ἔτι σῆς ψυχῆς ἀγλαὰ πάντα μένει κτλ.

Carminibus 594 et 595 Julianus Aegyptius laudat Theodori gloriam poeticam sempiternam. Carmina autem 231 et 431—437 exprimunt Spartanos fugae praeferre mortem. Eodem gloriae amore commotus Aelius c. 223 gaudet gladii potius ictu se exspirasse quam morborum languore.

Praeterea V argumentum quod est de funere occurrit in

carm. 36 quo Erycius optat ut Sophoclis tumulus semper sit ornatus floribus amoenis; etiam carm. 321. 8/9 sepulcrum floribus ornare iubet. Carmine 73 Geminus Themistoclis monumento sepulcrali affigi vult spolia. Sepulcra et monumenta quasi consolandi gratia promittuntur carminibus 329. 4 et 333. 4. Funerum autem magnificentiam profert Paulus Silentiarius carm. 560.

Postremo VI argumentum quod est gravissimum, immortalitatis spem, poetae, quorum carmina in anthologia Palatina tradita sunt, adhibuerunt. Et primum quidem mortuos post mortem versari inter maiores, affert Simonides c. 24. 9/10 Anacreontem in ipso Tartaro umbras carminibus delectantem fingens. Deinde c. 27. 1/2 Antipater Sidonius optat ne Anacreon inter manes desinat cantare, et c. 30. 5/6 negat Anacreontis amores morte posse extingui. Sed etiam animae immortalitas celebratur. Ita c. 75. 3/4 Antipater tangit Pythagorae metempsychosin. Praeterea Diog. Laet. c. 87:

σῶμα μὲν ἦρε Σόλωνος ἐν ἀλλοδαπῇ Κύπριον πῦρ·
ὀστέ' ἔχει Σαλαμὶς ὧν κόνις ἀστάχυες.
ψυχὴν δ' ἄξονες εὐθὺς ἐς οὐρανὸν ἤγαγον· εὖ γὰρ
θῆκε νόμους αὐτοῖς ἄχθεα κουφότατα.

Carm. 108 Diog. Laet. v. 4 animam vocat immortalem. Diog. Laert. c. 129 (in Zenonem) 3/4:

ἀλλ' ἐδάμης· δὴ γάρ σε λαγὼν ὁ τύραννος ἐν ὅλμῳ
κόψε· τί τοῦτο λέγω; σῶμα γάρ, οὐχὶ δὲ σέ.

Carm. 337. 7/8: *ἐς οὐρανίας γὰρ ἀταρποὺς*
ψυχὴ παπταίνει σῶμ' ἀποδυσαμένη.

Carmine 370 deinde Diodorus dicit cinerem quidem Menandri in sepulcro condi, ipsum autem versari vel apud Iovem vel inter beatos. Postremo carm. 570. 3/4:

ὡς δὲ φύσις μιν ἔλυσεν ἀπὸ χθονός, ἀθάνατοι μὲν
αὐτὸν ἔχουσι θεοί, σῶμα δὲ σηκὸς ὅδε.

Videmus igitur omnia sex argumenta quae constituimus in anthologia adhibita.

Praeterea permagnam copiam epigrammatum sepul-

cralium nobis praebet Kaibelii collectio [1]), quam perspiciamus. Titulos maxime continet defunctorum gentem et sortem indicantes. Sed non desunt sententiae ad nostram quaestionem pertinentes itaque citandae.

Ac primum quidem argumentum fatis omnium funerum culpam esse tribuendam saepissime occurit:

Ita 1.7. 7: *μοιρῶν γὰρ ἄνισος τοῦτ' ἐπέκλωσε μίτος.*
144. 5: *μοίρης μοι φθονερὸς τοῦτ' ἐπέκλωσε μίτος.*
274. 1: *μοιράων με μίτος πικρὸς ὤλεσεν.*
283. 3: *μὴ κλαῖε· μοιρῶν γὰρ μίτος πάντας καλεῖ.*
351. 5: *μοῖραν δ' οὐκ ἔφυγον, ἐπεὶ ἦν μίτος οὗτος ὁ μοιρῶν.*
231. 8: *τέρμα γὰρ εἴς με βίου μοῖρ' ἐπέκρανε τόδε.*
287. 5/6: *ἀλλά με μοῖρ' ἀφ' ὁμαίμου ἐνόσφισεν, ὦ γενέτειρα,*
εἰσάριθμον ζωῆς κλῶσε μίτοισι χρόνον.
292. 6: *μοιρῶν γὰρ κλωστῆρι τέλος βιότοιο τέτυκται.*
511. 5: *ἀλλά με μοῖρ' ἐδάμασσεν ἐπεὶ τόδε μόρσιμον ἦεν.*
519. 5/6: *ἀλλ' οὐκ ἔστι τύχην προφυγεῖν καὶ δαίμονα θνητοῖς*
οὐδὲ παρώσασθαι μόρσιμον ἦν τὸ χρεών.

Mortem omnibus esse destinatam 438:

πάντα χθὼν φύει καὶ ἔμπαλιν ἀμφικαλύπτει·
τοὔνεκα μὴ στονάχοι τις ἀπὸ χθονὸς εἰς χθόνα δύνων.
ὅταν κάμῃς, τοῦτο τὸ τέλος.

Haec autem sententia omnes homines esse mortales spectat quasi ad II argumentum quod per exempla consolatur. Inest epigr. 217. 6:

κείσθω· πᾶσι χρόνου ταὐτὸν ἔπεστι τέλος.
333. 5/7: *ἀλλ' οὔτοι μοῖραν γε θεῶν ἰότητι κραταιὴν*
θνητὸς ἀνὴρ ἔφυγεν· ἔφθιτο δ' ἐσθλὸς ὅμως.
416. 6: *ὡς εἰδὼς ὅτι πᾶσι βροτοῖς τὸ θανεῖν ἀπόκειται.*
588. 8: *οὐδεὶς γὰρ δύναται μοιρῶν μίτον ἐξαναλῦσαι.*

III quoque argnmentum, quo mors mala solvens laudatur, saepe invenimus in collectione Kaibeliana.

151. 9: *τοῖός τοι θνητῶν μογερὸς βίος κτλ.*
153. 13/14: *ἦ ῥα καλὸν γέρας ἔσχον, εἰ ἀψευδὴς λόγος ἀνδρῶν,*
παῖδας ἀποθνήσκειν, οὓς φιλέουσι θεοί.

---

1) Epigrammata graeca ed. Kaibel. Berol. 1878.

340. 8: ὅσσους γὰρ φιλέουσι θεοὶ θνήσκουσιν ἄωροι.
426. 2: καλὸν τὸ θνήσκειν, οἷς τὸ ζῆν ὕβριν φέρει·
453. 3/4: ἦ ῥ', ἔτυμον τάφος εἰμὶ βροτοῖς ἀνάπαυμα μέγιστον
ἐκ βιότου καμάτων ἠδὲ γλεωπονίης.

IV autem arg. memoriae decus praebent epigrammata 57 nec non 59 et 60. Cf. 200. 4: σήματι τοῦ πικροῦ ῥῦσιν ἔχω θανάτου, i. e. monumento a mortis oblivione vindicatus sum.

Deinde V arg. tumulorum decus memoratur 103. 9/10; epigr. 137 defunctus gaudet sibi funera rite instructa esse; item 403. 5: σῶμ' ἀποδυσάμενος δ' ἔλαχον περικάλλεα τύμβον. Epigr. 548 et 569. 5—10 optatur, ut floribus amoenis tumulus operiatur. Epigr. 610. 7 eo procedit ut mortua fingatur exclamans: καὶ ζῶ κοὐκ ἔθανον τοῖον ἔχουσα τάφον.

Gravissimum denique argumentum, immortalitatem, permulta epigrammata praebent quae afferam.

35b 5/6: Σῶμα μὲν ἐνθάδε σόν, Διονύσιε, γαῖα καλύπτει,
ψυχὴν δ' ἀθάνατον κοινὸς ἔχει ταμίας.
41: Εὐρυμάχου ψυχὴν καὶ ὑπερφιάλους διανοίας
αἰθὴρ ὑγρὸς ἔχει, σῶμα δὲ τύμβος ὅδε.
90. 1/2: ὀστέα μὲν καὶ σάρκας ἔχει χθὼν παῖδα τὸν ἡδύν,
ψυχὴ δ' εὐσεβέων οἴχεται εἰς θάλαμον.
104b 3/6: ἐνθάδε Διαλόγοιο σαόφρονος ὀστέα κεύθει

. . . .

ψυχὴν δ' ἐκ μελέων οὐρανὸς εὐρὺς ἔχει.
148. 2/3: ἀθανάτης δὲ
ἴνδαλμα ψυχῆς θεῖον ἐς αἰθέρ' ἔβη.
150. 8: αἰθέρι δοὺς ψυχήν, σῶμα δὲ Κεκροπίῃ.
159. 2: ἧς μὲν σῶμ' ἐνὶ γῇ κεῖται ψυχὴ δ' ἐν Ὀλύμπῳ.
175 et 175 etiam proferunt immortalitatem.
225. 3: ψυχὴ δ' αἰθέριον κατέχει πόλον.
228. 7/8: ναίω δ' ἡρώων ἱερὸν δόμον, οὐκ Ἀχέροντος.
τοῖον γὰρ βιότου τέρμα σοφοῖσιν ἔνι.
243. 5/6: ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη μετὰ δαίμονας ἄλλους
ἤλυθε σή. ναίεις δ' ἐν μακάρων δαπέδῳ:
261. 9/10: κεῖται μὲν γαίῃ φθίμενον δέμας, ἡ δὲ δοθεῖσα
φυχή μοι ναίει δώματ' ἐπουράνια κτλ.
266 exprimitur spes post mortem maritos iterum fore coniunctos.

268. 7/8: ὅσσαι γὰρ ψυχαὶ σεμνῶς τ' ἀγαθῶς ἐβίωσαν,
ταύτας μὴ θνήσκειν, ἀλλὰ λέγ' ἀθανάτους.
288. 4/5: ἡ γάρ μοι ψυχὴ μὲν ἐς αἰθέρα καὶ Διὸς αὐλάς,
ὀστέα δ' εἰς Ἀΐδην ἄτροπος εἷλε νόμος.
312. 4/5: ψυχὴ δ' ἐκ κραδίης δράμ' ἐς αἴθερον εἴκελος αὔρῃ.
320. 5/6: παῦε γόοιο
ψυχῆς μνησαμένη, ἥν μοι Ζεὺς τερπικέραυνος
τεύξας ἀθάνατον καὶ ἀγήραον ἤματα πάντα κτλ.
324. 3/4: ψυχὴ δ' ἀθανάτων βουλαῖς ἐπιδήμιός ἐστιν
ἄστροις καὶ ἱερὸν χῶρον ἔχει μακάρων.
325 b 5/6: εἰ καὶ χηλὸς ἔχει δέμας ἀγλαόν, αὐτὰρ ἐς αἴθρην
ψυχὴ ἔβη ἐμέθεν κτλ.

Multis praeterea aliis locis immortalitas inducitur quos longum est omnes in extenso citare. Sufficiat eos breviter enumerare: 338. 1/2; 422. 4/5; 433; 516; 522 a. 12/13; 529; 642. 6/7; 648. 9 sqq.; 649.

Venimus ad poetas bucolicos. Apud Theocritum extat carmen funebre quo comploratur mors Daphnidis (in id. I. 64—141) et ita sermo procedit: musis invocatis, ut Daphnin a lupis leonibus armentis comploratum lugeant (64—83), narratur cur et quomodo Venus vulneraverit Daphnin (84—98); tum Daphnis ipse accusat deam (99—103) eamque ire iubet ad Anchisen (104—107) vel ad Adonin (108—110) vel aggredi Diomedem (111—113); complorat sortem suam, valedicit pratis armentisque et moribundus tibiam suam vovit Pani (114—130); inde describitur luctus communis de morte eius (131—136), et Venus ipsa eum vult servare sed nequit (137—141). Videmus igitur lugubre tantum esse hoc carmen. Id postea quidem apud Romanos Vergilius imitatus est in ecl. 5, sed adiecit apotheosin. Qua de re infra agam.

Contra Theocritus quoque redivivum canit Adonin in laeto carmine Adoniazusis (100—144), ubi cantrix, postquam apparationes ad eius adventum magnificentissime instructas praedicavit (100—135) eum ex Acheronte redeuntem salvere iubet (136—144).

Bionem autem bucolicum totum librum epicediorum scripsisse Th. Birtius [1]) demonstravit; sed huius libri nihil servatum

---

1) Das antike Buchwesen p. 399.

est nisi *ἐπιτάφιος Ἀδώνιδος*, quo Gotofredus Hermannus putat Bionem Theocriti Adoniazusas ita imitatum esse, ut cum apud illum poetria Adonin redivivum canat, ipse, quod prioris Adoniorum diei munus erat, mortuum lugeret. Hic *ἐπιτάφιος Ἀδώνιδος* post prooemium (1—6) describit mortem Adonidis et dolorem Veneris (7—35) et omnium luctum communem (36—46); Venus ipsa in lamentationes dolorem effundit (47—70); corpus mortui laudatur et ornatur (71—95); postremo iteratur naenia (96—109). In adiectivum *ἐπιτάφιος* nullum aliud quadrat substantivum atque *λόγος*, qua ex re in titulo quidem Bionem se ad artem rhetoricam applicavisse apparet.

Magis autem artis rhetoricae species cognoscitur in epitaphio in mortem Bionis conscripto, quod falso Moscho tribuebatur (id. III): post prooemium (1—12) poeta musas invocat (13—17) et describit luctum armentorum (18—24) et deorum (25—38); quo luctu nullum antea fuisse maiorem (39—52); carminum suavitatem omnes esse desideraturos (53—80); ars poetica laudatur (81—90); a civibus Bionem complorari (91—100); se carmine mortem eius esse defleturum (101—120); quisquis mortis eius culpam habeat, poenam non posse effugere (121—134); postremo speratur etiam apud inferos Bionem propter dulcedinem carminum optime acceptum fore[1]). Hoc in carmine praeter lamentationem afferuntur etiam nonnulla argumenta consolatoria; imprimis exprimitur spes, post mortem defunctos fore iterum coniunctos (*μακαρισμός*)[2]). Etiam in Theocriti Adoniazusis similis profertur sententia et tangitur immortalitas; nam solemnia Adonia sicut sacra Eleusina celebrabant reditum in vitam (*παλιγγενεσίαν*). Sed non ad immortalitatem animae spectabant Adonia, cum Adonis redivivus symbolum tantum esset veris post hiemem renascentis.

---

1) conferri potest Theocr. Adon. 86:
ὁ τριφίλατος Ἄδωνις ὅ κὴν Ἀχέροντι φιλεῖται.

2) Id. II. v. 75 Theocritus nutricem defunctam appellat *μακαρῖτις*.

Caput IV.

Carminis consolatorii apud Romanos vestigia.

A. Excursus.

Historia consolationum porro tractanda est in litteris Romanorum, qui aetate Augusti in hoc quoque genere exceperunt Alexandrinos. Sed priusquam haec accuratius contemplemur, per excursum explanandum est, quae ante Augustum apud Romanos inveniantur similia. Ita quaestionem de Romanis instituam, ut primo loco nonnulla dicam de laudationibus funebribus et consolationibus prosa oratione compositis, deinde agam de carminibus.

Laudationibus ad celebrandum propinquorum memoriam habitis plurimi iuvenum romanorum incipiebant in arte rhetorica versari. Quem morem usque ad imperatorum aetatem in usu mansisse apparet e Suetonio qui tradit Augustum duodecim annos natum orationem funebrem habuisse in laudem aviae Juliae [1], et a Tibero novem annos nato patrem defunctum pro rostris laudatum esse [2]. Sed iam tertio anteChristum saeculo edebantur laudationes. Ita Q. Caecilius Metellus laudavit patrem Lucium [3], Q. Fabius Maximus Cunctator filium [4], M. Claudius Marcellus patrem [5]. C. Laelius deinde conscripsit laudationes illas Scipionis Africani minoris quas habuerunt Q. Fabius Maximus Aemilianus [6] et Q. Aelius Tubero [7]. Brutus laudavit

---

1) Liv. 27. 27.

2) Suet. Aug. c. 8; Quint. 12. 6. 1.

3) Suet. Tib. c. 7; cf. Huebner. Herm. I. p. 441.

4) Plin. nat. hist. 7. 139.

5) Plut. Fab. 18 et 24. 6; Cic. Cat. Mai. 4. 12,

6) Schol. Bob. ad. Cic. pro Mil. 7. 16: *super Africani laudibus extat oratio C. Laelii Sapientis, qua usus videtur Q. Fabius Max.* etc.

7) Cic. de orat. 2. 84. 341: *Q. Tuberoni Africanum avunculum laudanti scripsit C. Laelius.*

Catonem [1]). Feminae autem non laudabantur ante Camilli aetatem [2]). Primum Popiliam a Catulo laudatam esse Cicero putat [3]). Posteriore tempore Caesar laudavit avitam [4]). Praeterea Buresch (p. 122) affert laudationes M. Varronis, Allii, Sulpicii Apollinaris, Lucretii Vespillonis in Turiam uxorem, Hadriani imperatoris in Matidiam maiorem, laudationem denique in Murdiam. Quarum laudationum recentiores iam pependisse ex arte rhetorica Graecorum conici potest. Idem quadrat in Ciceronem, qui tres scripsit laudationes, unam in Caesarem, alteram in Porciam [5]), tertiam in Catonem [6]). Quae laudationes quantopere spectaverint ad consolandum, non apparet. Primum autem apud Romanos Ciceronem philosophi graeci excitaverunt, ut in consolationum genere philosophico versetur. Nam Cicero conscripsit consolationem, de morte Tulliae filiae se ipse consolaturus, Crantoris maxime adhibens libellum *περὶ πένθους* et alia Graecorum scripta consolatoria [7]). Ipse enim dicit (ad Att. 12. 14): „*nihil de maerore minuendo scriptum ab ullo est, quod non — legerim; sed omnem consolationem vincit dolor; quin etiam feci quod profecto ante me nemo, ut ipse me per litteras consolarer*“, et alio loco (Att. 12. 20): „*quod me hortaris idque a ceteris desiderari scribis, ut dissimulem me tam graviter dolere, possumne magis, qui totos dies consumo in litteris? quod etsi non dissimulationis sed potius leniendi et sanandi animi causa facio, tamen si mihi minus proficio, simulationis certe facio satis*“. Illius vero de morte Tulliae consolationis fragmenta tantum habemus; sed argumenta philosophica certe reperiuntur in Tusculanis disputationibus, quibus Cicero materiam illam consolatoriam undique e philosophis graecis collectam diligentius

1) Cic. ad. Att. 13. 46. 2; 12. 21. 1.

2) Plut. Cam. c. 8.

3) Cic. de orat. 2. 11. 44.

4) Plut. Caes. 6.

5) Cic. ad Att. 13. 27. 3; 13. 48. 2.

6) Plut. Caes. 54; cf. Cic. ad Att. 12. 40. 1, ubi apparet hanc laudationem non placuisse Caesari, qui Catonem nimis laudari putabat; contrarium censebat Brutus (Att. 12. 41. 1), qui ipse hanc ob causam scripsit laudationem Catonis (Cic. ad Att. 13. 46. 2).

7) Tusc. disp. 3. 71. 76 4. 29. 63.

et latius tractavit, ita „*ut ex illius consolationis fundamento quasi surgeret Tusculanarum disputationum aedificium*“, quod Buresch fragmentis Ciceronianae consolationis cum Tusculanis disputationibus scriptisque Graecorum philosophorum comparatis haud sine veritatis specie demonstravit (p. 95—108).

Ceterum epistulas consolatorias Cicero scripsit ad Torquatum (fam. 6. 3.), ad. M. Brutum de morte Porciae uxoris (ep. Brut. 9), et Titium liberorum obitum immoderatius ferentem (fam. 5. 16). De Seneca autem consolationum auctore infra agam. Jamque ad carmina romana antiquioris temporis devenio.

2. Graecorum *ἰάλεμοι* vel *ὀλοφυρμοί* similes fuerunt ni fallor Romanorum n a e n i i s, quae carmina in mortuorum funeribus cantabantur. Illum quoque morem cum Graecis Romani habuerunt communem, ut mulieres ad funera conducerentur, quae ante domum mortui laudes eius canerent [1]). Apud Graecos enim *Καρῖναι* [2]) vel *Κισσίαι* [3]) ululabant ad tibiarum sonum lamentabilem; apud Romanos autem hae mulieres appellabantur praeficae [4]), quarum carmina ab ipsis composita valde erant inepta et incondita [5]) ita ut postea vox naeniae nihil aliud significaret atque nugas [6]). Naeniae autem ex Asia venisse videntur, cum derivatio ex ulla stirpe latina non appareat, sed apud Phrygios inventum sit vocabulum *τὸ νηνίατον* significans *Φρύγιον μέλος* [7]) id est carmen lugubre. Ridiculam imitationem naeniae Seneca inseruit Apotheosi [8]) (c. 12).

---

1) Varro. l. l. 7. 70.

2) Menander scripsit comoediam cui titulus erat *Καρίνη* Athen. IV. p. 175; Hesych. s. v. *Καρῖναι· θρηνῳδοὶ μουσικαί, αἳ τοὺς νεκροὺς τῷ θρήνῳ παραπέμπουσι πρὸς τὰς ταφάς* etc.

3) Aesch. Choeph. 423.

4) Plaut. Truc. 2. 6. 14: praefica quae alios collaudat;
Nonius s. v. praeficae: dein naeniam cantare solitam ad tibiam et fides; — haec mulier vocitata olim praefica usque ad punicum bellum.

5) Nonius 145.

6) Plaut. Asin. 4. 1. 63: haec sunt non nugae; non enim mortualia.

7) Cic. leg. 2. 24. 62; Pollux. 4. 79 ex Hipponacte.

8) Apotheosin esse verum titulum ludi de morte Claudii Caesaris nuperrime demonstravit Th. Birt in ind. lect. Marb. hiem. 1888.

Neque illud omittam, quodquidem notissimum est Varronem[1]) referre in conviviis vel a propinquuis vel a servis cantitatas esse laudes maiorum, et Ciceronem[2]) tradere multis saeculis ante Catonis aetatem in epulis de clarorum virorum laudibus carmina cantitata esse a singulis convivis. Ambo fortasse hauserunt e Catonis Originibus.

B. Carmina consolatoria.

Jam vero vertamur ad poetas, qui in consolationum quoque genere secuti sunt Alexandrinorum disciplinam. Nam inde a Catullo consolationes poeticae scribebantur Alexandrinorum modo. Sed pauca tantum quae ad nostram tractationem pertineant hauriri possunt e carminibus lyricis. Ita Horatius consolatorem se praebet et non modo carm. I. 28 vanitatem ostendit studiorum humanorum contra fortunam et mortem, et carm. I. 4. 14 sqq. Sestium et carm. II. 14 Postumum et carm. 4. 7 Torquatum et epist I. 8 Albinovanum Celsum et epist. I. 4 Tibullum monet, ut laete fruantur vitae voluptatibus quamdiu liceat (arg. I), quoniam omnibus hominibus immineat mors (arg. II), verum etiam consolatur carm. I. 24 Vergilium Quintilii Vari poetae obitu afflictum, et carm. II. 9 Valgium Rufum consularem amicum suum morte delicati pueri graviter affectum, cui nomen erat Mystae (v. 10). Denique suam gloriam permagnam sibi superstitem fore Horatius ostentat postremo libri III carmine.

2. Clarius Alexandrinorum carmina agnoscuntur apud poetas elegiacos romanos. Calvum enim poetam de morte Quintiliae uxoris carminibus se esse consolatum legimus apud Catullum (c. 96) et Propertium (3. 34. 89)[3]). His carminibus Calvus fortasse imitatus est Antimachi Lyden et scripsit quasi consolationem ad se ipsum per exempla heroum infortunatorum. Praeterea Catullus fratris manibus pulchrum vovit carmen (c. 101) quo summum fraternum amorem ostendit. Accuratius

1) Varro apud Non. s. v. silicernium et s. v. assa voce.

2) Brut. 19. 75.

3) cf. Diom. G. L. 1. 376 et Charis. G. L. 1. 101.

vero hoc carmen illustratur alia Catulli elegia (c. 68 A) cuius vv. 19—26 describit poeta quantopere fratris morte sit afflictus, et deinde (c. 68 B) vv. 91—100 exponit dolorem suum augeri eo, quod in terra valde reposita frater sit sepultus (cf. c. 101. 1/2). Tamen lamentationem tantummodo hoc carmine proferri videmus neque consolationem. Ceterum iucundissimam querimoniae parodiam in mortem passeris praestitit Catullus (c. 3).

Magis autem consolatoria est Vergilii ecl. 5, qua poeta imitatus est id. I Theocriti (cf. p. 51). Quo carmine comploratur mors Daphnidis iuvenis. Et secutus quidem est Vergilius bucolicum alexandrinum, sed novum intulit argumentum. Nam cum Theocriti carmen luctum tantum proferat, Vergilius inter deos Daphnin receptum esse praedicat. Itaque Vergilius carmen adauxit adhibito argumento VI; id quod fecit celebraturus apotheosin Julii Caesaris, qua de re consentiunt et antiqui et hodierni fere interpretes.

Multo etiam gravior in re quae agitur auctor fuit Propertius, carminis elegiaci apud Romanos princeps, qui praeclarum scripsit carmen consolatorium. Intellego reginam elegiarum, XI libri quinti elegiam:

Desine, Paulle, meum lacrimis urgere sepulcrum;
panditur ad nullas ianua nigra preces etc.

Quae elegia est consolatio Corneliae ad Aemilium Paullum maritum et Lepidum. Atque incipit haec elegia a ratione illa creberrime in consolando usitata (arg. I): nihil maerore mutari (1—10), quod Corneliam ipsam proferentem fingit Propertius. Deinde ostendit Cornelia omnis culpae immunem se ad inferos transiisse neque igitur poenas in Tartaro sibi esse verendas (11—56). Gaudet quod cara fuerit propinquis (57—68) et adhortatur superstites ut gentem serie fulciant mittantque dolorem (69—102). Videmus in hac elegia mortuam ipsam loquentem fingi, sicut postea Drusum in consolatione ad Liviam et mortuos in Senecae et Statii consolationibus. Quod sumptum est ex inscriptionibus sepulcralibus, in quibus saepe mortuus alloquitur eos qui praetereunt ad commovendam eorum miserationem.

Ovidius tandem inter rhetoricos poetas perpulchram

elegiam scripsit in mortem Tibulli (am. III. 9), cuius prima parte complorat mortuum, altera autem praedicat eum, quia gloria poetica ipsius mortis vim devicerit et in valle Elysia inter clarissimos poetas versetur [1]). Postea ex Ponto Ovidius scripsit elegiam consolatoriam ad Q. Fabium Maximum de morte Albinovani Celsi (Pont. I. 9) [2]). Atque ipse Ovidius mentionem facit alius carminis, quod in Augustum mortuum conscripserit, his verbis: „*carmina illa, quae de te* (scil. Caesare Augusto) *misi caelite facto novo*“ (Pont. 4. 9. 131), item alio loco (Pont. 4. 6. 17 sq.) dicit: „*quale tamen potui de caelite, Brute, recenti* (scil. Augusto), *vestra procul positus carmen in ora dedi*“.

Retrospectu quasi nunc videamus, quibus argumentis poetae romani ad consolandum usi sint. Et primum fortasse memorabile est clarum illud dictum quod extat in Passere ludicro Catulliano: „*illuc unde negant redire quemquam*“, quod est desperantis, iteratur autem in Senecae apotheosi (c. XI. in fine). I argumentum, lacrimis nihil effici contra fatorum deorumque consilium Horatius protulit et Propertius. II deinde argumento omnibus hominibus imminere mortem, per exempla consolabantur Horatius et si recte conieci Calvus. Tertium autem argumentum, mortem cum e malis et miseriis nos eripiat, esse laudandam, non invenimus nisi forte apud Horatium, qui saltem conqueritur vitae molestias, quamquam nunquam laudat mortem. Memoriae decus deinde ostentant Horatius et Ovidius. Funera et propinquorum tristitiam afferunt Catullus et Propertius: Catullus enim luctum eo augeri dicit, quod in terra peregrina frater sit sepultus, et apud Propertium Cornelia gaudet se a propinquis esse comploratam. Gravissimum tandem argumentum, vitam post mortem, adhibet Propertius, apud quem Cornelia dicit se sine poena mansuram esse apud inferos, et Vergilius, cum inter deos Daphnin receptum praedicet, et Ovidius, qui Augustum „*caelitem factum*“ celebrat.

3. Nunc contemplemur eas consolationes, qnae in funera

---

1) Quod argumentum plane rhetorum fuit; vide supra de Hyperide etc. p. 44; etiam de epitaphio Bionis p. 52.

2) cf. Hor. epist. I. 8.

familiae Augusti Caesaris et amicorum eius conscriptae sunt. Atque Seneca in cons. ad Marc. c. 4 commemorat, immo vero excerpit orationem consolatoriam, quam Areus philosophus habuerit ad Liviam de Drusi morte. Itaque hic Areus fortasse non ignotus fuit poetae nostro qui epicedion Drusi confecit. Tiberium quoque imperatorem praeter orationes, quas habuit in propinquorum funeribus[1]), carmen lyricum composuisse tradit Suetonius (Tib. 70), cuius titulus erat: *„conquestio de morte L. Caesaris"*. Itaque vera consolatio hoc carmen non fuit. Seneca deinde permulta scripsit consolatoria. Nam non solum ad Lucilium misit epistulas consolatorias de morte Metronactis (ep. 93), de morte Flacci amici (ep. 63), de morte Marulli parvuli (ep. 99) sed etiam consolationes ad Marciam de morte filii, ad Helviam matrem de ipsius exilio, ad Polybium de fratris obitu, quas iam supra attuli, ubi locutus sum de consolatione ad Liviam, quam argumentatione artissime cum Senecae scriptis cohaerere demonstravi. In re oratoria autem et poetica hunc de Druso consolatorem se applicasse vel ad Parthenium vel ad ipsos rhetores vel ad Areum verisimile videtur (cf. ea quae infra dicam de Statio). Praeterea hic iterum citandae sunt duae illae elegiae in mortem Maecenatis conscriptae, quas supra tractavi.

4. Apud ceteros vero primi saeculi poetas romanos non mihi occurrerunt consolationes nisi apud Statium, cuius nobis traduntur VI consolationes poeticae, quas singulas affero. Silvarum liber II incipit a consolatione ad Atedium Meliorem de morte Glauciae infantis scripta[2]), cuius summarium est hoc: Dolor tuus erit tantus, ut vix aures sis praebiturus consolationi (1—13); nihilominus autem animum inducas ad carmen meum; nam ipse tecum doleo (14—18), cum testis fuerim et funerum et maeroris tui. Pariter igitur fleamus (19—35). Valde Glauciam desiderabis, cum tibi fuerit carissimus et famulus oboedienter fidelis (36—71). Non servus erat, sed adoptaveras eum habebasque pro filio (72—105). Dignus

1) Suet. Tib. 6; Suet. Aug. 100; Tac. Ann. 4. 12; Sen. cons. ad Marc. 15. 3.

2) cf. praef. ad l. II.

erat amore tuo, cum omnes aequales virtutibus superaret et fortunatam redderet familiam (106—138). Crudelia erant fata, cum eum arriperent (139—147). Ipse moriturus te studuit consolari (148—153). Funerum magnificentia ostendisti doloris magnitudinem (154—178). Deinde cogita puerum in flore iuventutis esse mortuum et optime eum receptum iri in Elysio (179—207). Desine igitur nimis lugere, cum nemo mortalium immunis sit mortis (208—226). Ipsius Glauciae manes te consolentur (227—234).

Sexto libri II carmine Statius consolatur Flavium Ursum de morte famuli[1]), cui nomen fuerat Phileto (v. 81). Post expositionem (1—20) poeta praedicat mortui virtutes (21—50) et bene de domino merita (50—57). Crudelitatem deinde conqueritur fatorum (68—70), et postquam relatum est de morbo et morte Phileti deque Ursi maerore (70—85), describuntur funera magnifica (85—93) et ad leniendum Ursi dolorem affirmatur puerum versari in beatorum sedibus et fortasse ipsum quoque dominum suum esse consolaturum (93—105). Mira sententiarum similitudo extat inter primos huius carminis versus (*Saeve nimis, lacrimis quisquis discrimina ponis lugendique modos*) et inter consolationis ad Liviam versus 7/8 (*Et quisquam leges audet tibi dicere flendi?*). Qua ex re Hauptius concludit consolationis ad Liviam scriptorem his Statii versibus usum esse, sed equidem hanc similitudinem non ita multum valere puto, ut ea refutetur id, quod ad tempus epicedii Drusi definiendum attuli; immo vero aut Statius illos versus e consolatione ad Liviam desumsisse mihi videtur, aut ipse quoque in eandem sententiam incurrisse[2]).

Claudium quoque Etruscum Statius consolatus est de morte patris eius (Silv. III. 3)[3]). Omnes homines iubet adesse funeribus Claudii senis (1—17) a filio vehementer comploratí (17—21). Mortuum summis cum honoribus se conferre ad tribunal infernum (22—30). In funeribus opulentis (31—37)

1) cf. praef. ad l. II.

2) Similem versum legimus in Silv. V. 5. 58: *quisnam autem gemitus lamentaque nostra reprendis?*

3) cf. praef. ad l. III.

se quoque sacra facere velle poetica (37—42). Summis laudibus deinde effert defunctum (43—173) et post comploratione mpatris (173—194) monetur Claudius Etruscus, ut mittat dolorem (195—216).

Deinde Abascanto, qui complorabat Priscillam uxorem defunctam, Statius dedicavit consolationem (silv. V. 1) [1]). Qua post expositionem (1—44) praedicantur sublimes Priscillae virtutes coniugales (45—134) quae non eam reddiderint mortis inmunem (135—165). Accusantur fata (165—169). Priscilla moribunda ipsa maritum consolatur (170—169). Versibus deinde 197—262 inest funerum descriptio et consolatio.

Sui patris deinde morte graviter afflictus dolorem in carmen consolatorium (silv. V. 3) Statius infudit, cuius argumentum est hoc: quamquam tanto dolore sit affectus, ut vix possit elegiam conscribere (1—103), tamen elate laudat patrem arte poetica celebrem (104—208), cuius institutioni se ipsum quoque concedit debere quidquid in poesi meruerit (209—252). Sed semet ipsum consolari oportere, quoniam non omnis mortuus sit pater, qui nunc versetur inter praeclarissimos antiquitatis viros, et gloriam ei fore superstitem (252—292). Hoc carmen non scriptum est ante annum 80 p. Chr. quo anno Statii pater est mortuns [2]).

Praeterea inter Statii consolationes extat epicedion in puerum suum (silv. V. 5), quem quantopere dilexerit, diserte illustrat et ostendit, quanto dolore eo amisso affectus sit. Sed abruptum est hoc epicedion.

In omnibus his quas attuli Statii consolationibus eadem fere consolandi argumenta nobis occurrunt; in omnibus nempe invenimus dispositionem illam tripartitam, quam Menander praecepit cum loquatur de epitaphii capitibus (cf. p. 44/45); eandem apud Senecam observavimus et in consolatione ad Liviam. Vides itaque quantum in his poetis valuerit ars rhetorica prosaicorum. Has autem tres partes intellego quas dicit Menander: expositionem et laudationem (ἔπαινος) complorationem

1) cf. praef. ad l. V. quae ad hanc solam pertinet consolationem neque ad cetera eiusdem libri carmina, postea addita.

2) Teuffel. hist. litt. rom. § 318. 3; et 321. 3.

(κεφάλειον θρηνητικόν) consolationem (κεφάλειον παραμυθικόν). Quas partes quamquam non semper hoc ordine legimus dispositas, tamen agnoscimus in omnibus Statii consolationibus, et ita quidem, ut laudatio in aliis spectet ad consolandum, in aliis ad complorandum. Praeterea in omnibus consolationibus Statius describit funera mortuosque partim ipsos consolantes inducit, partim advocat ut consolentur superstites. Epicedion vero in patris mortem scriptum laudationis magis speciem prae se fert quam consolationis; attamen in eo quoque non desunt consolatoria. Atque disponendi rationem, quam Statius in his carminibus adhibuit, tabula optime illustrari posse puto, quam hoc loco ita instituo, ut simul consolationem ad Liviam hac in re cum Statio conferam.

	Expositio	et laudatio.	Comploratio.	Consolatio.
Incerti ad Liviam	1	— 166	167–328	329–474
Stat. Silv. II. 1	1—35	36—138	139—178	179—234
Stat. Silv. II. 6	1—20	21— 57	57— 85	85—105
Stat. Silv. III. 3	1–40	41–173	173–194	195–216
Stat. Silv. V. 1	1—44	45—134	135—169	170—262
Stat. Silv. V. 3	1—40	104—252	41—102	252—292
Stat. Silv. V. 5	1—23	66— 77	47— 65	24— 46

Notandum sane est, quod apud Statium expositio et laudatio semper sunt divisae, dum Pseudo-Ovidius quasi mixtas eas profert. Praeterea animadvertendum mihi esse videtur Statii expositiones eandum fere versuum numerum complecti imprimis III 3 et V 5. Sed in duobus postremis Statii epicediis apparat remissio quaedam dispositionis.

C. Appendix.

Tum in appendice paucis attingam inferioris aetatis carmina consolatoria. Atque Ausonius, quarti post Christum saeculi rhetor Burdigalensis, multa scripsit carmina ad nostram dissertationem pertinentia. Triginta enim carmina Ausonius composuit in mortem propinquorum, quibus inscripsit Parentalia. Quae carmina quamquam omnia mortuos aut com-

plorant aut laudant, tamen nonnulla continent consolatoria. Ita c. 3 in Arborium avunculum v. 18: *ergo vale — Elysiam sortitus avuncule sedem.* Carm. 14 in Euronium generum v. 11: *nil aevi brevitate tamen tibi laudis ademptum; indole maturus, funere acerbus obis.* Carm. 15 in Pomponium affinem, v. 11: *sed frueris: divina habitat si portio manes; quaeque futura olim gaudia nosse datur. Longior hic etiam laetorum fructus habetur, anticipasse diu quae modo participas.* C. 16 Veriam Liceriam post complorationem praedicat, quia morte cum marito iterum sit coniuncta et »nupta magis quam tumulata« (v. 16). Carm. 18 optat Ausonius ut qualia in vita »talia et ad manes otia Sanctus agat« (v. 12). Carm. 19 in Namiam Pudentillam v. 13: *nunc etiam manes placidos pia cura retractat atque Pudentillam fantis honore colit.* Carm. 21 in Attusiam vv. 6/7: *quamvis Santonica procul in tellure iacentes pervenit ad manes exequialis honos.* Carm. 22 in Severum consocerum v. 15 sq.: *si quid apud manes sentis, fovet hoc tibi mentem; quod fieri optaras, id voluisse deum.* Carm. 30 in Pomponiam Urbicam consocrum v. 9: *sed neque tu viduo longum cruciata sub aevo protinus optato fine secuta virum.*

In professorum Burdigalensium commemoratione deinde Ausonius epicedia conscripsit in praeceptores suos, quorum omnium deinceps laudat artem rhetoricam et grammaticam. In his quoque carminibus non desunt consolatoria. Quae breviter excerpo.

I in Tiberinum Victorem vv. 37 sqq.:

Quamquam heredis egens bis sex quinquennia functus
fletus es a nobis ut pater et iuvenis.
Et nunc sive aliquid post fata suprema supersit,
vivis adhuc, aevi quod periit meminens,
sive nihil superest nec habent longa otia sensus,
tu tibi vixisti: nos tua fata iuvat.

II in Latinum Alcimum v. 19 sq.:

vivent per omnem posterum memoriam
quos tu sacrae famae dabas.

et ibid. v. 31 sq.:

quiesce placidus et caduci corporis
damnum reprende gloria.

III in Luciolum rhetorem v. 13 sq.:

ut placidos mores, tranquillos sic cole manes
et cape ab Ausonio, munus, amice. Vale!

V in Attium Tironem v. 35 sqq.:

minus malorum munere expertus Dei,
medio quod aevi raptus es:
errore quod non deviantis filiae
poenaque laesus coniugis.

VI in Alethium Minervium v. 31 sqq.:

omniae praecox
fortuna tibi
dedit et rapuit.
Quam fatiloquo
dicte profatu
versus Horati:
nihil est ab omni
parte beatum.

VII in Leontium v. 17 sqq.:

et iuvat tristi celebrare cura
flebilem cantum memoris querelae,
munus ingratum tibi debitumque
carmine nostro.

VIII in grammaticos graecos v. 17 sqq.:

vos levis cespes tegat et sepulcri
tecta defendant cineres opertos;
ut meae vocis titulum supremum
reddat honorem.

IX in Iucundum v. 6.:

es meritos inter commemorande viros.

X in grammaticos latinos v. 54 sq. gloriam fore superstitem:

ne pariter tumulus
nomen et ossa tegat.

XI in Herculanum v. 6 sq.:

esto placidus, et quietis manibus sedem fove;
iam mihi cognita dudum inter memoratus nomina.

XIII in Civitarium v. 11 sq.:

at nos defunctum memori celebramus honore;
fovimus ut vivum munere amicitiae.

XIV in Censorium Atticum v. 12:

maiorum manes et monumenta foves.

XVII in Exuperium v. 16:

sed patriae te iura vocant et origo parentum.

XVIII in Marcellum v. 11 sqq.:

memoranda recepi
fata; sat est dictum cuncta perisse simul,
non tamen et nomen etc.

XX in Staphylium v. 13 sq.:

pulchra senecta, nitens habitus, procul ira dolusque
et placidae vitae congrua meta fuit.

XXII in Victorium v. 21 sq.:

sed modo nobilium memoratus in agmine gaude,
pervenit ad manes si pia cura tuos.

XXIII in Dynamium v. 15 sq:

diversis quamvis iaceas defunctus in oris:
commemorat maestis te pia cura elegis.

Praeterea epitaphia heroum qui bello troico interfuerunt e, graeco Ausonius transtulit in sermonem latinum. Sed etiam in alios scripsit epitaphia; ita in sedecennis matronae tumulum, ep. 32, ubi v. 5 sq. dicit:

quis mortem accuset? quis non accuset in isto
aetatis? meritis anus est, aetate puella.

et in Glauciam immatura morte praeventum epitaph. 33, v. 6 sq.:

verum aut Persephonae Cinyreius ibis Adonis,
aut Iovis Elysii tu Catamitus eris.

Tum Ausonius composuit epicedion in patrem suum quo mortuum ipsum introduxit loquentem. Vv. 1—36 celebrant defuncti artum medicam, civilem virtutem, probitatem; vv. 37—52 deinde continent vitae rerumque familiarium narrationem, et pergit ille: fortuna iubente haec reliqui, sed

5

59 inter maerentes, sed non ego maestus, amicos
dispositis iacui funeris arbitriis,

mortem suam igitur non esse nimis complorandam.

Videmus autem Ausonium argumentum illud e fide christiana ortum, immortalitatis spem, quamvis ipse fuerit christianus, non solum non adhibere, sed etiam de veritate eius dubitare[1]); nam versus illi, Prof. 9. 6: »es meritos inter commemorande viros,« et Prof. 11. 7: »iam mihi cognita dudum inter memoratus nomina,« non sic intellegendos esse existumo, illos versari inter celebres viros, sed eos numerandos esse inter viros doctos.

2. Deinde Apollinaris Sidonius, Arvernorum episcopus, scripsit »neniam sepulcralem in Abraam abbatem« (epist. 7. 17) et »neniam funebrem per hendecasylllabos in Philematiam« (2. 8) et aliud carmen »per hendecasyllabos in sepulcrum avi« (3. 12).

Apollinaris Sidonii socer, Alcimus Avitus, Viennae episcopus, pauca tantum praebet.

3. Postremo breviter afferam nonnulla carmina consolatoria quae inveni in Anthologia latina, neglectis vero inscriptionibus sepulcralibus. Primum eorum carminum in cod. Salm. nobis traditum in mortem infantis christiani est scriptum. Anth lat. ed. Riese nr. 92:

Nobilis atque insons casu impubes acerbo
decessit lacrimas omnibus incutiens.
Sed quia regna patent semper caelestia iustis
atque animus caelos immaculatus adit,
damnantes fletus casum laudemus ephebi,
qui sine peccato raptus ad astra viget.
Felix morte sua est, celeri quem funere constat
non liquisse patrem, sed placuisse deo.

Videmus in hoc carmine summum consolandi argumentum positum esse in fide christiana et infantem non solum non complorari, sed etiam praedicari ob sortem suam, cum in regia caeli versetur aute solium dei.

---

1) Prof. 22. 15; 1. 2.

Praeterea cod. Salm. nobis praebet *epitaphion de filia regis Oageis infantula*, anth. lat. nr. 345:

Heu dolor et magnis semper mors invida fatis;
quae teneros artus inimico sidere mergit.
Damira hic tumulo regalis clauditur infans,
cui vita innocua est quarto dirupta sub anno.
Quam facile offuscant iucundum tristia lumen!
Nemo rosam albentem, fuerit nisi quae bona, carpit.
Haec parvam aetatem cuncta cum laude ferebat;
grata nimis specie, iucundo garrula vultu
naturae ingenio modicos superaverat annos.
Dulce loquebatur,*quidquid praesumpserat ore
linguaque diversum fundebat mellea murmur,
tamquam avium vernare solet per tempora carmen.
Huius puram animam stellantis regia caeli
possidet et iustis inter videt esse catervis.
At pater Oageis Libyam dum protegit armis,
audivit subito defunctam funere natam.
Nuntius hic gravior cunctis fuit hostibus illi,
ipsaque sub tali flevit Victoria casu.

Hoc carmen acute servat dispositionem illam quam dico consolatoriam. Nam XVIII versuum sex primi continent comploratiouem, sex sequentes laudationem, sex ultimi praebent eandem leniendi doloris causam quam carmen antea citatum.

Aliud carmen compositum est ut incideretur *in epitaphion Olympii* (anth. lat. nr. 354), quem venatorem Aegyptium fuisse docemur carmine in anthologia praecedenti (no. 353). Quod epitaphion mihi liceat afferre:

Venator iucunde nimis atque arte ferarum
saepe placens agilis gratus fortissimus audax,
qui puer ad iuvenes dum non adiunxeris annos,
omnia maturo complebas facta labore.
Qui licet ex propria populi bene laude placeres,
praestabas aliis, ut tecum vincere possent.
Tantaque mirandae fuerant tibi praemia formae,
ut te post fatum timeant laudentque sodales.
Heu nunc iam subito mortis livore peremptum
iste capit tumulus, quem non Karthaginis arces
amphitheatrali potuerunt ferre triumpho.
Sed nihil ad manes hoc funere perdis acerbo:
vivet fama tui post te longaeva decoris,
atque tuum nomen semper Karthago loquetur.

Laudari videmus Olympium versibus 1—8, complorari vv. 9—11; tres autem ultimi epitaphii versus non nimis eum complorandum esse ostendunt.

Deinde commemorandum mihi est *epitaphium Vitalis mimi*, filii Catonis (anth. lat. nr. 683), distichis elegiacis compositum his:

Quid tibi, mors, faciam, quae nulli parcere nosti?
 Nescis laetitiam, nescis, amara, iocos.
His ego praevalui toto notissimus orbe,
 hinc mihi larga domus, hinc mihi census erat.
Gaudebam semper. Quid enim, si gaudia desint,
 hic vagus ac fallax utile mundus habet?
Me viso rabidi subito cecidere furores;
 ridebat summus me veniente dolor.
Non licuit quemquam mordacibus urere curis,
 nec rerum incerta mobilitate trahi.
Vincebat cunctos praesentia nostra timores
 et mecum felix quaelibet hora fuit.
Motibus ac dictis tragica quoque veste placebam
 exhilarans variis tristia corda modis.
Fingebam vultus habitus et verba loquentum,
 ut plures uno crederes ore loqui.
Ipse etiam, quem nostra oculis geminabat imago,
 horruit in vultu se magis esse meo.
O quotiens imitata meo se femina gestu
 vidit et erubuit totaque mota fuit.
Ergo quot in nostro videbantur corpora formae,
 tot mecum raptas abstulit atra dies.
Quo vos iam tristi turbatus deprecor ore,
 qui titulum legitis cum pietate meum:
»o quam laetus eras, Vitalis,« dicite maesti,
 »sint tibi, Vitalis, sint tibi laeta modo.«

Maiore carminis parte (1—20) mortuus ipse laudat magnam suam in mimis artem, qua non adeptus sit immortalitatem (21/22). Nihilomimis autem eos qui praetereunt adhortatur, ne mortem suam lugeant (23—26).

Praeterea anthologiae latinae inest *epitaphium in Luciolum* equitum peditumque magistrum, laudem eius proferens (anth. lat. nr. 684).

Tum citandum est carmen, quod Nymphii cuiusdam uxorem consolatur de morte mariti (anth. lat. nr. 722):

Nymphius aeterno devinctus membra sopore,
hic situs est, caelo mens pia perfruitur.
Mens videt astra, quies tumuli complectitur artus,
calcavit tristes sancta fides tenebras.
Te tua pro meritis virtutis ad astra vehebat
intuleratque alto debita fama polo.
Immortalis eris; nam multa laude vigebit
vivax venturos gloria per populos.
Te coluit proprium provincia cuncta parentem
optabant vitam publica vota tuam.
Exeruere tuo quondam data munera sumptu
plaudentis populi gaudia per cuneos.
Concilium procerum per te patria alma vocavit
seque tuo duxit sanctius ore loqui.
Publicus orbatas modo luctus conficit urbes
confusique sedent, anxia turba, patres,
ut capite erepto torpentia membra rigescunt,
ut grex amisso principe maeret iners.
Parva tibi coniunx magni solacia luctus
hunc tumuli titulum maesta Serena dicat.
Heu individui semper comes addita fulcri
unanimam tibi se lustra per octo dedit.
Dulcis vita fuit tecum: comes anxia lucem
aeternam sperans hanc cupit esse brevem.

Huius carminis argumentatio est haec: fide christiana Nymphius devicit vim mortis (1—); laudantur gloria et dignitas eius populique maeror et procerum, quorum amorem beneficiis et virtutibus sit adeptus (5—14). Eam ob causam mors eius publicum commovit luctum (15—18). Uxoris autem dolorem leniri non modo hoc carmine lugubri (19—22) verum etiam laeta illa spe, mariti animam degere novam vitam beatam (23/24).

Conclusio.

Ea vero quae de Graecorum et Romanorum carmine consolatorio adhuc attuli respectu quasi contemplatus non omnino consentio cum Bureschio, qui poetas iam multo ante scriptores prosaicos consolationes composuisse contendit. Id

tantum concedo, iam veteres poetas graecos in carminibus suis adhibuisse singula consolandi argumenta, quibus postea philosophi et rhetores utebantur ad consolationes conscribendas; sed philosophis demum et rhetoribus deberi puto consolationes argumentis philosophicis instructas et dialectice elaboratas. Deinde Alexandrini poetae quique disciplinam eorum sunt secuti exceperunt hoc litterarum genus, quod poetice quidem sed rhetorico modo coluerunt. A Graecis autem Romani cum ceteris litterarum generibus consolatorium quoque acceperunt, et initio prosaici scriptores maxime id colebant philosophos graecos imitati, donec primo p. Chr. saeculo versibus consolationes componi coeptae sunt et scribebantur quasi suasoriae poeticae; nam etiam in his disciplinam rhetoricam agnovimus (f. p. 59, 61 sq., 67).

VITA.

Ego Otto Schantz natus sum Coloniae Agrippinae die VIII mensis aprilis anni MDCCCLXV patre Julio Schantz Aquisgranensi, qui archivarii munere Coloniae fungitur, et matre Adolphina de gente Voigt Soltquellensi. Fidem profiteor catholicam romanam. Litterarum rudimentis imbutus sum in gymnasio imperatoris Guilelmi Coloniensi, unde cum mense Martis anni MDCCCLXXXIII maturitatis testimonio praeditus discessissem, rem vehedariam capessivi. Postquam vero totum annum et dimidium ibi versatus sum, almam matrem Bonnensem adii cuius inter cives per duos annos studio litterarum graecarum latinarum germanicarum incubui. Inde Marburgum me contuli ubi iterum duos annos litterarum studium colui. Seminarii philologici Marburgensis sodalis fui extraordinarius per unum annum, ordinarius per sex menses directoribus L. Schmidtio et Birtio. Scholis interfui Bonnae:

Buecheleri, Useneri, Luebbertii, Kleinii, Nissenii, Wilmansii, Neuhaeuseri,

Marburgi:

Schmidtii, Birtii, Lucaei, Niesii, Bergmanni, Coheni, Stoschii.

Omnibus his viris optime de me meritis imprimis Birtio professori qui benigne consilio mihi praesto fuit gratias habeo quam maximas semperque habebo.

De artis poeticae veteris parte

quae est περὶ ἠθῶν.

PARS I.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

HERMANNUS STEINMANN

HANNOVERANUS.

GOTTINGAE

OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT

MCMVII.

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulerunt F. Leo et E. Schwartz.

Examen rigorosum habitum est die XIV mens. Nov. a. MCMVI.

Quod de veteris artis poeticae parte quae est περὶ ἠθῶν agere mihi proposui, de commentationis ratione nonnulla praemitti oportet. Viri scilicet docti qui Graecorum arti poeticae studuerunt (Romanorum sane numquam exstitit) plerumque solo Aristotelis libro brevissimo utebantur, quocum conferebant breviores dubiaeque fidei tractatus; quo factum est, ut capita quidem disciplinae tractarent nec non fructum ex ea re perciperent, sed singulas quasque et subtiliores res neglegerent. Quare non progressa est res, quam tum demum iuste tractari posse manifestum est, cum omnia ad artem poeticam quae pertinent congesta erunt, ut de ipsis artis partibus ampliora eruantur atque fortasse appareat, quomodo exculta sit disciplina.

Quarum artis poeticae partium fere gravissima est περὶ ἠθῶν pars, quippe quae non solum ad ipsam Graecorum artem poeticam, sed etiam ad universum Graecorum βίον spectet. Cum enim oculos animumque ad singulos viros transferre inciperent Graeci singulique re vera rem publicam regere artiumque progressus dirigere inciperent (quod inde a quinto saeculo factum est, quamvis diu fuerit praeparatum), tum totus βίος mutatus est. Antea enim quod ab aliis traditum erat homines acceperant, nunc de iis ipsis rebus dubitatio exstitit eaque tantum singuli acceperunt, quae ipsi probaverant. Ipse enim homo omnium rerum modus esse videbatur. Quo factum est, ut magis magisque studerent singulorum hominum naturae atque

moribus nec eorum tantum, qui vixerant aut vivebant, sed eorum etiam, qui apud poetas et praecipue quidem dramaticos inveniebantur. Quomodo vitae et litterarum studia atque rationes coniunctae sunt et postea invicem fecundiores se reddiderunt.

Sed non solum ad antiquitatem melius intellegendam haec περὶ ἠθῶν disciplina adiuvat, sed adiuvat etiam ad universum de poetis iudicium rectius instituendum. Opera enim danda est, ut instituatur quasi ars de poetis iudicandi, qua instituta rectius atque iustius sit de poetis iudicium neve ad libidinem homines alia damnent, alia laudibus in caelum efferant, immo argumentis iudicia probent. Cuius artis pars et ceteris quidem partibus fortasse gravior est περὶ ἠθῶν, quam perinde atque cetera primus iuste tractavit Aristoteles in libro de arte poetica conscripto. Quaerendum igitur est, quomodo hanc disciplinam ipse instituerit Aristoteles, quomodo postea exculta sit apud Peripateticos atque grammaticos posteriores, praecipue sane Alexandrinos, quomodo hodie debeat instituí. Scilicet non ipsi statim animi quodam ardore commoti de poetarum ethopoeia agemus, sed prius quaeramus, quidnam Graeci decessores de ea dixerint.

Unus igitur servatus est Aristotelis περὶ ποιητικῆς libellus, cuius capite XV περὶ ἠθῶν egit scriptor, sed brevissime secundum totius libri rationem [1]). Post Aristotelem eumque potissimum secuti sed sane ampliora proferentes Peripatetici multi de arte poetica vel de similibus rebus scripserunt, quibus in libris etiam περὶ ἠθῶν eos egisse consentaneum est, e. g. Theophrastus περὶ ποιητικῆς, Aristoxenus περὶ τραγῳδοποιῶν, Phanias περὶ ποιητῶν etc. Quorum librorum cum nihil fere servatum sit nec posterioribus temporibus de arte poetica libri iusti conscripti sint [2]), profecto Aristotelis liber nobis quidem

1) Cuius tamen pretii sint Aristotelis verba paucissima in altera operis parte exponendum erit.

2) De novissimorum plerumque antiquitatis temporum tractatibus, quos supra commemoravi, e. g. περὶ κωμῳδίας, Euanthi de fabula etc., qui minime neglegi debent, suo loco disseretur.

unicus est[1]). Sunt autem servata scholia in multos poetas et praecipue dramaticos conscripta. Quae scholia ut diversissimas res praebent, ita diversissimis e libris quasi conflata sunt, qui non raro ipsi laudantur a scholiastis. Quorum librorum etiam exstitisse qui essent de poetarum arte cuivis manifestum est, qui semel oculis percurrerit scholia meliora. Et ii ipsi libri e scholiis quoad potest restituendi sunt, qui eo certius restituentur, quo diligentius prius singulas artis partes eruere et deinde erutis omnibus partibus singulis totam artem restituere conabimur. Sed rarissime certus certi auctoris liber e scholiorum farragine potest enucleari, quoniam plerumque ne nominis quidem inveniendi copiam habemus, immo plerumque res manet in dubio. Quod si fit, sane non id operam dabimus, ut tamen quocumque modo nomen scriptoris excogitemus vel librum, cuius auctoritate nemo niti possit, sed contenti esse debemus scholiorum copia quoad fieri potest ad praecepta et artem revocata eaque arte probabiliter certae aetati certaeque sectae attributa. Non igitur aliter hac in re agendum est atque e. g. in Diogenis Laerti vitis tractandis, ubi *περὶ διαδοχῶν* tum demum certiora cognoscemus, cum nominibus philosophorum atque librorum omissis prius ipsas singularum rerum disciplinas eruerimus, quo facto interdum id ipsum apparet, cuius quoque in libro philosophi prolata sint *δόγματα*. Quomodo etiam hac in re agemus, ut prius ipsam *περὶ ἠθῶν* disciplinam eruere conemur, deinde quae de certis certorum auctorum libris cognosci possint quaeramus. — Denique apud scriptores quaedam exstant de poetarum ethopoeia sententiae dispersae, quae neglegi non debent, quippe e quibus interdum graviora de ipsa ethopoeia et praecipue de ethographiae (liceat utar hoc verbo) disciplina cognoscantur, ut maximo usui sint ad scholia supplenda.

Quorum trium praecipue fontium scil. librorum id est Aristotelis libri, scholiorum, apud scriptores locorum,

---

1) Quid de Horati libello, quem sane et ipsum in quaestionem vocabimus, iudicandum sit, postea videbimus.

aquosissimus quamvis non purissimus est scholiorum, quem adhuc pauci inviserunt. Quem primum adeamus. Non autem omnia scholia eodem modo usui sunt nobis περὶ ἠθῶν agentibus, sed primo loco in poetas dramaticos scholia, id est in Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, Aristophanem, Terentium. Sed ne haec quidem eiusdem quod ad hanc rem pertinet pretii. Ad quam scholia Aristophanea nihil fere valent, quod non mirandum, cum Aristophanes ipse non ita multum τοῖς ἤθεσι studuerit, qui alia sibi proposuit. Ne longus sim: hoc loco ipsa scholia Aeschylea, Sophoclea, Euripidea, Terentiana tractare nobis proposuimus, quae quin praecipue ad hanc rem pertineant dubium esse non potest, non ignorantes ei, qui absolvere velit περὶ ἠθῶν disciplinam tractandam, omnia scholia nec solum Aristophanea sed etiam Homerica, Theocritea etc. adhibenda esse. Hac autem operis parte absolvere rem nec volumus nec possumus, immo fundamentum idoneum iacere nobis in animo est. Interdum scilicet et ubi res postulare videbitur, etiam alia scholia vel scriptorum locos iam hic exhibebimus.

Miretur quispiam non diligentius me discernere scholia Graeca tragoedias interpretata a Donato comoedias interpretato. Sed ad ethographiam eruendam haec differentia fere non refert. Ethopoeiam enim νέα κωμῳδία recepit e tragoedia vel potius ab Euripide, qui quam nec Sophocles neque Aeschylus neglexerant diligentius instituit subtiliusque elaboravit, ut semper propius ad vitam accederet τὸ δρᾶμα. Νέαν deinde κωμῳδίαν, quae quin praecipue vitam ipsam inducere sibi proposuerit nemo dubitat, hanc ethopoeiam subtilissime excultam inprimis recepisse consentaneum est. quare oportet ethopoeiam tragicam et comicam simul tractare, quamvis non pauca scholia inventuri simus, quae vel tragoediae vel comoediae propria interpretentur. Ad summam autem speramus allaturam esse lucem comicae tragicam ethographiam et tragicae comicam.

Deinde hic semel moneo in universum non distinctum iri scholia quae recte τὰ ἤθη interpretata sint ab eis, quae falso, sed id sane agitur, ut omnibus e scholiis quam

plurima ad ethographiae disciplinam cognoscendam eruantur, qua respecta interdum maiore cum fructu scholiis perverse quam scholiis recte poetam interpretatis utemur. Itaque plerumque non annotabo, an scholiastae recta videatur an falsa interpretatio. Omnino hic semel moneo hac operis parte nondum absoluta esse scholia nec singulas de singulis scholiis quaestiones diligentius tractatas, quod ne in animo quidem erat, immo sunt graviores tantum res e scholiis promptae eaeque brevissime tractatae (possent enim iam de his libelli conscribi). Altera autem operis parte diligentius de singulis rebus agemus.

Postremo de ordine rerum tractandarum pauca dicam. Quaerendum enim est, utrum Donatum an scholia Graeca prius tractari et omnino an scholia Graeca a Donato separari oporteat. Quamquam igitur concedi debeat Donatum utilem esse quo fundamentum huius commentationis iaciatur, quippe cuius scholia copiosa sint et bene servata et prae se ferant certi nec aliunde ignoti grammatici nomen, quo fit, ut propius ad libri speciem accedant (verisimile etiam est instar libri tradita esse Donati scholia) neque ita sint mutata ut scholia Graeca, quae semper erant dispersa codicum in marginibus, tamen non e re est separare Donatum a Graecis scholiis, sed oportet haec duo scholiorum corpora coniuncta tractari, quia plane eandem scil. Graecam disciplinam exhibent, quod statim demonstrabitur. Quare consentaneum est plerumque a scholiis Graecis incipi, sed, ubi graviora exhibet, a Donato.

Quodsi Donatum Graecam disciplinam exhibere dixi, haec moneo.

Terentius scil. non ipse fabulas fecit, immo Menandri et Apollodori fabulas Latine vertit [1]), ita ut Donatus *λόγῳ* Terentium *ἔργῳ* Menandrum et Apollodorum enarraverit. Sed ad personarum mores interpretandos hoc fere nullius momenti est quamvis magni ad verba vel sententias. Quare

1) Quomodo et quam saepe mutaverit Graeca exemplaria Ter. quaerere huc non pertinet, cf. etiam p. 50 annot. 1), quare longioribus de hac re esse nobis non licet.

non necesse est ad Donatum ethographia respecta recte tractandum, ut prius absolvatur ea quaestio gravissima, quae ratio intercedat inter Donatum et commentarios in Menandrum et Apollodorum conscriptos. Sunt autem et fabulae ipsae et commentarii amissi. Haec scil. quaestio intricatissima, quam et ipsam in alteram operis partem reicimus, coniungenda erit cum quaestione, quae intercedat ratio inter scholia in Theocritum conscripta et Servii in Vergili Bucolica scholia, quae minus intricata (iam enim constat Servium saepe scholia Theocritea plane vertisse) utilis erit ad alteram quaestionem solvendam.

Denique breviter annotamus ne virorum doctorum quidem sententias moram nobis affere, quominus cito scholia ipsa adeamus, quippe quae omnino non prolatae sint. Usque enim adhuc hac potissimum de causa scholiis usi sunt viri docti, ut res grammaticas, mythologicas, historicas inde cognoscerent vel ut auctorum saepe laudatorum libros restituerent, sed neglexerunt veterum grammaticorum sententias de poetarum arte et similibus rebus prolatas — Aristotelis tamen librum fere nimis laudabant — nedum diligentius ipsam veterum artem poeticam conati sint e scholiis restituere. Nempe etiam deerant certa certorum scriptorum nomina. Paucis autem de uno qui ad hanc rem aliquo modo pertinet libro agam necesse est, scil. de Adolfi Trendelenburgi libro cui inscriptum est Grammaticorum Graecorum de arte tragica iudiciorum reliquiae, qui editus est anno 1867. Scilicet non in animo est in quaestionem vocare hunc librum, quippe in quo ne commemorata quidem sit *περὶ ἠθῶν* disciplina, sed ad summam quaedam annotabo. Praemittendum librum hunc ante hos quadraginta annos publici iuris esse factum, quare non mirabimur hodie multa contra dici posse. Praecipue autem qui de arte poetica et de similibus rebus agit hodie imprimis quarti et tertii saeculi viros doctos, imprimis Peripateticos, respicit et inde fere omnia orta esse scit, quae de talibus rebus et per scholia et per grammaticos dispersa inveniuntur, non autem illud „aevum Alexandrinum“ omnia protulisse et inde omnia bona derivanda esse ei per-

suasum est, nedum Aristarchum et Didymum laudibus efferat. Quae tamen sententia ante hos quadraginta annos nondum a viris doctis erat recepta, quo factum est, ut et ipse Trendelenburgius, cui id debet laudi attribui, quod graviora quidem de arte poetica scholia ex Aeschyleis, Sophocleis, Euripideis scholiis collegit et quendam in ordinem redegit, ab Aristophane Byzantio grammatico quae de arte tragica iudicia inveniantur orta esse putaret eumque censeret esse quasi *εὑρετὴν* artis de poetis tragicis iudicandi. Quare a fabularum argumentis Aristophanis Byz. nomine inscriptis profectus (vides semper primo loco nomina investigata esse) singula scholia cum hac disciplina Aristophanea quam vocat (quamvis certum sit ne in mente quidem fuisse Aristophani Byz. propriam de arte tragica disciplinam proponere, quippe qui longe alia sibi proposuerit) congruentia colligit et censet haec omnia scholia aut ipsi Aristophani aut discipulis, praecipue Didymo, vel certe vel multa cum probabilitate attribui, qua in re Didymum ipsum propria quaedam de arte tragica protulisse sibi persuasit, iterum scil. profectus a scholiis Didymi nomen prae se ferentibus. Quam sententiam falsam esse hodie didicimus, cf. quae modo dixi, quare non necesse est ut amplius refutemus. Deinde Trendelenburgius (quod de scholiis Homericis disputat, huc non pertinet) scholia omnia colligit quae ad artem tragicam spectent ordinemque quendam instituit certis quibusdam scholiorum vocabulis vel potius rebus ipsis per scholia tractatis ductus, sed talem quidem, ut eius collectione tum aliquo modo uti possimus, cum de rebus per se claris atque certis agitur, e. g. *περὶ ἐκκυκλημάτων, περὶ τοῦ τῶν δραμάτων παιδευτικοῦ* et similibus (respectis eis, quae suo de quaque re loco annotavi), sed ubi de rebus subtilioribus et ad ipsam artem poeticam, praecipue in personis instituendis adhibitam, pertinentibus agitur, ibi plane denuo res debet tractari, praesertim cum scholia gravia omissa sint a Trendelenburgio; enumero, quae forte inveni omissa, Phoen. 584, Or. 472, Hec. 280, Ai. 1043, Phoen. 96, 549, 40, Hec. 825, Med. 324, 900, 40, 791, El. 516, Ai. 804, Med. 972, Hipp.

406, Or. 373, Hipp. 374, Eum. 246 etc. etc. Quae cum ita sint, consentaneum est fere non adhibitum iri Trendelenburgi librum, et singula suo quaeque loco videas.

De moribus disciplinae cum diligentius studueris, videbis praecipue duas partes distinguendas esse, quarum per alteram exhibentur singularum personarum notationes id est mores exponuntur, quibus re vera poeta instruxerit personas, per alteram tota potissimum fabula respecta quaeritur, quaenam leges ethopoeiam instituendi poetae sint observandae. Quarum partium prior quae exhibet personarum notationes vix ad ipsam artem pertinet. Est enim grammatici vel diligentius vel minus diligenter notare poetae personas nec quicquam de ipsa ethopoeia, quid sibi velit vel quomodo sit instituta ex ipsa notatione comperimus. Tamen non debet neglegi haec pars a nobis, quippe quibus in animo sit omnia colligere, quae περὶ ἠθῶν protulerint veteres grammatici. Gravior autem est pars posterior, quae ipsam artem praestat.

CAPVT I.

Notationes personarum in scholiis propositae exhibentur.

Quod ad personarum notationes pertinet, singulae quaeque sententiae a scholiastis de singulis personis prolatae colligendae sunt. Tamen id non satis, immo, ut aliquo cum fructu exhibeamus has sententias, certum in ordinem redigi debent, quo iustior eveniat personae notatae imago. Non enim ullo loco perfectam praebuerunt personarum notationem scholiastae, sed ubi visum est alio loco alia de personarum moribus breviter annotaverunt. Nec multum prosunt huius generis loci: Don. Ad. praef. III 6 (Wessneri sane utor editione) vel de personis primas partes agentibus annotationes, cf. e. g. schol. Soph. O. R.

1071, Don. Eun. praef. I 4. Quare meo Marte agam necesse est, sed tantum quod pertinet ad ordinem scholiorum de singulis quibusque personis exhibitorum, cum ad scholia ipsa nihil de meo additurus sim. Quoad potest etiam scholiastarum verbis utar, quod hic semel moneo. Proponere autem materiam non aliter possumus, quam ut singulas personas enumeremus.

Incipiamus ab Euripidis personis, quarum de moribus uberrima exstent scholia, deinde proponamus Sophocleas, deinde Aeschyleas, postremo Terentianas.

Euripidis

Electra Orestis fabulae *φιλάδελφος κόρη* est, quae ne *τῇ θεραπείᾳ* quidem vult *δυσωπῆσαι* fratrem aegrotum, quem consolatur *ψυχαγωγοῦσα* (218 cf. 223, 221, 241, 160). Eodem ex animo *παρονειδίζει τῇ μητρί* (quippe quae quodvis facinus in se admiserit) Helenamque vehementer odit, de qua omne malum suspicatur quamque se ipsam defendens ubi potest *πικρῶς* mordet aut recta via *παρρησιαζομένη* aut verbis subtilissime electis *αἰνιττομένη* (32, 81, 82, 97, 83, 85, 87, 88, 89, 95, 93, 25, 103). Postremo ira Helenae superata *δακρύει* (99). Quin etiam ipsi *Ἀπόλλωνι ἐγκαλεῖ* (162, 160, 28, 4). Aliquo modo *φαύλη* potest dici (*ὑπόθ.*).

Helena eiusdem fabulae in universum *φαύλη* est (*ὑπ.*), quippe quae se ipsam solam amet (120) et profecto *λιθοκάρδιος* (121) *δέδοικε μὴ ὀλίγον χρόνον δυστυχοῦσιν* Orestes et Electra (88) et *πονηρῶς κερτομεῖ περὶ τούτων πυνθανομένη ὧν παροῦσα ὁρᾷ* (81). Ideo etiam *δυσωπεῖ καὶ λυπεῖ* Electram (71), *ὀνειδίζει*, omnino vel *αἰνιττομένη ὑβρίζει* (73, 71) et praebet se hominem vere *πανοῦργον* et *κακόνουν* (76, 101, 108, 121). Ubi autem aliquid vult adipisci, ibi *ἁπλούστερον διαλεγομένη κολακεύει* (94). Et quae ipsa commiserit operam dat ut celet, quare *κρύπτει τὴν μοιχείαν* (78, 102). Tali feminae uxori bene aptus est

Menelaus (370, 742), qui et ipse *φαῦλος* est (*ὑπ.*) et *πονηρός* et *κακοηθής* (356, 373, 374, 403, 411, 421, 482, 376, 401, 419, 427). Orestem igitur *δυσωπεῖ* vel *αἰνιττόμενος* (421, 416, 417, 423), quem maluerat iam mortuum esse (415), quippe qui impedimento sit Menelao *φιλοπράγμονι*

et φροντίζοντι περὶ τῆς βασιλείας (437, 427, 373). Ideo metuit μή οὐ χρόνιον ᾖ τὸ 'Ορέστου νόσημα καὶ δυσίατον (401), οὐδὲ τὸ διὰ κολακείας πεῖσαι Argivos Oresti ὑπέσχετο, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐν ἀμφιβολίᾳ ἀφῆκεν (693, cf. etiam 643). In universum igitur ὕπουλα πάντα τὰ ῥήματα Μενελάου et λέγει ἐν ὑποκρίσει, οὐ σπουδῇ et ἕως τέλους ὑποκρίνεται (371, 488, 1559). Interdum autem quasi invitus γυμνὸν ἐνδείκνυσι τὸ ἦθος (413, 437).

Orestes ἐνθουσιάζει, μαίνεται (257, 268), paene ἀπείρηκε τῇ νόσῳ (286), μετὰ τὴν μανίαν ἡ ἔννοια τῶν κακῶν αὐτὸν δαμάζει (396) et μετανοεῖ ἀνελὼν matrem (392), sane affectu superatus. Ideo etiam miser per Helenam obtestatur Menelaum, quod indignissimum ipse putat (671, 672). Et ipse secundum hypothesin φαῦλος est.

De Pylade, qui solus non φαῦλος est secundum hypothesin, conferenda scholl. 771 et 779.

De Tyndareo exstat schol. 470. Ceterum valent verba ὑπόθ. πάντες φαῦλοι.

Medea est femina τοῖς λόγοις καταθελγομένη καὶ καταγοητευομένη eorum qui audiunt (349); οὐ κατὰ προαίρεσιν ὁρμᾷ ἐπὶ τὸν φόνον, ἀλλὰ διὰ τὸ προτεθυμῆσθαι ἀμύνασθαι τὸν 'Ιάσονα, quippe quae sit δεινοπαθοῦσα (899, 1055, 256). Itaque ἐννοουμένη τὸν δι' αὐτῆς ἐσόμενον τοῖς παισὶν αὐτῆς θάνατον ἐστύγναζεν (1009). Sed tamen τὸν ὑπερβάλλοντα θυμὸν ὃν ἔχει κατὰ τοῦ 'Ιάσονος eo praestat, ὅτι καίπερ προσδοκῶσα μειζόνως λυπηθήσεσθαι, ὅμως ὑπὲρ τοῦ λυπῆσαι τὸν 'Ιάσονα αἱρεῖται liberos necare (1046), et cum modo liberorum amor, modo Iasonis odium vincat (1049, 1013, 1048, 1055), postremo ὅρκῳ φρικωδεστάτῳ ἑαυτὴν κατακλείει πρὸς τὸ μηδὲν ἕτερον ἢ τὸν φόνον ἐξ ἅπαντος δρᾶσαι (1059). Sed quamvis ὠμή postremo necet liberos (922), tamen εὐγενής est (823) et δακρύει ἀλγοῦσα τὴν ψυχήν, quod talia passa talia facere cogatur (903, 899), et προοδύρεται τὸν τῶν παίδων φόνον (1016). Jasoni autem odii plena λοιδορεῖ θυμουμένη (466), sed plerumque ὑποκρινομένη amarissime αἰνιγματωδῶς et ἀσήμως loquitur (872, 967, 968, 1016, 1021, 1132, ὑπ., 324, 922), ὥστε διπλῆν ἔχειν

ἔννοιαν quodcumque dicit, ut neque Jaso neque alii veram sententiam perspiciant (901, 958, 1013).

Jaso est *ἄδικος* et *παραβέβηκε τοὺς νόμους* (538) et *ψεύδεται* (527) et *ἐμφαίνει ἑαυτὸν κέρδους ἕνεκα . . πραγματευσάμενον ἑαυτῷ τὸν γάμον* scil. Glaucae (910).

De Creonte exstat s. 349, de Nutrice s. 57 cf. 56.

Phaedra *οὐκ ἔστιν ἀκόλαστος, πληροῖ δὲ Ἀφροδίτης μῆνιν* (*ὑποθ.*), quare etiam *ἀπολογεῖται ὡς οὐ κατὰ φύσιν νοσήσασα τὸν ἔρωτα* (372, 387, 351, 347), quippe quae ipsa indole potius adducatur, ut philosophice in rerum naturam inquirat (407). *ἐρωτικὴν* igitur *πύρωσιν* quasi invita praestat et *αἰτεῖται τὴν συγγνώμην ὡς προγονικὸν κεκτημένη τὸ πάθος καὶ οὐκ ἰδίας φύσεως ἁμάρτημα* et *ἐρυθριᾷ τὸ πάθος ἐξειπεῖν* et hoc modo pulchre *ὑποδηλοῖ τὸ αἰσχυντικὸν* ipsius naturae et loquitur *αἰνιγματωδῶς ὑπ' αἰδοῦς* (201, 215, 337, 345, 372, 347, 381, *ὑπόθ.*). Amore tamen superata *μαίνεται* (215, 240, 141) et difficillime *πραΰνεται παραινέσεσιν μὴ ἐνατενίζουσα* (300), postremo autem nutricis *σοφίσμασιν ἀπείρηκε* (499). Deinde autem dolore amoris repulsi vehementissime commota non reconciliatur nutricis verbis, cui valde *ὀργίζεται*, nec aures dat choro (565, 569, 672, 702, 724).

Nutrix omnino *παχυτέρα τὸν νοῦν* est quam Phaedra (345, 347); *μὴ δυνηθεῖσα* Phaedrae *σοφισμοῖς περιγενέσθαι, δευτέραν εἰσηγεῖται γνώμην* (507) et *ἐπεὶ εἶδεν Φαίδραν πρὸς τὴν ἀπολογίαν δυσχεραίνουσαν, ὁμολογεῖ τὸ ἁμάρτημα* (704), quippe quae omnino sit *ἀδολέσχης* (601). Sic praecipue *τὸ τῶν γραῶν παλίμβολον* praestat, quae etsi *πρόεισι κατηφὴς* modo, tamen statim mutata *ἐν ὀργῇ λέγει* (433, 680, 701 [1])), et modo *κολακεύει*, modo *κνηστικοῖς λόγοις ἐρεθίζει* et *δυσωπεῖ* (304, 307, 309, 456). Sed quamquam interdum opera fessam agit (177), tamen *τὴν ὑπερβολὴν τῆς σπουδῆς ἐμφαίνει* (271) et *ἐκ τοῦ καθολικοῦ πάθους τὸ ἴδιον δυσχερὲς θεραπεύεται καὶ τῷ ἁπλουστέρῳ ὀνόματι τοῦ ἔρωτος καλύπτει τὸ αἰσχρὸν* (441), *θεραπεύει τὴν ὑποψίαν τῆς αἰσχρότητος εἰς θειοτέραν ἀνάγκην τὸ ἀκούσιον τῆς γνώμης ἀναφέρουσα* (475, 437), *ἀπολύεται διὰ τῆς κοινῆς*

1) schol. emend. Wilam.

προπετείας τῶν ἰδίων πλημμελημάτων τὴν ἀκολασίαν (615). Callida autem nihil certi Phaedrae dicit de propositis suis *οὐ βουλομένη κατήγορος ὕστερον ἑαυτῆς φωρᾶσθαι* (521, 695, 609).

Hippolytus superbus est neque operam dat ut id celet (656), utpote *κάλλει καὶ σωφροσύνῃ διαφέρων* (*ὑπ.*) et *ἐν μέσῃ τῇ Ἑλλάδι τραφεὶς καὶ μέγιστον ἐπὶ φιλοσοφίας φρονήσας* (3, 73, 601, 616). Sic etiam *εὐσεβής* est, nedum *ἐπίορκος* sit (612, 1102). Itaque insuper *ὀργιζόμενος* (601) fere *μυσάττεται καὶ τὴν δεξιὰν* illius nutricis lenae et *οὐ βούλεται μετασχεῖν τοῦ μύσους* Phaedrae et nutrici (606, 659). In universum vehementer omne feminarum genus odit (616, 623, 624, 625, 634).

De Theseo conferendum est schol. 938.

Phoenissarum fabulae Eteocles *ἄδικος* est (446, 507, 202), qui *πλεονεξίαν διώκει* (504, 507) et *δεινοπροσωπεῖ ὑπὸ τῆς τυραννίδος* (*ὑπ.*, 734); Polynices contra *θρασύδειλος* est *καὶ ἀσθενῆ ψυχὴν* habet, quare interdum neque *ἀξιόχρεως ἥρωος ὁ λόγος* eius et omnino loquitur *ἐπίτηδες περιεσταλμένῳ φρονήματι* (274, 275, 395, 614, 405); Iocasta est *φιλόστοργος μήτηρ* (1083, 467), sed celat amorem coram filiis, quare loquitur *ἐν εἰρωνείᾳ μετὰ ἤθους καὶ παθητικώτατον* et Polynici *λόγῳ μὲν παραινεῖ, τῇ δ' ἀληθείᾳ ἀπεύχεται τὸ πρᾶγμα* (618, 576), nec iudicat vel decernit, sed *πυνθάνεται* (550, 584, 388); Creo *οὐ φυλάττει τὸν ἀνθρώπινον νόμον οὐδὲ παρὰ τὴν δυστυχίαν ἐλεεῖ* (*ὑπ.*), vult *δόξαι φιλόπολις εἶναι καὶ μὴ μόνον τοῦ παιδὸς λόγον ποιεῖσθαι*, sed id *κολακεύων* (1310); Menoeceus *γεννικός ἐστι καὶ φιλόδοξος* (911); de Oedipode conferenda sunt scholl. 1605, 1606, 1692, de quibus amplius agere hic non licet, cf. etiam 40 de Oedipode adulescente; Antigonae Paedagogus *διὰ τὸ γῆρας σώφρων καὶ φρόνιμος* est (88).

Andromacha *σεμνῶς* loquitur (330), *ἐπιμένει τῷ φρονήματι* (529), *δυσφημεῖ κατὰ τῆς Ἑρμιόνης μητρός* et *καταισχύνει* Menelaum propter Hermionam (229, 326), praebet *ζῆλον, λοιδορίαν, ὑπόνοιαν* (32, 194); Hermiona divitias iactans *ἐλευθερίως λαλεῖ καὶ ἐξουσιαστικῶς, αὐχεῖ ἐφ' οἷς τὰ τοῦ πατρὸς φορεῖ*, dicit *ἀλαζονικὰ ῥήματα* (147, 150, 211).

Omnino ζηλοτόπως ἔχει πρὸς τὴν Ἀνδρομάχην, λοιδορεῖ, ὑπονοεῖ (ὑπ., 32). Deinde autem μετανοεῖ εὐλαβηθεῖσα τὴν παρουσίαν τοῦ Νεοπτολέμου (ὑπ.); Menelaus pater et ipse ἀλάζων καὶ φιλοχρήματος, ἀδίκως φιλονεικεῖ πρὸς Πηλέα καὶ αἱρεῖται κακοδοξεῖν βασκαίνων ἀντικρὺς τῇ Ἀνδρομάχῃ (369, 445, 780); de Peleo conferendum schol. 590; Orestes ἐχθρὸς est τοῦ Νεοπτολέμου (957).

Hecubae οὐ μαστροπώδεις οἱ λόγοι, ἀλλ' ἀφαιρεθεῖσα τὸν τῆς τύχης ὄγκον εἰς πᾶν ὁτιοῦν καταβαίνει καθομιλοῦσα τοῖς καιροῖς καὶ λέγουσα ταῦτα, δι' ὧν ἔμελλε θηρᾶσθαι βοήθειαν (825, contra quod in schol. Soph. Ai. 520 contenditur Hecubam μαστροπικώτατα loqui) cf. etiam schol. Eur. Tro. 98, 150 de Hecuba infelicissima atque miserrima. In Polymestorem sane mater filii pessime necati dolose et acerbissime agit (968, 973, 990); Polyxena vere ἡρωικὸν ἦθος praestat, scilicet εὐθαρσὲς καὶ εὔψυχον καὶ παρρησιαστικόν (573, 342); Agamemno loquitur καλῶς καὶ [1) . . καὶ εὖ κατασκευάστως (1288), vult videri sine ira et studio de Hecuba iudicare, sed ἐδιχοστάτει αὐτῇ ἐπικουρεῖν διὰ τὸ φίλον εἶναι τὸν Πολυμήστορα (1116, 812); Polymestor προφασίζεται πλαττόμενος. οὐκ ἐβούλετο γὰρ ὀφθῆναι τῇ Ἑκάβῃ, ἐπειδὴ ἀπέκτεινε τὸν Πολύδωρον (964).

De Troadum fabulae Helena exstat schol. 895; Cassandra ἥδεται δοκοῦσα ὥσπερ τιμωρήσειν Agamemnonem (357), μαίνεται καίπερ ἐπ' ἐνίων ὑγιαίνουσα (schol. Or. 268, cf. etiam s. Tro. 634); Thalthybio respecto schol. 408 Euripides vituperatur; Neptunus Troiae εὐνοεῖ (ὑπ.); Minerva Graecos μισεῖ (ὑπ.).

De Alcestidis fabulae Hercule exstat schol. 779, quo cum poetae vituperatione Herculem φιλοσοφεῖν annotatur; Admetus συνεχύθη ὑπὸ τοῦ Ἀλκήστιδος πάθους καὶ τοῦ θρήνου τῶν παίδων (416, 861); servus postea cum Hercule collocuturus moleste fert Herculis quae videtur ἀναισχυντίαν (747). —

De Choris Euripideis infra videas.

Sophoclis

Antigona φιλάδελφος est, φιλόστοργος (Sall. ὑπ., s. 423, 82 (538)), οὐκ ἀσεβής (955), est enim γενναία et τοῦ

1) schol. corruptum. Schwartzius proposuit παραινετικῶς

πρέποντος φροντίζει (75, 65), sed tamen, quia paene virilis animi est et *ἀκολουθεῖ τῇ οἰκειότητι* (222, 47), superba est et *ἄγριος* (69, 86, schol. El. 328) et *λοιδορεῖ τῇ ἀδελφῇ* (schol. El. 343), praesertim cum sit ipsa *εὔτολμος* (schol. El. 1019) et contra

Ismena *εὐλαβής* et quae *ἀκολουθεῖ τῷ προστάγματι* et omnino sit *πραεῖα*, quare primo quidem *γνωμολογικῶς ἀπαλλάττεται*, ne sororem audacem adiuvet (82, 47, schol. El. 328, 67). Sed tamen et ipsa *φιλόστοργος* est (82, Sall. *ὑπ.*, 538, 536, 563). — Quarum duarum sororum simillimi sunt Electrae et Chrysothemidis sororum *χαρακτῆρες*, quod bene a scholiastis observatum est, cf. scholl. El. 328, 343, 387, 997, 1019.

Electra enim et ipsa est *εὔτολμος* (1019, 1239, 1236, 975, 990) et affectuosa (387, 391) et *ἄγριος* (328) et *λοιδορεῖ τῇ ἀδελφῇ* et loquitur interdum *ἐπισαρκάζουσα* (343, 1457), sed tamen nec ipsa re vera proterva est vel *ἀσεβής* (307), etsi *ζηλοτυπίας μεστὸν τὸ πρᾶγμα* (271), quia est *εὔνους τῷ ἀποθανόντι* (86). Contra

Chrysothemis perinde atque Ismena est *πραεῖα, εὐλαβής, περίφοβος* (328, 469, 975).

Aiax, de cuius corporis forma exstant scholia 864 *δεῖ καρτερόν τινα εἶναι τὸν ὑποκριτὴν ὡς ἄξαι τοὺς θεατὰς εἰς τὴν τοῦ Αἴαντος φαντασίαν*, 334 *δεῖ τὸν ὑποκρινόμενον τὸ τοῦ Αἴαντος πρόσωπον ἀπηνεστέρῳ χρήσασθαι τῷ φθέγματι καὶ κυνικώτερον βαΰζειν*, etiam indole moribusque respectis *μεγαλόφρων, μεγαλοφυής, γενναῖος, καρτερικός* est (360, 384, 548, 818, 464, 455, 832, 815), quare valde *αὐτοῦ ἅπτεται* quaevis res indigna (367, 382, 572, 829). Sed est etiam *ὑπεροπτικός, μεγαλαυχεῖται, γλωσσαλγεῖ* (112, 421, 762) et in universum *μὴ ὑποτεταγμένος τῷ δαίμονι θεομαχεῖ* (112, 118). Ideo *παραπαίει* et *μαίνεται περὶ τὸ λογιστικὸν* per deos (91, 32, 57, *ὑποθ.*), quamvis fuerit *πρότερον φρόνιμος καὶ πρακτικός* atque *μετρίως* locutus sit (118, 550 *ὑπ.*), et hoc modo *ἐπικρατεῖται ὑπὸ τοῦ πάθους* (684, 667, 849, 562) et *ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀπολισθάνει* et loquitur *ἐπιφθόνως* (646, 666). In universum virtutibus gravia vitia opposita sunt (762, 112).

Oedipus rex est φιλόδημος καὶ προνοητικὸς τοῦ κοινῇ συμφέροντος, φιλοφρονούμενος, εὔνους, κηδεμονικός, φιλόκοινος, συνετός, ἔχει σπουδήν, in universum vere est βασιλεύς (1, 58, 93, 287, 312; 669, 112, 300, 93). Sed superbe αὔξει τὸ ἴδιον κατόρθωμα plus quam hominem decet (393), ἐξάγεται εἰς λοιδορίαν verbisque amaris ἐπιμωκᾶται, quia facile ὑπονοεῖ (326, 970, 687, 378) et omnino affectuosus est (1374, 334). Huc quadrat etiam schol. O. C. 960 τῷ ὄντι ὁ Οἰδίπους εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάζοι ἄδικος μὲν οὔκ ἐστιν, ἀτυχὴς δὲ καὶ περιπαθής.

De Creonte Oedipi Regis fabulae exstat schol. 673 ἐμμένει τῇ αὐτῇ παρρησίᾳ ἐπιστάμενος ὡς οὐδὲν ἐσκαιώρησεν, de Oedipodis Colonei conferas s. 720, de Antigonae plura exstant. Est enim Creo prudens et dissimulator (192, 640, 887), ψεύδεται διὰ τὸ χρήσιμον (244). Sin autem non bene eveniunt quae cupiverat, πλήρης ὀργῆς καὶ ἀβουλίας fit (779, 883) et εἰς θεοὺς θρασύνεται ipsos (779).

Haemo Antigonam amans (ὑπόθ., Sall. ὑπόθ.) εὐπρεπῶς se gerit atque loquitur (696, 733, 781, cf. 1232), in patrem agit μετὰ παρατηρήσεως et denique fit αὐστηρός (735, 741, 781).

Orestes est οὐκ αὐθέκαστος (31), ὑπὸ νεότητος φιλοπευστεῖ (80), ἀσφαλής ἐστιν διὰ τὸ νῦν πρῶτον ἐπιχειρεῖν τοιούτῳ κινδύνῳ (1236). cf. etiam 1117.

Ulixes Aiacis fabulae prudenter agit (32), ἐπιτηρεῖ (1328), est συνετός (1322) et facit, quod ipsi usui sit (34). Nullo autem modo est δειλὸς, ἀλλ' εὐλαβής, est enim ἔμφρων (76, 82). Itaque μέτριος οὐκ ἐντρυφᾷ κακοῖς inimicorum (80), immo est σοφὸς καὶ ἀμνησίκακος (1316, 1319). De Philoctetae Ulixe exstant scholia 68 et 997 vilissima, graviora autem nos docet (quem hic iam adhibere liceat) Dio Chrysost. or. 52 16 (p. 109 29 Arn.) τά τε ἤθη θαυμαστῶς σεμνὰ καὶ ἐλευθέρια, τό τε τοῦ Ὀδυσσέως πολὺ πρᾳότερον καὶ ἁπλούστερον ἢ πεποίηκεν ὁ Εὐριπίδης.

Teucer εὐγνώμων est atque prudens (1381, 1325), φιλόστοργος, κηδεμονικός (1184, 983), οὐδαμῇ ὑπείκει (1161), et προαγόμενος ὑπὸ τοῦ πάθους λοιδορεῖ τῷ Ἀγαμέμνονι (1285).

De Agamemnone conferenda ss. 1247, 1250.

Menelaus praebet *ὑβριστικὸν ἦθος* (1047).

Tecmessa est *αἰδήμων* (520, 506), *εὔνους πρὸς τὸν δεσπότην*, *φιλόστοργος* (201, 485, 791), *γεννική* atque *ἐλευθέριος παρρησιάζει*, nec tamen non prudenter *συναρμόζει τοῖς καιροῖς* (485, 495). Praeterea ut femina indecora visu tegit (916).

Minerva est *σκληρά* nec *εὐλαβεῖται τὸ νεμεσητόν*, quippe quae sit *θεός*, omniaque *μετὰ παρρησίας* dicit (79, 82). Ceterum *δυσχεραίνει τῷ Αἴαντι ὅτι ἀπώσατο τὴν συμμαχίαν αὐτῆς* (1).

Clytaemestra *ῥητορικῇ τόλμῃ* agit (526, 558), qua omnia simulat vel dissimulat (650, 657, 766). De Paedagogo cf. s. 660.

De Iocasta cf. ss. 637 et 1056; de Tiresia 366 et 411; sacerdos *αἰδήμων* est (46), ceterum *οὐκ ὀξυωπὴς ὡς πρέσβυς* (78); Laii servus senex *αἰσθηθεὶς τοῦ παντὸς ἀρνήσασθαι βούλεται οὐχ ὡς εἰδὼς καὶ ἀποκρυπτόμενος* (1146).

Antigonae custos *ἄγγελος περιπλέκει τὸν λόγον καὶ εὐλαβεῖται σημῆναι τὸ πραχθέν* (244).

Antigona atque Ismena Oedipodis Colonei fabulae sunt *τῶν ἀρσένων περὶ τὸν πατέρα φιλοστοργότεραι* (ὑπ., 200, 238, 1725, 14); Theseus *χρηστὸν τὸ ἦθος εἰσάγεται* (551).

Philoctetae *νόσον* commemorat scholiasta ss. 452, 732, 736, 814, qua commoveatur interdum *δυσφημεῖν*, cf. etiam schol. Eur. Or. 286; de Neoptolemo exstant scholia 94, 805 *λαβὼν τὰ τόξα ὁ Πύρρος ἐσιώπησεν ἀπορῶν τί ἄρα ποιήσειεν*, 895 *ἀδημονεῖ ἐννοῶν ὅτι μέλλει ἐξαπατᾶν τὸν Φιλοκτήτην κτλ.*, cf. 1222 et 1402, quod schol. falso rem explicat, praeterea cf. Dio. Chrys. l. c. *τὸ τοῦ Νεοπτολέμου* sc. *ἦθος ὑπερβάλλον ἁπλότητι καὶ εὐγενείᾳ κτλ.*, qui recte interpretatus est quod schol. 1402 falso.

De Deianira et Hercule Trachiniarum fabulae omnino nihil e Trach. scholl. comperimus, sed e scholl. Ai., cf. schol. Ai. 646, ubi Deianirae *ζηλοτυπίαν*, qua boni mores corrupti sint vel corrumpantur exponit scholiasta, cf. etiam s. Trach. 630; de Hercule scholl. Ai. 421 *μεγαλ-*

αυχεῖται sc. ὁ Αἴας ὁποῖα καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ τέλει ὧν περὶ τῆς ἀνδρείας αὐτοῦ διέξεισι, 849 καὶ ταῦτα περιπαθῆ καὶ ἀνθρώπινα. ὅρα γὰρ ὅτι καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἐπὶ τοῦ θανάτου τὴν μητέρα μεταπέμπεται ὅπου καὶ πάνυ οἰκτρῶς αὐτὴν ἀνακαλεῖ; Lichas διὰ τὸ ὕποπτον Deianirae οὐδὲ τὸ γένος Iolae ὡμολόγησεν εἰδέναι schol. Tra. 317, cf. 402, 404 ἀποδειλιᾷ διὰ τὴν δεσπότιν.

De Choris Sophocleis infra videas. —

Aeschyli

Prometheus est μεγαλοφυής, μισοπόνηρος, φιλάνθρωπος idemque ὑπερήφανος et ἄφοβος nam φιλονεικεῖ τῷ Διῒ ipsi, θρασυστομεῖ κατὰ Διός, ἀποδείκνυσιν ἀχάριστον καὶ ἀγνώμονα τὸν Δία (88, 177, 231, 935, 472, ὑποθ. rec., 199 rec.); Jo ἐμμανὴς οὖσα ὑπό τοῦ οἴστρου φαντάζεται (567 rec.), ὡς γυναῖκα μάλιστα αὐτὴν λυπεῖ τὸ τῆς ἀμορφίας (644), δυσχεραίνει ἐπὶ τοῖς ῥηθησομένοις (742), ἀπιστεῖ (757), sed παραμυθεῖται τὸν Προμηθέα (561); Vis (κράτος) habitu atque aspectu truci (78) ἐρεθίζει Ἥφαιστον (7).

Septem fabulae Eteoclem id quod dicit δηλοῖ ἀληθῶς ὀργιζόμετον (197).

Agamemnonis fabulae Cassandra προαναφωνεῖ τὰ ἐσόμενα (1075).

Choephororum fabulae Clytaemnestra κατωφερής ἐστιν (600); Aegisthus ὕπουλος (841); de Nutrice conferendum s. 755 ἀνάγκην διὰ δακρύων ἐπέφερεν.

Eumenidum fabulae Clytaemnestrae εἴδωλον furias ἐρεθίζει (113); Orestes Minervam φιλοποιεῖται (457); Minerva ei ἐλπίδας ὑποτίθησι (474); Furia πανούργως φησί (601) et omnes furiae τρέπονται ἐπ' ἀπειλὰς ἀφεῖσαι τὴν δικαιολογίαν (719).

Inde transeamus ad

Chori vel Chororum tragicorum notationes exhibendas. Chorus enim et ipse persona est fabulae, cf. Aristot. a. p. 18 p. 1456 a καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὅλου, quibus cum verbis conferenda sunt Horati a. p. 193 ‚actoris partes chorus officiumque virile defendat', et certo quodam et proprio in fabulis officio fungitur (de qua re infra videas). Ideo certis qui-

busdam moribus instructus est, quibus fere omnes chori instructi sunt, ita quidem, ut nonnullis in rebus inter se diversi sint. Quare non solum licet immo vero necessarium videtur, de viginti tribus choris sic ut de una persona agi. — In universum igitur *τὸ τοῦ χοροῦ πρόσωπον ἰσόρροπον δεῖ ἐν ταῖς διαίταις εἶναι* (s. Soph. O. R. 523, cf. 681); deinde chorus est *αἰδήμων, εὐγνώμων, εὐσεβής* (Soph. Ant. 681, El. 126, Ai. 134, 158, Aesch. Cho. 931, Soph. O. C. 1480, Aesch. Ag. schol. rec. 163, cf. Eur. Med. 1081), *εὐσχημόνως οὐδὲ φορτικῶς* loquitur (Soph. El. 610, 1062, 1385, cf. schol. rec. Aesch. Sept. 234, Soph. Ai. 1264), est *εὔνους, ὑπεσταλμένος, συναχθόμενος καὶ συμπαθῶν ταῖς συμφοραῖς* et omnino *φιλάνθρωπος* (Soph. Ai. 141, 1091, Eur. Or. 156, cf. 160, Alc. *ὑπ.*, Aesch. Prom. 821, cf. Eur. Hipp. 566, 1119), sed tamen *φυλακτικός* (O. C. 150, 1447). Sed potissimum *παρρησιάζεται, ἀδεῶς ἀντιλέγεται πρὸς τὴν ἀδικίαν, ἀγανακτεῖ* malis hominibus, omnino *προΐσταται τοῦ δικαίου, προτίθεται τῷ δικαίῳ, προτιμᾷ τὸ δίκαιον* (Ai. 134, Phoen. 202. El. 1058, Med. 823, 824). Quae omnia recte ad summam attribui chori quae solet induci personae probatur Horati loco a. p. 196 sqq. ‚ille scil. chorus bonis faveatque et consilietur amice et regat iratos et amet pacare timentis, ille dapes laudet mensae brevis, ille salubrem iustitiam legesque et apertis otia portis, ille tegat commissa deosque precetur et oret, ut redeat miseris, abeat Fortuna superbis', quae verba etiam ampliora de chori personae moribus nos docent, praesertim cum consentaneum sit Horatium meram doctrinam Graecam hic exhibere [1]). — De singulis choris haec addenda sunt (sane non nihil refert, an sint chori personae senes an virgines etc.): Antigonae fabulae chori senes sunt *μεγαλόφρονες* (155), *περιχαρεῖς, καὶ τῇ παρούσῃ ἡμέρᾳ εὐχαριστοῦσιν* (100) et locuntur *πάνυ πρεσβυτικῶς καὶ αἰδημόνως* (681, cf. 872). Electrae fabulae chori virgines ut verae virgines se gerunt atque locuntur (126, 1406). Oedipodis Colonei fabulae chori cives Attici *τὰ πρῶτα ὑποχαλεπαίνουσι πεπυσμένοι ὅτι προσκαθέζεταί τις τῷ ἱερῷ τόπῳ* (117).

1) E re est iam hic adhibere Horati Artem poeticam, de qua tamen hic amplius nos agere operis ratio non sinit (cf. etiam p. 3 annot.).

Hippolyti fabulae chori mulieres σχετλιάζουσι (592) et θαυμάζουσι τοῦ βίου τὸ ἀνώμαλον, cum videant pium Hippolytum tam misere laceratum (1102). Medeae fabulae chori mulieres ἐλεύθεραι οὖσαι τὸ προϊστάμενον αὐτοῖς δίκαιον προτιμῶσιν (823). Andromachae fabulae chori mulieres θαυμάζουσι τὸν Πηλέα (766). Orestis chorus μερίζεται τὴν γνώμην (1539) perinde atque Agamemnonis chorus (schol. rec. 1347 Weckl.) et Septem fabulae chorus (1054). De Troadum choro conferendum s. 1107. Septem fabulae chori virgines εὐπτόητοί εἰσι πρὸς φόβον, μάλιστα δὲ πρὸς πολιορκίαν, δειλαί, ὑπὸ ἀγωνίας deos vocant τεταραγμέναι (78, 107, 128, 134 rec., 158, 263). Promethei fabulae chori Oceanides et ipsae timidae sunt (schol. rec. 526) et praebent τὸ περίεργον τοῦ γυναικώδους ἤθους (193). — Denique addenda haec duo scholia: Eur. Phoen. 1751 ὁ χορὸς ἀσυμπαθὴς παρθένον οὕτως ἀτυχῶς φεύγουσαν μὴ οἰκτιζόμενος et schol. Aristoph. Ach. 442 (Dind.) διὰ τούτων τὸν Εὐριπίδην διασύρει. οὗτος γὰρ εἰσάγει τοὺς χοροὺς . . . οὔτε ἐμπαθῶς ἀντιλαμβανομένους τῶν ἀδικηθέντων.

Terenti Andriae

Pamphilus adulescens vehementer amat (praef. I 3, praef. II 1, 92, 236. 1, 245. 2, 278. 4, 320. 2, 447. 2, 702. 1, 708. 1. 2), quare valde metuit Philumenae nuptias (334. 3, praef. III 2). Est autem filius verecunduset obsequens, quare aestuat, quid faciat (684. 1. 2, 695. 1,696. 5). Omnino enim facile affectibus movetur (893).

De altero amatore Charino id comperimus eum amare, cf. 306. 2, 702. 1, praef. I 3, praef. II 1.

Simo senex, Pamphili pater, valde filium amat et est indulgens (90. 1, 92, 138. 1, 146. 3, 955. 2), cui tamen, ut par est, causa data irascitur, utpote qui omnino ira et dolore vel aliis affectibus facile moveatur, quare etiam temptat Pamphili animum per falsas nuptias (842. 1, 860. 1, 878. 2, praef. III 5, 886. 1, 464. 3, praef. II 1). Ad summam autem modestus est, placabilis, pius (39. 3, 439. 1. 2, praef. I 3, 77. 3, 85. 1). Tamen libenter sagacitatem iactat, quo fit ut saepe fallatur, quippe qui res non perspiciat ea ipsa de causa, quod nimis subtilis est vel operam dat ut

sit (459. 1, 470. 1, 471. 1, 500. 1, 524. 2, 552. 1, 598. 7, 823. 2, 172. 2).

Chremes senex placabilis et lenis amicus est (533. 5, 544), qui Simone rectius homines ac res perspicit et ideo Simonem interdum irridet (853. 3. 5, praef. I 3).

Etiam Crito senex gravis, modestus, iustus, honestus, dignus cui credatur (796. 1, 798. 1. 4, 800, 907. 3, praef. I 3), sed obliviosus (943).

De Glycerio conferas praef. I 3 ‚adulescentulas liberales'.

Mysis ancilla callida et astuta est nec non blanda (265. 1, praef. I 3, 268. 2, 281. 2, 685. 1).

Sosia servus intempestive domini orationem interrumpit locosque communes et servo aptos adhibet (60.2, 61.2.3).

Byrria servus facilitate servili paratissimus est ad narrandum (324. 1).

Davos servus callidus est (382. 1, praef. I 3, praef. III 2, 372. 3, 508. 1, 517, 598. 7, 707. 5, 750. 1, 840), rebus secundis exsultat (338. 2) et dominum senem aliosque multos dolis deludit (praef. II 1, III 3, 4, 733. 1), adversis turbatus atque oppressus est (849. 5), ceterum contumax adversus Charinum aliosque (704. 3, 194. 2).

Eunuchi

Thais meretrix omnibus virtutibus meretriciis est instructa, quippe quae docta capiendorum more iuvenum (908. 5), quos penitus perspicit (142), non ignara sit illecebrarum (895), sed blandissima (96, 152. 2, 151. 1, 871, cf. 95. 3, 145, 149. 1), praecipue cum accusare necesse sit amatorem (864. 4) vel omnino rem dicere percutientem (126. 2), sed etiam cum ipsa aliquo modo sit deprehensa (462. 2). Est enim in universum, quod et ipsum necesse est meretrici, callida (100. 2, 174. 3), atque subtiliter et facete omnia tractat (173, 864. 2, 850. 1, 463. 1, 458. 1, 746. 1, 867. 1. 2) [1])

1) in scholio 537. 1 corruptum est ‚bacchiali avid' nec potest ferri Wessneri ‚Bacchi aliquid'. Immo verbum ‚persona' ante ‚Bacchi' demonstrare videtur, scribendum esse ‚Bacchidis aliquid', quod fort. errore pro ‚Thaidis' scriptum est, cf. schol. 37. 2, quem locum Leo indicat, praeterea quod de schol. Hec. 506. 2 dixi p. 25 annot.

hoc simulans illud dissimulans (86, 88. 1, 90. 3), nec umquam affectus consilium ei adimit (735. 2). Et quod gravissimum est, bona est meretrix (198), quae vere amat Phaedriam (praef. II) nec umquam plane neglegit pudorem (107, 138. 1), quippe quae praebeat femineam reverentiam (832. 1). Sed praebet etiam meretricium sensum (832. 1) meretriciamque impudentiam (619. 2), quem ostendit in amatorem ineptum Militem, in quem aut verbis petulantibus contumeliose involet (praef. III 4, 810. 4) aut quem superbe et contumaciter contemnat (796. 1, 793, 795. 1, 810. 2).

Quod non miramur, cum re vera Miles is sit, quem minime quis amaturus sit, sed qui insuavis sit apud omnes (616, 479. 1). Est enim homo stultissimus (391. 1, 405, 2, 413. 1. 2, 422. 2, 479. 2, 496. 1, 1044. 1, 1063. 1, 1085. 3), intempestivus (397. 2), insulsus (465. 3), iners (412. 3), importunus (479. 1), ineptus, vanus, μάταιος (496. 2, 615. 1, 771. 1, 794. 2, 402. 1), impolitus, infantissimus (1063. 1, 432, 405. 2, 1056. 1), immemor (422. 2), omnino durus atque agrestis (456. 3). Quare semper ridiculus est (praef. III 4, 615. 1, 814. 1), praesertim cum semper se laudari cupiat (401. 5), quamquam re vera nihil se esse eo ostendit, quod quamvis gloriosus tamen timidus est (781. 1) facillimeque exanimatus desperat (1025. 4, 1054. 1, 1055. 6) atque humilis fit et supplex sine gratia et sine timore (1054. 1, 1061. 1).

De Phaedria altero Thaidis amatore fere nihil annotavit scholiasta: amatorem sane eum esse saepe commemoravit (218, 209. 3, 190. 3, 188. 1, 637. 3 etc.), quare facile desperat (217. 3) et vana cogitat vel loquitur (216. 1); in Militem superbe et minaciter invehitur (1061. 2).

Chaerea frater quamvis ephebus tamen vehementissimis affectibus praeditus est, praecipue quod ad amorem pertinet (301. 4. 5, praef. II, 292. 1, praef. III 2, 351. 367. 1), sed etiam alias audacissimus est, confidens, impudens (849. 1. 2, 907. 3, 848. 2, 1029).

Chremes adulescens honeste natus (770) rusticus est et simplex, rudis (507. 1, 531. 1, 532, 736. 1, 745, 769. 4, 770), quare non solum pudens, sed etiam timidus et pavidus est (745, 764. 2, 769. 1. 3, 785. 3, 747).

De Antiphone Chaereae amico schol. 546.1 exstat.

Senex duorum fratrum pater trepidans senex est atque iam habet defessos oculos et visum languidum (971.2, 974), initio otiosus neque increpans mores, sane meretricibus infestus, ceterum facetus et garrulus (971.3, 1001.1, 973.1).

Gnatho parasitus paene nimis parasitus est (1084.3), quippe qui impudenti assentatione (791.2) non solum in Militem utatur eumque aduletur (400.2) et e. g. postquam non obtinuit quod volebat, ad omnia assentetur (774.2, 802.2, 391.1, 232.1), sic quidem, ut ipse clam irrideat Militem (788.2) eique denique auctor sit summae desperationis (1025.1, 1079.13), sed qui etiam in aliorum serpat assentationem (1085.1, 1084.2). Est enim homo illiberalis, qui improbissime homines honestis moribus praeditos miseros et famelicos nominat, suam ipsius autem vitam honestiore nomine (260.2, 253.2) [1]. In universum autem callidus est et cum fiducia res suas agit (1067.3.1). Saepe nimis longe loquitur (265.1, praef. III 2). Ceterum ut parasito cena ei est magna res semperque desiderium habet mensae et cibi (459.1, 809.2, 816.1).

Parmenonis calliditatem et astutiam saepe commemorat scholiasta, cf. 378, 470.2, 102.1, 485, 57, 994.2, ubi voce nota veterator appellatur. Nec facetiae eum deficiunt (265) et interdum ioco verniliter se iactat (926.2), sed potest etiam amarissime loqui (466.4, 481) ipsumque dominum carpere (216.1), cui tamen fidelis est (276, 466.4, 481, 495.4).

Pythias ancilla et ipsa callida est, astuta, faceta (829.2, 959, 961, 687.1.2, 949, 531.1), garrula, gesticulosa (903), blanda (834), libenter cachinnans et deridens homines (1002.2, 1017.2, 969.2, 1002.1, 1007.1), insultans et cito

---

1) s. 253.2 sub finem corruptum est neque adhuc emendatum. Rabbowii quidem coniectura ῥωποκάπηλος quod ad formam litterarum traditarum pertinet non minus apta est quam Bentlei ῥωποπώλης neque in eo offendimus, quod ῥωποκάπηλος ne in thesauro quidem exstat, est enim recte formatum, tamen vox ‚inducens‘ altiorem corruptelam indicare videtur, quam non sanabimus ‚inducens‘ mutando in ‚impudens‘. Sed certius quid equidem proponere nequeo.

minans (1009 , 859. 1. 2) cf. etiam s. 823 quo complures moris explanationes proponuntur, de quibus sane non amplius disseremus.

De Doria ancilla exstat schol. 615. 1.

Phormionis

Davos servus garrulus est atque sententiosus (41.4) neque ut servus magni aestimat honestatem (61. 3).

Geta servus est contumax, versute malus, audax, impudens in dominum (289. 1, 290. 1, 291. 2, 206. 2, 292. 1), occasionem melioris condicionis causam esse existimat fugae (189. 1), futura contemnit meritumque culpae suae ad fortunam refert (138. 2. 3), iocose et ironice loquitur (299, 302. 1, 86. 1. 2), in universum vernili calliditate praeditus est (286. 2, 224. 1, praef. III 4, 375. 2), ut interdum etiam mediocria sint verba (478. 1. 2). Fabula autem progressa culpae sibi conscius est, anxius, perturbatus, tristis, desperans (196. 1, 57. 1, 186. 6, 122. 3, 219. 2). Ceterum vitiosa locutione utitur (249. 2).

Phormio parasitus est vilioris parasitorum generis ut Eunuchi Gnatho potioris (315. 1). Est enim sycophanta (319. 1, 352. 4) neque erubescit de falsiloquio (131. 3) et contemnit pro ridicula re quod alius metueret (133. 1. 2, 435. 1) nec diu sollicitus est de aliqua re nec quicquam aliud nisi de convivio vel propter convivium cogitat ut homo neglegens (317. 2, 335. 2, 1052) et omnino est impudens. calumniosus, procax, audax (352. 2, praef. II, 348. 1, 135. 2, 342. 1), sed ante omnia callidus veterator (352. 4, 361. 2, 388) et iactat fortunam suam (829) ioculans scurra (131. 3, 384). Ut scurra etiam propria quadam locutione utitur (327. 330. 2, 342. 3, 338. 1).

Dorio leno sane irridet honestatem et despicit (500. 2, 525. 5).

Nausistrata matrona est dives uxor, quae licentius de marito conqueritur (784), affabilis tamen est inferioribus (1048. 2, 1005), sed gravis et modesta (1023). Callida autem est in agendo (1025). Sub finem fabulae iracunda mollitur (1055. 2).

Demipho maritus est senex avarus (69. 4, 70. 1, 311. 1, 357. 1, 661. 2, 678) et plerumque iratus et ad litigandum promptus (231. 2, 254. 2, 262. 1, 264. 2, 266, 286. 3, 307), sed tamen ad summam, praecique collato parasito impudentissimo et procacissimo, simplex pater familias et aliquo modo mitis nec nimis litigiosus, immo perturbatus et anxius quamvis bona in causa (309. 1, 319. 1, 348, 1, 355, 396. 2), quem facile fallat improbus sycophanta (360). In universum enim facile frangitur necnon mollitur (231. 2, 236, 239. 1, 262. 1, 308. 1).

Duo filii, Antipho et Phaedria, ut adulescentes sane amatores sunt (165. 2, 218. 2, 309. 2, 160. 1, 201. 3). Quorum Phaedria audacior et ideo securior pauloque tardior nectamen non callidus est (153. 3, 160. 2. 3, 198. 3. 199. 1. 2. 3, 206. 2. 3, 270. 1. 2. 3. 4, 273. 1, 255. 2. 3), Antipho contra timidus est, anxius, quare facillime divinat intellegitque res ad ipsum pertinentes (153. 3, 133. 2, 156. 1. 3, 157. 3, 197. 2, 198. 3, 199. 1. 2. 3, 206. 2. 3, 211. 1, 682. 1, 209. 4). Ideo etiam mutabilis putat ex consequenti satietate se potuisse abstinere amoribus suis (159. 1, 161. 2).

Hecyrae [1])

Philotis persona protatica callida est, utpote quae meretrix sit (109, 110. 2). Ut meretrix etiam nuptias indignum facinus putat (98) atque optat, ut infirmae sint Pamphili nuptiae (176. 1), sed id non tam malignitatis in Pamphilum quam benivolentiae in Bacchidem collegam causa (102. 1) ideoque non ut curiosa sed propter Bacchidem rem a Parmenone vult audire (103. 2).

Bacchis et ipsa meretrix est, sed bona meretrix (praef. I 9, 727. 1), quippe quae e. g. iureiurando nihil sanctius sciat (751). Sed ut meretrix blanda et callida non neglegit, dum aliud agit, etiam personam suam commendare (758, 787, 751).

Etiam Sostratam socrum proprie instituit poeta. Est enim benivola mulier (praef. I 9), quae amet nurum atque vera et paene nimis amans mater sit filii (353. 1. 2,

1) Hecyrae personae quomodo recedant a comicorum consuetudine infra demonstrabitur p. 73.

354. 3, 594. 5), et laborat, ne quod dictura sit odio aut dolore aut certe ira dicere videatur (584. 1, 596), remque duram dictura multis praeblandiatur verbis remque praemolliat (585), cum ipsa innoxia accusetur a coniuge (206. 1) eiusque inclamationibus defatigetur et delassetur (232. 2).

Laches enim senex loquax (482. 4) et avarus (462. 2, 463. 2. 4) saepe difficilis est et iratus (198. 2, 223. 1, 620. 3, 469. 2) et odit uxorem, cuius amor optabilis fuit in adulescentia (207. 2); sed postea etiam placatur mitiusque loquitur, quamvis non queri de aliqua re non possit (619. 1, 620. 3). Placatus etiam multa reticentia de filii vitiis et defensione quoque apud socerum utitur et praestat se indulgentem et impetrabilem patrem (673. 1, 685. 797. 1) et est mitis senex (727. 1, 729. 1).

Phidippus senex mitissimus in filiam pater est (243. 1), quam valde amat (720. 1), nec tam avarus est quam Laches (465. 1). Sed et ipse facile ira affectus affectui indulget (506. 2 [1]), 560), cavet autem ne nimis vehemens fiat nec tam difficile mollitur (508, 529. 2), quippe qui omnino callidum se esse glorietur (541. 1), quamvis interdum credulus sit (531. 1).

Myrrinae matronae praecipue calliditatem et muliebrem astutiam annotavit scholiasta, cf. praef. III 4, 526.1, 527. 4, 548, 1.

Pamphilus ut adulescens sane vehementer amat (122.2, 169. 1, 319, 325.1, 361. 1, 405. 1, 447. 3, 488. 2, 491, 856. 2), ita ut magis amatorem quam maritum se praestet (361. 1), quippe qui omnino facile commoveatur affectibus (605. 2, 845). Sed praestat etiam verum matris amorem (122. 2, 447. 3, 453. 1), cui non mentitur (354. 2), utpote qui in universum ne mentiatur religiose caveat (357. 4, 391. 1, 481).

Parmeno servus magna curiositate, magna garrulitate, maiore pigritia praeditus (193. 3, 359. 1, 360. 1, 439. 1, 799. 1, 807. 3, 809. 2) gloriatur de dominorum familiaritate (144. 2) et vult dominum uxorium esse magis quam amatorem meretricis (101. 1). De quibus cum quodam con-

---

1) Necessarium enim est, ut Phidippi nomen substituatur pro Pamphili.

temptu secum quidem loquitur, cum ipsis autem facete disputat (81. 3, 84. 2, 165. 2).

Adelphorum

Demea maritus durus est pater, saevus, asper, severus, amarus in omnes, tristis, μισοκαλήμερος (praef. I 9, praef. II, praef. III 6, schol. 984, 61. 2, 81. 1, 728. 4, 842. 3, 984, 849. 2, 839. 2, 840. 2) et is, qui quasi gaudere non possit, nisi vicinae saevitiae proximitate soletur (840. 1), qui timeat, ne blandus videatur (432) aut certe durissime blandiatur (685. 4), qui indulgentiam culpae ascribat (988. 1) nec tam amari velit quam ipse amat (713. 1), in universum autem recti et honesti sit tenax (355). Sed ut pertinax, instans, incondita assiduitate homo (81. 1, 526, 60. 1) delicta, in quibus omnino difficilis est, utpote qui amarus sit peccantibus, etiam in maius effert (81. 1, 445, 88. 2) et ex parva rei suspicione vehementer se afficit (356) semperque stomachatur perpetuoque maerore imbutus est (380. 3, 540. 3) et omnino senem querulum se ostendit atque obiurgatorem (542, 61. 2, 719. 1), qui filii culpam in fratrem conferat (412. 1). Quomodo rusticus atque agrestis et parcissimus senex (praef. I 9. 573. 1, 842. 3, 840.2, praef. II) fit intempestivus, importunus, impolitus, inhumanus, insociabilis (719. 1, 773, 60. 1, 81.1, 529. 2), est idiota et comicus pater nec sapiens et praeceptor (418. 2) [1], quamvis libenter velit propter sua praecepta esse quod sapit Ctesipho filius, quem quoad potest laudat ac sublevat (412. 1, 401. 5, 403, 359. 1, 360. 4), et omnino stultus est, qua de causa semper eluditur (564. 4 praef. II, 564. 1).

Contra Micio caelebs mitis est et lenis et comis pater (praf. I 9, III 6, 26. 2), qui nimium tenere amat filium (36. 2, 671. 6, 643. 2, 745, 679), facetus, lepidus, festivus, ignoscens et indulgens (81. 1, 610a. 1, 692. 2, 53. 2, praef. II, 75), obsequentissimus pater (692. 5), facilis in delictis

---

1) Lectio non plane certa est, tamen Wessneri ,idioticus' improbabile, quod uno tantum Tertulliani loco exstat nec per se cum voce ,pater' coniunctum placet, praesertim cum enuntiati forma duo substantiva poscere videatur.

(81.1), placidissimus, modestus, moderatus, pudicus, blandus (141.1, 65.2, 53.2, 831.2), mira clementia et omnino molliter accusans (684.2, 685.4), ad veniam festinans (686), cum venia et defensione loquens (149.1.2), totum quod peccatum sit aetati tribuens, nihil homini ipsi (152.2). Omnino enim se commendat aliis atque se accommodat, ut e. g. nihil ad filium imperiose loquatur ac pro auctoritate patria et leniter ferat irascentem fratrem, utpote qui vere urbanus sit (702.1, 699.1, 692.2, 695, 728.1, 126.1, praef. I 9), quare e. g. nimiam parsimoniam maculam putat (954.1), neque aut nimis commotus aut immobilis est (142.2), cum omnino sit callidus (655.1, 803). Ceterum seniliter μακρολογεῖ nec potest in longum prospicere oculis (68.3, 78.2).

Aeschinus adulescens est liberalis et verecundus, sed effuse luxuriatus utpote qui captus sit immodico amore sed honesto (praef. III 6, 696.1, praef. II, 610a.1, 633, 619, 649, 667, 675, 655.1). Quare in lenonem ut alienus animo ab amoribus meretricis superbus, arrogans, contumeliosus (185, 265.1, 155.2, 210.3), tamen alias nullo modo contumax (663.3, 683).

Ctesipho frater et ipse liberalis et bonus adulescens tamen rusticus est et simplex, rudis, imprudens, stultus (521.2, 517.1, 528.1, 270.3, 259.1, 281.3, 282.2, 529.1, 552.1, 536.2), quare cum amet timidus fit (275.1, 519, praef. III 6, 282.2, 284.1), et amori magis quam rei consulit (524); tamen reverentiam parentis vel amorem filii servat (517.1, 519).

Hegio senex est bonus vir et maturus et gravis, qui honeste et prudenter loquitur (449.1, 447.1, 516, praef. III 6, 459.2) et siquidem comminatur, modeste comminatur semperque servat τὸ πρέπον (498, 598), et omnino est amicus fidus (492.1, 447.1).

Sostratae matronae schol. 288.2 maternus affectus annotatur, 342 constantia, 353, 2 animus tristis ac serius; praef. III 6 ‚pavidae mulieres‘ de Sostrata quidem non recte dictum est, sed cf. de hoc scholio et de similibus quae postea dicentur.

De Canthara nutrice rectius annotavit scholiasta, quod praef. III 6 exstat. Praeterea conferendum est schol. 336.1 ,dissimulandam rem putat'.

De Geta exstat schol. 301.1 ,mira in servo fides', cf. 288.2.

De Sannione plura inveniuntur: est callidus leno atque avarus, qui quidquid agit ad lucrum refert et prae lucro nihili facit iniuriam sibi oblatam ac facile mitigatur pecunia data et potius propter damnum vociferatur quam propter iniuriam (221, 209.1, 220.1, 265.3, 196.1, 242.5, 244.1); porro est loquax atque contumax, ut homo nequam atque inhonestus, interdum etiam maiore stomacho commotus stultius agit (172,1, 155.2, 246.1, 193.2, 192.1).

Syrus callidus est (praef. III 6, 579.1, 768, 565), veterator (780.1), fallax (763.2) nec omnino purus aut simplex (772, 220.3), ut luxuriosum et licentem servum magnifice se infert (380.3), superbe, cum laetetur, et confidenter et arroganter se gerit ob dominorum amicitiam, utpote qui nimis levis sit (379.3, 284.1, 286, 763.1, 380.3, 567.2). Libenter homines fallit, deludit, ludificat et aliis magister est ad nequitiam (praef. II, praef. III 3, 540.1, 528.1, 529.1).

De **Heautontimorumeni** personis e Bembini scholiis nihil comperimus.

Personarum notationibus exhibitis et aliquo quidem modo quibus uti possis praeparatis partem alteram graviorem adeamus.

CAPVT II

De ethographiae disciplina.

Qui de poetae ethopoeia quaerit, primum quaerere debet (quod quavis in disciplina fit), quanam via quaque

ratione poeta hac in re instituenda utatur, quo igitur modo ut spectatores personarum mores naturamque agnoscant efficiat. Quod cum etiam scholiastae inquisiverint, primam disciplinae partem tractandam statuamus

I

De poetae via atque ratione ethopoeiae instituendae.

Incipiendum est a disciplinae sententia tantum in Donato proposita. Scil. agitur de personarum nominibus. Primum scholia proponamus: schol. Ad. 26.1 ‚nomina personarum, in comoediis dumtaxat, debent habere rationem et etymologiam. etenim absurdum est comicum, cum apte argumenta confingat, vel nomen personae incongruum dare vel officium, quod sit a nomine diversum‘ (secuntur exempla, deinde), in quibus summum poetae vitium est, si quid e contrario repugnans contrarium diversumque protulerit, nisi per ἀντίφρασιν iohculariter nomen imponit, ut Misargyrides in Plauto dicitur trapezita. et fere apud alios hoc modo poetas nomina componuntur per ἀντίφρασιν describentia quod designant‘, Ad. 581 ‚congrue nomen invenit diviti Cratinus ἀπὸ τοῦ κράτους idest a potentia‘, Eun. 414.2 ‚Strato nomen accommodatum militiae‘, 774.3 ‚mire composita ad contemptum nomina legionariorum; nam Donax ab arundine nomen, veluti sit inanis et fragilis, Simalio a simio vel a simia derivatum est ob foeditatem oris vel nasi, Syriscus iam diminutivum est a Syro‘ cf. 814.3, Hec. 78.4, Phor. 26.1, praef. I1, An. 226.4 ‚semper nomina comicorum servorum aut a nationibus sunt indita, ut Mysis, Syrus, aut ex accidentibus, ut Lesbia velut ebriosa a Lesbo insula ... aut a moribus et vernilitate, ut Pseudulus, aut ex negotio, ut Chrysalus, aut ex qualitate corporis, ut Thylacus, aut ex specie formae, ut Pinacium‘. Quorum scholiorum scholl. Ad. 26.1 et An. 226.4 ipsum disciplinae praeceptum exhibent. Potest igitur poeta comicus (sic diligenter hic

loqui debemus) iam antequam quicquam loquatur persona non nulla de eius natura et moribus ostendere spectatoribus ipso nomine quod imponit.

Quam disciplinae sententiam non exstare in scholiis Graecis tragicis consentaneum est, cum tragoediarum ratio quod ad hanc rem pertinet diversa sit a comoediarum. Tragici scil. poetae personarum nominibus nihil significare potuerunt, quippe qui non ipsi ea excogitarent, sed ab historia acciperent ut totam fabulam.

Personae in scaenam inductae aut tacent aut agunt. Sed ne de tacentibus quidem inertibusque personis nihil indicare potest spectatoribus poeta, immo quamvis taceant, tamen aliquid produnt, cf. schol. Prom. 436 *σιωπῶσι παρὰ ποιηταῖς τὰ πρόσωπα ἢ δι' αὐθάδειαν . . ἢ διὰ συμφορὰν . . ἢ διὰ περίσκεψιν*, cf. Aesch. vit p. 3 Dind. *μόνον γὰρ ζηλοῖ κτλ.*, schol. Arist. Ran. 911, 916, Don. Ad. 167.2 ‚magna contemptio minarum lenonis non respondisse Aeschinum ad ea, quae dixit', cf. etiam Eun. 476. 1.

Sed maiora adeamus. Scil. agitur de his scholiis: Soph. vit. sub fin. *οἶδε δὲ καιρὸν συμμετρῆσαι καὶ πράγματα, ὥστ' ἐκ μικροῦ ἡμιστιχίου ἢ λέξεως μιᾶς ὅλον ἠθοποιεῖν τὸ πρόσωπον*, quo clarius ipsum disciplinae praeceptum exhibent Donatiana Ad. 288. 3 ‚personae aut ex suis verbis insinuantur aut ex alienis', ad quae verba, ne dubitatio oriatur, addidit scholiasta ‚ex suis, ut nunc persona Sostratae, ex alienis, ut initio Aeschini persona ex Micionis oratione ac Demeae', An. 206. 2 ‚persona aut ab altero commendatur aut se ipsam populo commendat aut et ab altero commendatur et a se ipsa, ut hic Davi et per Simonem supra (164) descripta est, ubi dixit „mala mens, malus animus" et hic per se, dum hoc gestu ac sermone agit ac disputat secum'. Loquendo igitur personae a poeta notantur, ad quod disciplinae praeceptum significandum vocabula haec in scholiis invenimus adhibita: *ἠθοποιεῖν τὰ πρόσωπα* (Soph. vit.), personarum *χαρακτηρισμός* (Hec. 352. 1 ‚*χαρ.* locuturi Pamphili', Eun. 301. 4 ‚hic ex

parte $\chi\alpha\varrho$. quidam est personae Chaereae, quem moribus conicit servus ardentiorem amore fieri posse, simul coeperit'), insinuare personas vel commendare vel describere (Ad. 288. 3, Eun. 539. 1 ,in hoc proloquio insinuatio personae eius est, cui narraturus est Chaerea etc.', Phorm. 50. 3 ,apparet poetam nihil putasse amplius addendum ad insinuandam populo personam Davi et ideo iam induxisse Getam', quo scholio id ipsum monet scholiasta religiose poetam observavisse artis praeceptum, Phor. 35. 3 ,insinuatio personae eius, quae inducitur ad audiendum argumentum', An. 175. 1; An. 206. 2; Ad. 252. 1 ,mire, quod quasi ex argumento futuri actus sui, antequam loqui incipiant, describuntur', Eun. 642. 1 ,ex huius verbis persona in scaenam veniens et locutura describitur') [1]).

Iam animadvertisti subtiliora de personis loquentibus, quatenus scil. loquendo notentur a poeta, exposita esse in scholiis modo enotatis. Primum enim aut persona ipsa loquendo semet insinuat spectatoribus (liceat utar hoc scholiastarum verbo) aut ab aliis personis describitur. Hoc igitur cum fit, non admodum diversus est poeta dramaticus ab epico, quippe qui et ipse personas describat auditoribus earumque mores exponat. De quo rebus iam enotatis graviores non comperimus, tamen enotanda sunt hic scholia haec: Eun. 301. 4, Hec. 352. 1, Eun. 897. 3 ,per ancillae verba vult ostendere, quam sit experta meretrix tractandorum adulescentium', 642. 1, 769. 3 ,ex huius verbis Chremetis animum demonstravit nimium liberaliter pavidi adulescentuli', Ph. 35. 3, An. 175. 1, Ph. 304. 1 ,hic est, de quo supra (120/1) dictum est „illene indotatam virginem atque ignobilem daret illi? numquam façeret." ', An. 338. 2 ,non mirum quod insolentius Davos exsultat, qui ut Simo

1) Vides idem significari verbis propriis ,insinuare' vel ,commendare' atque verbo generali ,describere' neque esse diversa haec vocabula ab ipsius disciplinae vocabulis $\chi\alpha\varrho\alpha\kappa\tau\eta\varrho\acute{\iota}\zeta\epsilon\iota\nu$ et $\dot{\eta}\vartheta o\pi o\iota\epsilon\tilde{\iota}\nu$, cf. praecipue scholl. Hec. 352. 1, Ph. 35. 2, Eun. 642. 1. Quod tenendum, ut de disciplinae praeceptis interdum sic ut propria verba non servata sint traditis recte iudicetur.

dicebat (173), timidus fuit, ut ipse Davos (206 sqq.) etiam desperavit etc.', Hec. 378. 1, An. 119. 3, Ad. 84. 3, ubi id breviter tangit scholiasta, esse posse, ut duae fabulae personae diverse loquantur de aliqua persona, quod sane non mirandum non pertinet ad veram illius personae naturam, quae sententia completur scholio Ad. 447. 2, ubi recte descriptam esse aliquam personam ab alia annotatur; cum quibus duobus scholiis arte coniungendum An. 428 ,hic corrigitur a poeta, quod per iracundiam dixit Pamphilus (250) „aliquid monstri alunt"'.

Graviora autem de eo invenimus, quod persona ipsa loquendo se insinuat spectatoribus. Quod generaliter et ita quidem expositum est, ut certiora quibus demonstretur disciplina verba cupere non possimus, scholiis his: Hec. 274. 1 ,in hac scaena est allocutio, qua inducitur secum loquens anus, per quam orationem mores eius et animus mitis intellegi possit', 516. 1 ,mire in hac scaena et iterum rixa est senis atque anus et tamen varie et alio modo, ut mores inter se diversos et iam notos possimus agnoscere', 76. 4 ,ut ex verbis suis tam meretrix quam lena descripta est, ita et Parmeno ipse qualis sit ostenditur ex sua sibi locutione', An. 796. 1, Ph. 57. 1.

Praeterea autem scholiastae subtiliter distinxerunt inter personarum sententias et loquendi genera, Eun. 432 ,disciplina est comicis ut stultas sententias ita etiam vitiosa verba ascribere ridiculis imperitisque personis', a quo non admodum diversum videtur esse Soph. vit. *ἐκ μικροῦ ἡμιστιχίου ἢ λέξεως μιᾶς ἠθοποιεῖ.* Notat igitur personas poeta vel eo, quod dicunt, vel eo, quo modo loquntur. Cuius rei exempla uberrima exstant in scholiis, et de sententiarum quidem vi haec: El. 469: *εὐλαβὴς οὖσα ἡ Χρυσόθεμις κρύπτειν ἀξιοῖ τὸν χορόν*, Phoen. 275 *τὰς ἀπὸ τοῦ χοροῦ ἑωρακώς φησι τεθαρρηκέναι. ἀσθενοῦς δὲ ψυχῆς τεκμήριον κτλ.*, Or. 413 *γυμνὸν ἐνταῦθα δείκνυται τὸ ἦθος Μενελάου · κατέκρινε γὰρ αὐτὸν ἄνευ κρίσεως* (agitur insuper de simulatore), Or. 437, 417, Ai. 1319 *τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐδήλωσεν διὰ τοῦ ,ἀλκί-*

μῳ νεκρῷ‘ κτλ., Or. 71, Phoen. 1369 ἄκρως δηλοῖ ἦθος ἀνδρὸς μεμφομένου ἑαυτὸν ἐπ' ὠμότητι[1]), Ai. 360 οὐ διὰ τὴν ἧτταν δὲ τῶν ὅπλων πικρὸς ὢν βούλεται ἀναιρεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ ὄνειδος ὑφορώμενος τῶν ποιμνίων· ἐν τούτῳ δὲ τὸ ἦθος καὶ ἡ μεγαλοφροσύνη δείκνυται τοῦ Αἴαντος, 485, O. C. 1447 ... ἐν τοιούτῳ οὖν ἤθει καὶ ὁ λόγος αὐτοῖς διάκειται[2]), Phil. 814, Or. 121 cf. 108, 32, 85; Don. Ad. 61. 2 ‚vide quem ad modum ut durum obiurgatorem ostendat Demeam, cum ab eo dicantur in crimen vocari, quae aut aetatis sunt .. aut naturae .. aut pietatis‘ (Micio haec de Demea adhibet), 988. 1 ‚attendendum est indulgentiam a Demea culpae ascribi denuo‘, 196. 1 ‚haec allocutio ad hoc inducta est, ut ex verbis lenonis appareat, quam facile mitis fieri possit et quidvis libenter accipere‘, 795 ‚quam mira perspicuaque moralitas in huiuscemodi rebus apparet‘, 518. 1 ‚vide quasi ἰδίωμα Syri esse, de opere loqui‘, Eun. 338. 1, 508. 2 ‚his verbis intellegitur sentire se paulatim labi in amorem meretricis quamvis invitum et adhuc retinentem‘, praef. III 3 ‚tertius actus characterem exprimit militis et parasiti per ridiculum colloquium‘.

Proprium autem aliquid, scil. quibusdam in sententiis et potissimum cottidie dictitatis χαρακτῆρα non inesse, id est e talibus sententiis conici nec posse nec debere, quos mores habeat qui dixerit, quare interdum cui personae sit attribuenda talis sententia dubitatio oriatur, ex his scholiis comperimus: An. 61. 2. 3 ‚sententia non incongrua servo, quia et pervulgata. et non refertur ad personam modo dicentis, sed cottidie[3]) dicitur. An magis quia convenit Sosiae cor eiusmodi, χαρακτὴρ in verbis est?‘, Ph. 138. 1 ‚hae graves sententiae ex persona servorum cum dicuntur, ridiculae sunt et eo consilio interponuntur‘, Ph. 186. 6 ‚melius est haec et perturbatae

---

1) Quod versus spurius est nullius est momenti.

2) Vocabula ἦθος et λόγοι coniuncta exstant etiam Or. 218 et 223.

3) Traditum pro ‚modo‘ ‚domini‘, pro ‚cottidie‘ corruptum ‚de quo‘. Emendavit Rabbow collato et eius quod antecedit et eius quod sequitur enuntiati sensu. Corruptelae facile oriri potuerunt.

et servilis imperitaeque personae verba sine arte esse nec sui vim significatus habere'[1]), An. 703. 1 ,si Pamphili est persona, cum ironia dicitur, si Charini, simplex laudatio est' cf. Ph. 77. 2 ,hoc dictum et superioris personae potest esse et alterius', El. 1178 *τοῦτο δύναται μὲν καὶ ἡ Ἠλέκτρα λέγειν, εὐπρεπέστερον δὲ τῷ χορῷ παράκειται, ἵνα μὴ περὶ τοῦ ἑαυτῆς εἴδους εἴπῃ τι.* Quod cum fit scil. ut complures personae dignae videantur, quibus attribuatur certa sententia, id praeceptum valet, quod invenimus Ai. 354 *ὁ χορός ἐστιν ὁ λέγων. οὐ γὰρ .. ἐν ταῖς γὰρ ἀμφιβολίαις τῶν προσώπων δεῖ τοῦ ἤθους στοχάζεσθαι καὶ διαστέλλειν τὸ πρόσωπον*, mores igitur interdum lucem afferre sententiis necessarium est, quod praeceptum probatur ss. Eun. 789. 1 ,animadverte, quantam vim habeant ad delectandum in comoediis severae sententiae, cum ab ridiculis personis proferuntur', cf. 312. 5 ,utrum obscene hoc, ut servus, an *μεταφορικῶς* ?', Ad. 532, 271.

Cum quibus scholiis ea quaeso conferas, quae sunt *περὶ αἰνιττομένων προσώπων*, scil. de quorum moribus nihil debet conici ex illis sententiis per aenigma significatis, exempli gratia haec: Med. 958 *τοῦτο διπλῆν ἔχει τὴν ἔννοιαν, μίαν μέν, ἣν ὁ Ἰάσων ἐκδέχεται . . . ἑτέραν δὲ ἣν αὐτὴ κρύπτει*, Phoen. 576 *λόγῳ μὲν παραινεῖ αὐτῷ, τῇ δ' ἀληθείᾳ ἀπεύχεται τὸ πρᾶγμα* et quae praeterea in singularum personarum, praecipue Euripidis Medeae, Electrae, Helenae, Menelai notationibus enotavimus. Quomodo fit, ut interdum diversissime de singulis locis iudicaverint scholiastae, quid de personae loquentis moribus ex eis sequatur, cf. Or. 93, Hipp. 351 etc. De schol. Phoen. 274 quod et ipsum huc pertinet infra nonnulla dicam. Omnino autem quanta diligentia personarum sententias debeat instituere et quasi eligere poeta, ne falsa de moribus coniciant spectatores, ex hoc scholio sumendum: Med. 538 *ἐπιλαμβάνονται τοῦ ἐπιχειρήματος· ἔδει γὰρ αὐτὸν ταῦτα λέγοντα μηδὲν ποιεῖν ἄδικον . . . ἥκιστα οὖν ἔδει νῦν τὰ τῶν νόμων παραλαμ-*

1) Quo scholio illustratur schol. Eun. 732. 2.

βάνειν μέλλοντα πρόσωπον τοιοῦτον εἰσάγειν παραβεβηκὸς τοὺς νόμους.

Deinde quomodo loquendi generibus notet personas poeta his scholiis bene expositum est: Ad. 259. 1 ‚hanc sane locutionem scire debemus propter personam elaboratam. nam et nimium gaudet et rusticus adulescens est, qui conatur laudare Aeschinum titubans et paene balbutiens‘ [1]), 300. 3 ‚hoc scil. **παρόμοιον** „conferant“ et „afferant“ convenit praesertim stomacho verba minus curantis, sicut supra „omnes omnia“ (cf. 237. 1), 246. 1 ‚*αὔξησις* apta lenoni avaro, nam honestior persona non hunc ordinem faceret‘, 210. 3 ‚vide quam ingeniose Terentius, qui supra (184, 196) ab Aeschino lenonis nomine facit Sannionem vocari, utpote ab homine arroganti et feroci ob aetatem et negotium, at hunc blande circumvenientem honorificentius inducit cum lenone loqui et eum Sannionem vocare‘, Eun. 455, Hec. 341, Ad. 456. 2, 141. 1, 214. 3, 403, Eun. 95. 2 ‚vide, quam familiariter hoc idem repetat blandimentum scil. „mi“; vult enim Ter. velut peculiare verbum hoc esse Thaidis: adeo totiens dictum est‘ etc. [2]), 935 ‚ne diceret „compositius“ aut „elegantius“, more suo, ut supra (226/7) „hoc nemo fecit minus ineptus“ etc.‘ (annotat hoc de Parmenonis locutione schol.) cf. 531. 1, 188. 1 ‚ex his apparet verbis, quam sibi amator hoc aegre imperat‘, 190. 3, 240. 2, 739. 1, 774. 2 ‚vide manifestam irrisionem ex ipso genere laudandi; nam quid est in aedium expugnatione recti ? etc.‘, 821. 2, 531. 1, 792. 2, 1063. 1 ‚deinde *ἀνακόλουθος* et vitiosa responsio est: nisi enim addideris „sum“, erit soloecismus conveniens loquenti, impolito homini et militi‘, 803. 1, Ph. 983. 1, Hec. 378. 1, 175. 1, An. 211. 3, Hec. 614. 1, Ph. 76. 1; Med. 910 *πιθανῶς κέχρηται τῇ τροπικῇ λέξει, ἐμφαίνων ἑαυτὸν κέρδους ἕνεκα καὶ τοῦ τοὺς ἐκ Μηδείας παῖδας ὠφελῆσαι τοῦτον ὥσπερ πραγματευσάμενον ἑαυτῷ τὸν γάμον*, Antig. 42 de Ismena *ἐκ τούτου ἤδη τὸ ἦθος ὅρα κινδύνευμα καλούσης τὸ ἔργον*, Hipp. 271

1) cf. sententiae causa Ad. 685. 4.

2) cf. Ad. 518. 1.

ὑπερβολὴν σπουδῆς ἐνέφηνε τὸ ‚ἐλέγχουσα' · τὴν γὰρ ἐπίμονον ἐρώτησιν ἔλεγχον ὠνόμασεν, Or. 374 δέον εἰπεῖν εὐσεβῆ φόνον, κακοήθως ἀνόσιον καὶ ἀσεβῆ φόνον καλεῖ τὴν τιμωρίαν Κλυταιμνήστρας, 376, 401, 562, 1558, Phoen. 1566, Or. 94, 25, 82, 87, 95, O. R. 411, Sept. 107, Hec. 506, 191 (schol. rec.), Sept. 197, Eum. 144, Hipp. 672 [1]).

Sed quod gravissimum videtur ad personas notandas, scil. ipsa facta, quibus quasi rata fiunt verba (cf. Phoen. 274), de ea re nihil certi e scholiis comperimus, ut an exstiterit disciplinae praeceptum necne dici nequeat. Pertinent tamen huc haec scholia non vilia: Ad. 78. 1 ‚κατ' οἰκονομίαν supervenit, de quo sermo est, ut factis dicta ostendantur', 886. 3 ‚quis enim credat tam subitis post saevitiam blandimentis, nisi factis quoque ostendantur', cf. etiam 788. 2, O. R. 287 κἀνταῦθα τὸ κηδεμονικὸν τοῦ ἤθους διετήρησεν · τὸ μὲν οὖν διπλοῦς πομποὺς τῆς σπουδῆς ἐστι τεκμήριον, cf. deinde Hipp. 201, 345, Eum. 95; Or. 257; schol. Antig. 1232 quo est ineptius ad poetae interpretationem, eo maiori usui est huic rei.

Tamen ne facta quidem semper certa morum testimonia esse bene expositum est schol. Med. 899, ubi explicatur μὴ κατὰ προαίρεσιν pueros necare Medeam, sed περιαλγεῖν τὴν ψυχὴν τῷ πάθει et facinus admittere διὰ τὸ προτεθυμῆσθαι ἀμύνασθαι τὸν Ἰάσονα, cf. 903 χρὴ δὲ νοεῖν ὅτι ἐδάκρυσε μὲν ἀλγοῦσα τὴν ψυχήν, ὅτι πρὸς τοῦτο τῆς τύχης κατήντησε καὶ νῦν ἀναγκάζεται ταῦτα δρᾶν.

Sed secretiora detexerunt scholiastae. Scil. nonnullius momenti ad personae mores naturamque recte cognoscendam et clare distinguendam sunt ceterarum fabulae personarum mores, ita ut quo diversiores sint personae, eo facilius cognoscatur a spectatoribus, quid cuiusque proprium sit. Quod praeceptum poetae observandum adhibitum est scholiis his: El. 328 ἐπίτηδες τοῖς ἀγρίοις ἤθεσιν ἀντιπαρατάττουσι πρᾷα καθάπερ νῦν τῇ Ἀντιγόνῃ τὴν Ἰσμήνην ἕνεκα τοῦ διαποικίλλειν ταῖς ἀντιρρήσεσι τὰ δράματα, cuius scholii verbis ἕνεκα κτλ. non

1) Vides non diligenter nos distinxisse, utrum ἦθος significetur verbis an πάθος.

tenemur, quippe quibus causa rei exhibeatur, cuius aliam causam nobis exhibere licet, quam modo exhibuimus; Don. Eun. 615. 1 ‚ea persona quaesita est, quae terribilem credat militem, ut eo magis in experiundo vacuus ac ridiculus esse possit', Ad. 447. 2 ‚illud sane admirandum, eiusmodi verba Hegionis induci, qualia esse debuerunt .. amici Demeae', 80 ‚ut asperior ostendatur Demea, etiam salutatur ab eo, quem obiurgaturus est', 174. 1 ‚convenienter poeta avidiorem maleficiendi inducit servum, cum supra (159) dominum invitum ostenderit cogi ad inferendam iniuriam', 981.3 ‚hoc egit Ter., ut conversis officiis usque adeo prodigum faceret Demeam, donec parciorem redderet Micionem', Eun. 230. 1 ‚*οἰκονομία*, qua ostenditur amaturus Chaerea, si quidem hanc Parmeno ipse miratur'.

Denique novum aliquid his scholiis comperimus: Ai. 864 *δεῖ καρτερόν τινα εἶναι τὸν ὑποκριτὴν* scil. Aiacis *ὡς ἄξαι τοὺς θεατὰς εἰς τὴν τοῦ Αἴαντος φαντασίαν*, Ai. 334 *δεῖ τὸν ὑποκρινόμενον τὸ τοῦ Αἴαντος πρόσωπον ἀπηνεστέρῳ χρήσασθαι τῷ φθέγματι καὶ κυνικώτερον βαΰζειν*, Phil. 226 *δεῖ αὐτὸν ἐξηγριωμένον εἰσφέρειν τῇ ὄψει καὶ τῷ σχήματι*, Soph. vit. sub. init. *φησὶν Ἴστρος* .. *αὐτὸν* sc. Sophoclem .. *πρὸς τὰς φύσεις αὐτῶν* sc. histrionum *γράψαι τὰ δράματα*, scil. ne corporis quidem habitum atque formam et quae eius generis sunt indigna putavisse poetam, quae diligenter observata adiuvent ad ethopoeiam et efficiant, ut certius ac facilius personarum mores perspiciant spectatores.

Addam liceat huic parti numerum quendam scholiorum bene notorum, quae quamvis non necessarium sit hic proponi, tamen ad totam rem melius intellegendam non inutilia videntur. Sunt enim scholia de poetarum ipsorum natura atque indole aliquid proponentia. Quae scholia ad hanc primam ethographiae partem pertinere statim vides. Ut enim ad verba cuiusdam personae recte intellegenda mores ipsi interdum debent adhiberi aut ut alterius personae mores certius intelleguntur alia persona in comparationem vocata, ita in universum fabulae personas rectius perspiciemus ipsius poetae persona eiusque indole atque consuetudine in quaestionem vocata, quamvis genera-

liter postulandum sit, ut nullo quasi auxilio insuper advocato e fabula ipsa possint intellegi fabularum personae. Quam sententiam nobis praebet schol. Prom. 177 *τοῦτο τῆς μεγαλοφυΐας Αἰσχύλου καὶ Προμηθέως ἄξιον, τὸ μετὰ τὴν λύσιν ποινὰς αἰτεῖν τὸν Δία*, in quo scholio breviter quidem sed satis clare id ipsum indicatum est, quae intercedat ratio inter poetae ipsius naturam atque proprietatem et personarum inductarum mores; quocum conveniunt Donatiana Ad. 855. 1 ‚adeo favet Ter. clementioribus atque mitissimis patribus, ut hunc quoque ducat ad sententiam Micionis‘, 995 ‚noluit Ter. ab amoribus filiorum perpetuo repulsum patrem‘, 707 ‚paene videtur huiusmodi patrem Ter. probare‘. Tamen hoc modo de disciplina aliquid probari non contenderim. Itaque porro scholia graviora enotare contentus ero non tam religiose distinguens inter singula, maiore an minore iure hic enotentur.

Et de Euripide quidem plurima exstant et plerumque vituperandi causa a scholiastis exhibita, scil. Eur. vit. sub fin. *ἔσκωπτε τὰς γυναῖκας διὰ τῶν ποιημάτων*, Hec. 923 *διασυρτικῶς γυναικῶν*, Tro. 1057 *τὸ κατὰ τῶν γυναικῶν μῖσος ἑαυτοῦ καὶ διὰ τούτων παρίστησιν ὁ Εὐριπίδης*, Hipp. 953 *τοιοῦτός ἐστιν ἀεὶ τὰ ἡρωϊκὰ πρόσωπα εἰσάγων φιλοσοφοῦντα*, Tro. 634 *οὐ στοχάζεται τῶν ὑποκειμένων προσώπων· καὶ γὰρ νῦν ἡ Ἀνδρομάχη τὰ αὐτὰ φιλοσοφεῖ ἅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἡ Κασάνδρα*, Phoen. 388 *οὐκ ἐν δέοντι δὲ γνωμολογεῖ τοιούτων κακῶν περιεστώτων τὴν πόλιν· τοιοῦτος δὲ πολλαχοῦ ὁ Εὐριπίδης*, Phoen. 1539 *ὅλως ἐν πᾶσιν ὁ Εὐριπίδης πτωχοποιός ἐστιν*, cf. schol. Ar. Ach. 411 Dind. *κωμῳδεῖ αὐτὸν ὡς πτωχοὺς καὶ ταπεινοὺς εἰσάγοντα τοὺς ἥρωας* (cf. 425), cf. Andr. 32 *ἐγκαλοῦσι τῷ Εὐριπίδῃ φάσκοντες ἐπὶ τραγικοῖς προσώποις κωμῳδίαν αὐτὸν διατεθεῖσθαι . γυναικῶν τε γὰρ ὑπονοίας κατ' ἀλλήλων καὶ ζήλους καὶ λοιδορίας καὶ ἄλλα ὅσα εἰς κωμῳδίαν συντελεῖ, ἐνταῦθα ἀπαξάπαντα τοῦτο τὸ δρᾶμα περιειληφέναι*, Dion. Halic. de vet. script. cens. II 11 p. 423 Reisk. (Usener. Dion. Hal. libr. de Imit. rell. p. 21 13) *Εὐριπίδῃ μέντοι τὸ ὅλον ἀληθὲς καὶ προσεχὲς τῷ βίῳ τῷ νῦν ἤρεσεν· ὅθεν τὸ πρέπον αὐτὸν καὶ κόσμιον πολλαχοῦ διέφυγεν, καὶ οὐχὶ τὰ γεννικὰ καὶ μεγαλοφυῆ τῶν*

προσώπων ἤθη καὶ πάθη κατώρθωσεν· εἰ δέ τι ἄσεμνον καὶ ἄνανδρον καὶ ταπεινὸν, σφόδρα ἰδεῖν ἐστιν αὐτὸν ἠκριβωκότα, Or. 128 *ἐφελκυστικός ἐστιν ἀεὶ μᾶλλον τῶν θεατῶν ὁ ποιητὴς, οὐ φροντίζων τῶν ἀκριβολογούντων*, Tro. 1 *ὅλος ἐπὶ τοῦ θεάτρου ὁ Εὐριπίδης*, An. 622 *διαλέγεται πρὸς τὸ θέατρον*, Med. 922 *ἐκφέρεται τῇ ὀχλικῇ φαντασίᾳ ποιήσας κλαίουσαν καὶ συμπάσχουσαν*, Phoen. 4 *εὐεπίφορος ὁ Εὐριπίδης, πρὸς τὸ εἰς ἕτερα πρόσωπα πρεσβύτερα τὴν τῶν δυστυχημάτων αἰτίαν ἀναφέρειν*, Hec. 254 *ἔστι τοιοῦτος ὁ Εὐριπίδης, περιάπτων τὰ καθ' ἑαυτὸν τοῖς ἥρωσιν*. Or. 640 annotatur *ὁ Εὐριπίδειος χαρακτήρ* [1]). — De Aeschylo haec invenimus: Aesch. vit. s. init. *μόνον ζηλοῖ τὸ βάρος περιτιθέναι τοῖς προσώποις, ἀρχαῖον εἶναι κρίνων τοῦτο τὸ μέρος, μεγαλοπρεπές τε καὶ ἡρωϊκὸν, τὸ δὲ πανοῦργον, κομψοπρεπές τε καὶ γνωμολογικόν ἀλλότριον τῆς τραγῳδίας ἡγούμενος*, Prom. 355 *οὐ μὴν ἐλεητὸς ὁ τοιοῦτος, ἀλλ' ὁ ποιητὴς φύσει τοῖς τεραστίοις ἐξαιρούμενος οὐ λεπτολογεῖται τὰ πράγματα*, deinde *ἐκ τῆς μουσικῆς ἱστορίας* conferas verba *εἰσάγει πρόσωπα μεγάλα καὶ ἀξιόχρεα*, Dion. Halic. l. c. p. 422 Rei. (p. 214 Us.) *ὁ δ' οὖν Αἰσχύλος πρῶτος ὑψηλός τε καὶ τῆς μεγαλοπρεπείας ἐχόμενος, καὶ ἠθῶν καὶ παθῶν τὸ πρέπον εἰδώς*, cf. Dion. Halic. de comp. verbb. c. 22 *κατὰ πάθος λέγεται μᾶλλον ἢ κατὰ ἦθος*. De Sophocle haec exstant: vit. sub. fin. *ἀφ' ἑκάστου τὸ λαμπρὸν ἀπανθίζει*, El. 831 *τελέως ἀμηχανεῖ ὁ Σοφοκλῆς εἰς τοὺς θεοὺς βλασφημῶν (καὶ γὰρ εἷς ἦν τῶν θεοσεβεστάτων)*, quod adhibuit scholiasta ut Electrae mores rectius intellegamus, cf. Prom. 177, amoveaturque suspicio *τοῦ ἀπρεποῦς*. Dion. Hal. de vet. script. cens. II 11 p. 423 Rei. (p. 211 Us.) *Σοφοκλῆς δὲ ἐν τοῖς ⟨ἤθεσι καὶ τοῖς⟩* [2]) *πάθεσι διήνεγκεν τὸ τῶν προσώπων ἀξίωμα τηρῶν*. Nec velim omiseris schol. Ai. 520 et contra Hec. 825.

Via ethopoeiae instituendae percursa [3]) ad ipsam ethopoeiam pervenimus.

1) Semper sane conferendus Schwartzii editionis Index Analyticus.

2) Sic Us. recte.

3) Quod in universum pertinet ad verborum in fabulis vim, conferas velim ss. Don. Eun. 379. 1, 549. 1, Hec. 495. 2, An. 721. 1, praecipue Ph. 63. 1, Or. 168, O. C. 1437.

II
De oeconomia.

Poeta cum certam fabulam componat, in qua scil. certa quaedam facta accidant certaque denique *καταστροφή* eveniat, sic res ac personas instituere debet, ut quasi sua sponte nec certo consilio extrinsecus adhibito omnia accidere personaeque non poetae quasi imperio sed suo ipsorum arbitrio atque voluntati obsequi videantur. Quomodo si opportune atque convenienter egerit poeta, *οἰκονομικῶς* egerit (quod vocabulum optime electum persaepe invenimus, quo nobismet ipsis uti liceat). *Οἰκονομικῶς* igitur agit poeta aut rebus aut personis respectis, quorum alterum ad nos pertinet [1]). Tamen de rebus quae sunt scholia raro quidem etiam hic adhibebuntur, ubi usui esse videbuntur ad ethographiam melius cognoscendam [2]). Praecipue autem hoc loco quaerimus, quomodo personarum mores ad fabulam procedentem pertineant. *Οἰκονομικῶς* scil. e. g. Medeam liberos necantem inducet poeta, si omnino asperam atque duram inducet, sin aliter per se ipsam teneram atque placidam inducet, *ἀνοικονομήτως* aget, tamen non malam fortasse fabulam efficiet. Sed assequetur propositum nimis longa via nec directa regione procedens. Eodem modo

---

1) De qua differentia ut certior fias, conferas e. g. s. Don. Ad. 541. 1, in quo a poeta oeconomice institutum esse monetur quod mercennarius ille Demeae affert nuntium de Ctesiphone, quo fit, ut non relinquat urbem Demea neque absit, cum sit necessarius in scaena, sed recte et plane procedat fabula. Tamen ad hanc rem non pertinent aut mercennarii aut Demeae natura atque mores. Quae sententia, scil. esse distinguenda duo oeconomiae genera, probari videtur e. g. schol. O. C. 551 *χρηστὸς ὁ Θησεὺς τὸ ἦθος εἰσάγεται καὶ ἔχει καὶ ἐπὶ τοῦτο τῆς οἰκονομίας δεξιώτατα.*

2) Ceterum omnino cavendum est, ne hanc in partem clam irrepant res ad alias artis poeticae partes pertinentes, e. g. quomodo debeant institui personarum *ἔξοδοι* vel *εἴσοδοι*, chororum *πάροδοι*, quae intercedat ratio inter *χορικά* et personarum actionem, quid sit dicendum *περὶ εὑρημάτων* et quae eius generis sunt. Quae omnia quamvis qui absolvere velit totam de arte poetica quaestionem non debeat neglegere, hoc loco, ne obruatur certa via, relinqui debent.

Hippolyti fabulam compositurus aut non inducet libidinosum Hippolytum et tardam hebetemque Phaedram aut non bene officio fungetur. Diligenter igitur perpendere debet poeta, quid in personis utile sit futurum ad consilium assequendum, et secundum hoc personarum mores prout libet instituere[1]). Quam de poetae quasi potestate sententiam clarissime exposuerunt scholiastae in his scholiis: Eun. 965 ‚totum hoc ad it additum, ut senex intromittatur ad confirmandas nuptias . sed poeta hoc agit, personae nesciunt', 997 ‚suave est nescire personas quid agat poeta: ita non periclitaturus Parmeno', 1002. 1 ‚Pythias egreditur velut irrisura Parmenonem ut ipsa putat; egredi autem a poeta cogitur, ut doceat populum etc.', Ad. 552. 1 ‚id agit stulte adulescens, ut ibi deprehendatur, ubi conclusus est; sed sic ipse agit, ut possit subterfugere non deprehensus conspectum patris', cf. 560. 1, O. R. 710 *εὖ τὸ ἅμα παρακαλοῦσαν ἐκτίθεσθαι τὰ εἰς τὴν ὑπόνοιαν αὐτὸν ἐμβαλοῦντα*, 1177 *παρατηρητέον ὅτι τὸν γέροντα μετεπέμψατο ἐπὶ τὸ ἀνακρῖναι τὸν φόνον τοῦ Λαΐου καὶ προβληθέντος ἑτέρου τινὸς ἐπὶ τὸ ἀναγκαιότερον τρέπεται*. Quorum scholiorum praecipue Donatiana propria utuntur locutione, qua verisimile fit artis praecepta de eo exstitisse, quomodo poetae personas suo consilio dirigant.

Quibus scholiis cognata sunt, quippe in quibus et ipsis de poetae quasi potestate agatur, scholia quae sunt de tragicorum quae dicitur ironia tragica. Quae quamquam fortasse hic omitti males, tamen enotabo, cum sententiam tractandam optime illustrent. Sunt autem haec: O. R. 137 *πεπλαγίασται πάλιν ὁ λόγος καὶ τὴν ἀλήθειαν αἰνίττεται τῷ θεάτρῳ, ὅτι αὐτὸς δράσας τὸν φόνον ὁ Οἰδίπους καὶ ἑαυτὸν τιμωρήσεται*, 132 *ἴσως λεληθότως καὶ τὸ ἕτερον ἔγκειται ἐν τῷ ‚ἐγὼ φανῶ', ὅπερ οὔ φησι μὲν ὁ Οἰδίπους, μανθάνει δὲ ὁ ἀκροατής, ἐπεὶ τὸ πᾶν ἐν αὐτῷ φανήσεται*. 236 *πολὺν ἔλεον ἐργάζεται ὁ λόγος ὅτι κατηγορεῖ ἑαυτοῦ ἀγνοῶν*, 251 *ἀγνοῶν ἐπαρᾶται ἑαυτῷ . . διὸ καὶ περιπαθέστερον γίνεται*

1) Quomodo tamen constringatur poeta postea videbimus.

ὁ λόγος, cf. etiam Or. 352 *δι' ὧν δοκεῖ αὐτὸν ἐπαινεῖν, διὰ τούτων λυπεῖ ἀναμιμνήσκουσα τῶν ἀπολομένων ἐν τῇ Τροίᾳ*, cf. etiam propter locutionem Ai. 687 *τὰ μὲν τῆς ἀναιρέσεως δῆλα τῷ θεατῇ, ἀγνοεῖ δὲ ὁ χορός.*

Ironiam autem comicam fere dicere possumus enarrari his scholiis: Ad. 560. 1 ,mire Ter. eos ipsos qui falluntur ex aliqua parte cautos fecit etc.', An. 412. 1 ,vide quam mire, cum omnes consulto consilio sibi agere videantur, omnes tamen rerum exitu inopinato ludificentur'.

Sed ut vere oeconomicus possit appellari poeta, non solum necesse est, ut secundum certum consilium recte derigat personas, sed etiam operam dare debet, ne animadvertant spectatores aut derigi personas aut certo consilio fieri facta. Debet enim observare legem quandam his scholiis bene expositam: Eun. 292. 1 ,in hac scaena novus amor adhuc ephebi et consilium dehonestandae virginis ostenditur tanta virtute poetae comici, ut hoc commentum non quaesitum esse sed occurrisse sua sponte videatur', 364 ,vide id agere Terentium, ut non quaesita esse haec fallacia, sed ipsa se obtulisse videatur', 356. 3 ,vide quam molliter et sine intellectu spectatoris ad argumenti spectati ordinem poeta perveniat, ut de eunucho facta mentione consilium nascatur supponendi Chaereae', 370. 1 ,vide quam molli descensu ad hoc consilium pervenitur; res enim hoc suggerit potius quam Parmeno etc.', 365. 2, An. 459. 1 ,et quaedam industria, quaedam velut casu eveniunt ..; in multis enim *οἰκονομία* comicorum poetarum ita se habet, ut casu putet spectator venisse, quod consilio scriptoris factum sit', O. R. 1177 (p. 41 exscriptum), cuius scholii verbo *τρέπεται* similis subest imago quae Donatianis et magis propriis 'molli descensu pervenire'. Paulatim igitur et gradatim debet procedere fabula paulatim orientibus et quasi crescentibus consiliis; facta haud aliter subito et quasi extrinsecus induci non debent. Omnino autem quamvis libere personae agere videantur, tamen certo consilio derigantur a poeta et invicem quamvis certo consilio a poeta derigantur,

tamen sui quaeque iudicii esse persona videatur. Sic nomen poetae oeconomici meritus erit poeta.

Rebus magis generalibus absolutis singulas inspiciamus ac primum quaeramus, quonam quod ad personas pertinet modo finem destinatum debeat assequi poeta. Imprimis enim certus finis exstat fabulae, quem poeta comicus ipse sibi statuit, poetae tragico ἡ ἱστορία destinat. Qua re respecta inter scholia tragica duo scholia invenimus, quae maximo sunt momento ad totam artem dramaticam perspiciendam, scil. Phoen. 584 ἐν τούτοις Ἰοκάστη οὐδὲ συμβεβούλευκε τοῖς παισὶ κοινωφελὲς, ἀλλὰ τῷ μὲν λέγει· εἰς τί φιλοτιμῇ τυραννεῖν, τῷ δὲ· εἰς τί πολεμεῖς τὴν πατρίδα· ἐχρῆν δὲ τοῦτο συμβουλεῦσαι, διελομένους τὰ πατρῷα καὶ τὴν βασιλείαν παύσασθαι τῆς διχοστασίας, ὥσπερ ὑπέστησαν ἐξ ἀρχῆς ἀνὰ μέρος ἄρχειν· καὶ γὰρ ἐπὶ τῷ ποιητῇ ἦν ποιῆσαι αὐτοὺς μὴ πειθομένους, ὅπως τὰ τῆς ἱστορίας μένῃ βέβαια· εἵμαρτο γὰρ αὐτοὺς ἀλληλοκτόνους γενομένους κατὰ τὰς ἀρὰς τοῦ πατρὸς ἀποθανεῖν. νῦν δὲ οὐδὲν τούτων πεποίηκεν et El. 445, quo locus Sophocleus cum Homerico comparatur et monetur Sophoclem Homerum esse secutum: οὐ δεῖ δὲ διαφωνίαν δοκεῖν εἶναι πρὸς Ὅμηρον, ἐπεί φησιν ἐκεῖνος (δ 535), ‚δειπνίσσας ὥς τις τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ'. ἤρκει γὰρ τὰ ὅλα συμφωνεῖν τῷ πράγματι· τὰ γὰρ κατὰ μέρος ἐξουσίαν ἔχει ἕκαστος ὡς βούλεται πραγματεύσασθαι, εἰ μὴ τὸ πᾶν βλάπτῃ τῆς ὑποθέσεως, cum quibus conferri potest Euanth. de fab. IV 2 ‚inter tragoediam autem et comoediam cum multa tum imprimis hoc distat, quod ... omnis comoedia de fictis est argumentis, tragoedia saepe de historia fide petitur'. Ad finem igitur a historia destinatum utique pervenire debet poeta tragicus. Quem respiciens personarum mores ita instituere debet, ut e natura personarum id factum fiat vel fieri videatur, quod quasi ab historia impositum est poetae. Operam sane hac in re dare debet, ut personae sint veri homines, de qua lege infra amplius disputandum erit. Tamen quod ad singulas res pertinet,

quali scil. via finem assequatur, id secundum arbitrium licet instituere poetae, dummodo perveniat ad finem [1]).

De comico poeta sane talia praecepta non data sunt. Non enim ex historiae materia fabulas sibi sumit, sed materiam ipse sibi praeparat, ita ut consentaneum sit eum simul de fabulae argumento et de personis cogitare atque argumentum ad personas aptum facere et invicem. Conferendus locus Euanth. IV 2 modo exscriptus.

Deinde singillatim de choro tragico oeconomice instituendo subtiliter disputatum est scholiis his: Ai. 134 *πιθανῶς αὐτῷ ὁ χορὸς ἐσκεύασται ἀπὸ Σαλαμινίων ἀνδρῶν τοῦτο μὲν παρρησιαζομένων ὡς ἐλευθέρων, τοῦτο δὲ συμπαθῶς ἐχόντων ὡς πολιτῶν καὶ αἰδημόνως λαλούντων ὡς ὑπηκόων· οὐ γὰρ πιθανὸν ἐξ Ἀχαιῶν εἰσάγειν καὶ διὰ τὸ μὴ συνάχθεσθαι καὶ διὰ τὸ μὴ προσκρούειν τῷ βασιλεῖ, τὸ δὲ τῶν αἰχμαλώτων κηδεμονικὸν μὲν, ὡς Αἰσχύλος ἐν Θρήσσαις, οὐ μὴν εὐπρόσωπον· ὅρα γὰρ οἷον αἰχμαλώτους ἐπιτιμᾶν τῷ Μενελάῳ*, Phoen. 202 *ἔδει δὲ, φασὶν, ἀπὸ πολιτίδων ἢ συγγενίδων τῆς Ἰοκάστης τὸν χορὸν εἶναι, οἵτινες ἔμελλον παραμυθήσασθαι αὐτὴν ἐπὶ τοῖς συμβᾶσιν· ἐπίτηδες δὲ οὐκ εἰσιν ἐγχώριαι αἱ ἀπὸ τοῦ χοροῦ, ἀλλὰ ξέναι καὶ ἱερόδουλοι, ὅπως ἐν τοῖς ἑξῆς ἀδεῶς ἀντιλέγοιεν πρὸς τὴν Ἐτεοκλέους ἀδικίαν* (526) *‚οὐκ εὖ λέγειν χρὴ μὴ ἐπὶ τοῖς ἔργοις καλοῖς'· ἀεὶ γὰρ ὁ χορὸς παρρησιαζόμενος τοῦ δικαίου προΐσταται. πῶς οὖν ἔμελλον τὸν βασιλέα ἐλέγχειν, εἰ ὑπ' αὐτοῦ ἐβασιλεύοντο.* Quibus scholiis exquisitis scholiastae poetae quasi officinam nobis aperiunt, ut videamus, quanta diligentia omnes res debeant in quaestionem vocari atque praeparari, ut singulas fabulae partes et praecipue mores personarum ita instituantur, ut aptae sint ad ceteras totaque res sit *πιθανή*.

Quod non minus clare et subtiliter enarraverunt scholiastae in eis scholiis, quibus de fabulae argumenti expositione a poeta spectatoribus proponenda egerunt. De qua re paulo longior esse debeo. Pertinet enim praecipue haec expositio ad poetae virtutem personas oeconomice

1) Non recta et plana via finem assecutum esse Euripidem Didymus censuit s. Andr. 885, cf. etiam Hec. 241.

fingendas. Scil. cum fabula iam procedit et iam fundamentum quasi iactum est, non ita difficile est assequi, ut *πιθανῶς* et secundum naturam humanam se gerant atque loquantur personae et tamen poetae proposito satisfaciant idque eo modo, ut spectatores ne sentiant quidem ad certum propositum rem tendere; sed valde difficile est, cum in initio fabulae est necesse, ut omnium rerum fundamentum iaciatur, scil. doceantur spectatores, quae facta fabulae argumentum antecesserint, quae et quales personae antea egerint, quae nunc acturae sint, de qua re omnino agatur etc., neque id narrando sed e personarum moribus agendo. Et de hac argumenti expositione e personarum moribus efficienda [1]) optimas observationes praebent scholia [2]): Ant. 155 *παρατήρει ὅτι πάντῃ ἐπιμελῶς διαγίνεται δηλῶν ἡμῖν τὰ πράγματα ὁ ποιητής, ὥστε ἐσπάρθαι μὲν αὐτὰ καὶ παρακεῖσθαι ἑτέροις προσώποις, πάντα δὲ δηλοῦσθαι*, An. praef. II 2 ‚scire debemus hanc esse virtutem poeticam, ut a novissimis argumenti rebus incipiens initium fabulae et originem narrative reddat spectatoribus'; — Tro. 36 *ἄμεινον ἦν ἀπὸ τῶν πραγμάτων παρεισάγεσθαι, ὀδυρομένην τὰ παρόντα. οὕτως γὰρ ἂν ἡ τραγῳδία τὸ πάθος εἶχε, νῦν δὲ ψυχρῶς τῷ θεάτρῳ προσδιαλέγεται*, Eum. 47 *ἡ πρόφητις . . . ἀπροόπτως ἰδοῦσα τὰς Ἐριννύας κύκλῳ τοῦ Ὀρέστου καθευδούσας πάντα μηνύει τοῖς θεαταῖς, οὐχ ὡς διηγουμένη τὰ ὑπὸ τὴν σκηνὴν (τοῦτο γὰρ νεωτερικὸν Εὐριπίδειον), ὑπὸ δὲ τῆς ἐκπλήξεως τὰ θορυβήσαντα αὐτὴν καταμηνύουσα φιλοτέχνως*, Don. Hec. 97. 1 ‚ad argumentum nunc descendit ut in Phormione (57) „sed quid tu es tristis?“, praelatis scilicet allocutionibus

1) Rei melius cognoscendae causa pauca scholia non proprie ad mores sed e. g. ad actionem pertinentia adhibere licebit.

2) Trendelenburgi collectio, in qua fere omnia huius generis scholia Graeca quidem invenies, nobis non multum prodest, cum neglexerit Tr. distinguere quae ad mores pertinent scholia ab eis, in quibus generaliter singulae quaeque argumenti partes a poeta spectatoribus expositae enotatae sunt. Tamen ea scholia quae ad mores spectant longe gravissima sunt ad poetae artem cognoscendam. Quare scholia iterum exscribam.

et separatarum et permixtarum personarum, ne ieiune ad argumentum venire et non agere fabulam sed narrare videatur', Ph. 57. 3 ,descensus ad argumentum ab eo sermone, qui extrinsecus a poeta informatus est, ne nuda appareret σύνθεσις comoediae', An. 28. 1. 2 ,in hac scaena haec virtus est, ut in argumenti narratione actio scaenica videatur, ut sine fastidio longus sermo sit ac senilis oratio', ,haec scaena pro argumenti narratione proponitur, in qua fundamenta fabulae iaciuntur, ut virtute poetae, sine officio prologi vel θεῶν ἀπὸ μηχανῆς, et periocham comoediae populus teneat et agi res magis quam narrari videantur', El. 253 τὸ ,σὺ νίκα' πάνυ ἀναγκαίως, ἵν' ἀφορμὴ γένηται μακρὰν ἐκτεῖναι ῥῆσιν τὴν Ἠλέκτραν, ἐν ᾗ πάντα τὰ καθ' ἑαυτὴν παραλήψεται, El. 86 . . ἐπεὶ δὲ ἄηθές ἐστιν πρὸς τοὺς θεατὰς ἢ πρὸς ἑαυτὴν ταῦτα διαλέγεσθαι, ὡς ἀπομεμφομένη τοῖς θεοῖς ἢ μάρτυρας τῶν θρήνων καλοῦσα πρὸς τὰ στοιχεῖα ποιεῖται τὸν λόγον καὶ οὕτως ἡμῖν δηλωθήσεται ὅπως διέκειτο ἐπὶ τῷ συμβάντι κατὰ τὸν πατέρα, Hipp. 215 ἐπαναβέβηκεν ὁ λόγος ἐπὶ τὸ μανικώτερον ἅμα τῷ πάθει, ὡς λοιπὸν σαφέστερον δηλοῦσθαι τὸν ἔρωτα, Prom. 193 τὴν ὑπόθεσιν βουλόμενος διδάξαι τὸ περίεργον τοῦ γυναικώδους ἤθους προσέλαβεν. οὐκ ἂν γὰρ ὁ Ὠκεανὸς ἠξίωσεν ἐρωτῆσαι εἰδώς. Nominatim autem de prologi Graeci tragici ratione atque oeconomia actum est schol. Ai. ὑποθ. δαιμονίως εἰςφέρει προλογίζουσαν τὴν Ἀθηνᾶν· ἀπίθανον γὰρ τὸν Αἴαντα προϊόντα εἰπεῖν περὶ τῶν αὐτῷ πεπραγμένων, ὥσπερ ἐξελέγχοντα ἑαυτόν. οὐδὲ μὴν ἕτερός τις ἠπίστατο τὰ τοιαῦτα, ἐν ἀπορρήτῳ καὶ νυκτὸς τοῦ Αἴαντος δράσαντος. θεοῦ οὖν ἦν τὸ τοιοῦτον διασαφῆσαι καὶ Ἀθηνᾶς προκηδομένης τοῦ Ὀδυσσέως, ad quod addendum Phil. 1 καὶ παρὰ τούτῳ προλογίζει Ὀδυσσεὺς καθὰ καὶ παρ' Εὐριπίδῃ, ἐκεῖνο μέντοι διαφέρει παρ' ὅσον ὁ μὲν Εὐριπίδης πάντα τῷ Ὀδυσσεῖ περιτίθησιν, οὗτος δὲ τὸν Νεοπτόλεμον παρεισάγων διὰ τούτου οἰκονομεῖται, cf. Phoen. 88 τὰ τῆς Ἰοκάστης id est prologus παρελκόμενά εἰσι καὶ ἕνεκα

τοῦ θεάτρου ἐκτέταται. Huc trahendum etiam schol. Don. An. 28. 2 modo exscriptum. Quibus scholiis omnibus exquisitis [1]) comperimus et qua ratione poeta debeat eligere personas argumentum exposituras et quomodo debeat has personas quasi praeparare, ut quam optime hoc officio fungantur. Ad personarum enim mores praecipue spectare hanc poetae artis partem probatur imprimis schol. Prom. 193, ubi insuper ipsa vox ἦθος exstat, quam iterum invenimus schol. El. 86. Et disciplinam quidem de his rebus exstitisse statim tibi e scholiis manifestum factum erit, quam Graeca et Latina scholia iuxta prae se ferant. Scil. aliis omissis animadvertas quaeso vocabula valde propria ieiune ad argumentum venire vel nuda apparet σύνθεσις comoediae et ψυχρῶς τῷ θεάτρῳ προσδιαλέγεσθαι, et videbis translatione et ea quidem eleganter et apte electa [2]) usos esse grammaticos ad disciplinam eo certius significandam. Hae autem translationes et imagines Graecam esse disciplinam demonstrant. Sed de hac re hic nobis longioribus esse non licet [3]).

Denique illa scholiorum copia proponenda est, quae est de oeconomia fabula in scaena progrediente in personis

---

1) Necessarium autem erat de prologis scholia modo enotata prius omnia coniungi, quam apparere potuit grammaticos recte monuisse poetam artem personarum mores instituendi ac praeparandi ipsam eo demonstrare, ut οἰκονομικῶς per prologum exponeret fabulae argumentum. Nam ne unum quidem scholion totam exhibet sententiam. Qua sententia cognita etiam schol. Med. 1 ἐπαινεῖται ἡ εἰσβολὴ διὰ τὸ παθητικῶς ἄγαν ἔχειν κτλ. aliquando similia de expositionis arte exhibuisse, quae hodie amissa sint, conicies.

2) Ab homine scil. sumpta est translatio.

3) De argumenti expositione sententia completur scholio Ph. 311. 1, cf. Ph. 66, in quo recte distinxit scholiasta ea, quae ad fabulam ipsam in scaena agendam pertineant et diligenter a poeta componenda et spectatoribus ut fabulam intellegant per expositionem proponenda sint, ab eis, quae fundamento quidem fabulae iaciendo usui, progressu autem respecto minimi momenti sint, ita ut nec nimis religiose ea a poeta excogitari nec spectatoribus nimis ample proponi necesse sit. Sed haec ad ethographiam non pertinent.

adhibita vel adhibenda. Quibus e scholiis praecipue artis vocabula emergunt, e quibus paene restitui possit disciplina. Hanc autem puram putam Graecam esse scholiis collatis quivis videbit, cum vocabula aut sint ipsa Graeca aut Graeca Latine versa. Scholia haec sunt: Ph. 83.2 ‚magna praeparatio ad rerum difficultatem imminentium: puella citharistria, avarus leno, amator perditus, inopia', 69.4 ‚necessaria est ad fabulae *περίστασιν* avaritia Demiphonis, ut maiore periculo illo absente duxerit filius indotatam', 70.1 ‚bona praeparatio, qua et dives et avarus describitur Demipho, ut indotatas nuptias filii ferre non possit', 120.2 ‚ordine Ter. prius insinuavit personam senis, ut graviora fierent, quae dirimebant nuptias', Ad. 281.1 ‚ex argumento est ostendere, quantum timeat Ctesipho saevum patrem', 539.1 ‚magna virtute Ter. rudem simplicem timidumque inducit Ctesiphonem ab initio, ut is sit, qui mox opprimetur cum meretrice accumbens interventu patris ob imprudentiam et rusticitatem suam', 380.3, An. 64.2 ‚talem esse Pamphilum adiuvat argumentum fabulae, simul et Charinum', Eun. 446.1 (schol. subtile) ‚hic versiculus personam militis et Gnathonis continens pro oeconomia inducitur, qua verisimile fit facile militem ferre posse anteponi sibi Phaedriam, qui se semper intellexerit non amari. nam si hoc tollas, aut excludendus est Phaedria aut ex dolore militis in hac fabula fit exitus tragicus'[1]), O. C. 551 *χρηστὸς ὁ Θησεὺς τὸ ἦθος εἰσάγεται. καὶ ἔχει καὶ ἐπὶ τοῦτο τῆς οἰκονομίας δεξιώτατα.* — O. R. 378 *πεποίηκε τὸν Οἰδίποδα ὑπονοεῖν ἐξ ὑποβολῆς Κρέοντος ταῦτα εἰρῆσθαι, ἵνα ζητοῦντος αὐτοῦ ἀφορμήν εὔλογον ἔχῃ τὰ λοιπὰ τοῦ δράματος,* O. R. 287 *τὸ ‚Κρέοντος εἰπόντος' πιθανὸν εἰς τὰ ἑξῆς, ἵνα ἡ ὑπόνοια αὐτοῦ πίστιν ἔχοι, τὸ πεπεισμένον ὑπὸ τοῦ Κρέοντος τὸν Τειρεσίαν μαντεύεσθαι κατὰ τοῦ Οἰδίποδος τὰ ψευδῆ,* O. R. 354 *εἰκότως ἀπιστεῖται ὡς δι' ὀργὴν εἰρηκὼς, εἰ δὲ ἐπιστεύθη κατ' ἀρχὴν ὁ μάντις τὰ ἑξῆς*

1) Infra de hoc scholio pauca addentur.

τοῦ δράματος ἀνήρητο κτλ., El. 818 τοῦτο οἰκονομικῶς. εἰ γὰρ ἀπορήσασα ἐπὶ τοῖς ἠγγελμένοις ἀπέκτεινεν ἑαυτὴν διελύετο ἂν ἡ ὑπόθεσις, Ai. 462 δαιμονίως ἀνθυπάγει αὐτῷ τὰ τῆς ἀπαλλαγῆς καὶ τοῦτο ἀναλύει, ἵνα μὴ λυθῇ ἡ ὑπόθεσις, El. 1174 ἀναγκαῖον ἐμφανισθῆναι τὸν Ὀρέστην. διεφθάρη γὰρ τὸ συνεκτικὸν τῆς ὑποθέσεως σιωπῶντος αὐτοῦ, O. R. 680 πιθανῶς μετὰ τὸ διηλλάχθαι αὐτοὺς ἐπιζητεῖ τὴν αἰτίαν, ἅμα δὲ καὶ ἵνα ἀρχὴ γένηται τοῦ ἀναγνωρισμοῦ, Ai. 1043 πιθανῶς, ὅτι οὐ συμπαθήσων πάρεστιν. οὐκ ἀργῶς δὲ τοῦτο, ἀλλ' ὥσπερ προπαρασκευάζων τὸν Τεῦκρον, Med. 922 ἔδει αὐτὴν μηδὲ κλαίουσαν εἰσάγεσθαι . . . καὶ συμπάσχουσαν. ἀπιθάνως γὰρ τὴν τοιαύτην διαχειριζομένην τὰ τέκνα εἰσάγει, cf. etiam Phoen. 549, Phoen. 40 (est prologi scholion) καλῶς ἑτέρῳ ἕτερον περίκειται φρύαγμα (καλῶς hic idem valet atque οἰκονομικῶς), Ai. 1316 ἵνα μὴ εἴη αὐτῶν εἰς μακρὰν ἡ φιλονεικία, διαλλακτὴν εἰσήνεγκεν τὸν Ὀδυσσέα. τοιοῦτον γὰρ ὁ καιρὸς ἐζήτει· εἰσῆκται δὲ Ὀδυσσεὺς ὡς σοφὸς καὶ ἀμνησίκακος (διαλλακτὴν sane non potuisset agere Ulixes, nisi σοφός καὶ ἀμνησίκακος esset inductus a poeta), An. 533. 5 ,placabilis et lenis amicus per totam fabulam inducitur Chremes, ut cognitioni ad ultimum interesse possit', An. 901. 1, Ph. 156. 3, Eun. 849. 4, Hec. 488. 2 ,amoris impulsu nimius hic est circa uxorem et quasi oblitus et suae matris et vitiatae loquitur. sed tali opus est Pamphilo ad huiusmodi argumentum, donec perveniat ad καταστροφήν, in qua uxorem reduci necesse est', 361. 1 ,.. tota oratio Pamphili ad argumentum spectans amatoria magis quam maritalis est: nam aliter non perveniretur ad ultimam cognitionem omnium rerum, nisi adulescens furtivum conceptum uxoris et partum aliquanto lenius, quam coniugalis dolor expetit, toleravisset', 405. 1, An. 172. 2, Ph. 309. 1, Hec. 238. 1, 327. 1, 328, 339. 3, Eun. 941, Ph. 183. 1, [1]) Ad. 763. 2, 543. 3, Eun. 498. 2 ,hinc ut

1) Conferas quaeso e. g. scholl. Ph. 83. 2, 69. 4, 204. 1, 156. 3, 183. 1, ut videas, quanta iudicii subtilitate et quanto ingenii acumine fabulae contextum scholiasta et dispexerit et dissolverit atque expla-

apparet fit amicior; ideo facilius ab amica quam a parasito separabitur', 1025. 4, 546. 1 ,vide an longam narrationem possit audire, qui nondum amico narrante iam pendeat' [1]), Androm. 229 *π α ρ ὰ τ ὰ π ρ ό σ ω π α κ α ὶ τ ο ὺ ς κ α ι ρ ο ὺ ς τ α ῦ τ α. πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν εἰς ὀργὴν καταστῆσαι τὴν Ἑρμιόνην κατὰ τῆς μητρὸς δυσφημοῦσα*, 362, Don. Ad. 419. 1 ,prope delinitus erat Demea c o n t r a i n s t i t u t i o n e m a r g u m e n t i. artificiose igitur poeta subiecit ex persona servi, unde illum ad amaritudinem provocet', Or. 97 cf. Hec. 825, Phoen. 507, **Med. 324, 900,** O. R. 447 *ἐνταῦθα παρρησιαστικώτερον ὅλον τὸ πρᾶγμα παραινίττεται ἀμφοτέρων τ ο ῦ π ο ι η τ ο ῦ σ τ ο χ α σ α μ έ ν ο υ, τ ο ῦ τ ε τ ῷ δ ρ ά μ α τ ι σ υ μ φ έ ρ ο ν τ ο ς, ὅ π ω ς μ ὴ ἀ ν α κ α λ ύ π τ η τ α ι ἡ ὑ π ό θ ε σ ι ς (διὸ αἰνιγματωδῶς πάντα φησὶν), τ ο ῦ τ ε τ ῷ π ρ ο σ ώ π ῳ π ρ έ π ο ν τ ο ς. ἔδει γὰρ εἰπεῖν τὸν μάντιν τὰ μετ' ὀλίγον φανησόμενα.* A quo scholiorum genere separari oportet hoc, quod continet scholia, quibus explicatur, quemadmodum ut praevideant quae secutura sint spectatores e personis efficiat poeta. Ad quam rem iam spectat schol. Ad. 26. 1 ad partem I exhibitum, ubi agitur de personarum comicarum nominibus ipsis oeconomice instituendis, ita scil. ut nomina congruant cum ,officiis', quod non admodum diversum est ab eo quod est ,moribus', et spectatores praeparentur ad intellegendos personae mores. Praecipue autem haec scholia adhibenda: Ad. 265. 1 ,mire Aeschinus servat adversus lenonem superbiam, qua ostenditur tanto esse alienior animo ab amoribus meretricis, quanto audacior in lenonem' [2]), 356 ,*οἰκονομία*, in qua ostenditur, quantum commovebitur Demea ipsa re comperta, cum ex parva rei suspicione tantum se afficiat', 445, 451, 196. 1, 290. 1 ,vide p r a e p a r a t i o n e m doloris:

---

naverit, ita ut hodie nemo melius facere possit. Sed talia hic non latius debemus persequi.

1) Ceterum Antiphonis persona nullo alio in fabula officio fungitur, quam ut Chaereae audiat narrationem, quare hanc personam praecipue *οἰκονομικῶς* debuit instituere poeta proprio consilio respecto. Praeterea haec persona Terenti propria est neque erat apud Menandrum.

2) ad rem conferas Ad. 282. 2.

nihil mali adhuc secutum est et iam sic perturbatur Sostrata' cf. 308. 3, 441. 2 ‚magna οἰκονομίᾳ senex laudatur, ut postulationi eius statim adsit fides', Eun. 971. 2 ‚formatur status mentis trepidantis senis, ut appareat, quam inopinato malo amens fieri possit', 436, 505. 1, cf. etiam 716. 2, 224. 2, 230. 1 ‚οἰκονομία, qua ostenditur amaturus Chaerea, siquidem hanc Parmeno ipse miratur', 434, 440. 2 ‚hic magna οἰκονομία est, qua Ter. praeparat, quemadmodum iurgium inter Thaidem militemque et Gnathonem per duas partes serpat fabulae', 501, 719 ‚hic iam προοικονομία ad futurum exitum fabulae est; nam dum se ulciscitur Pythias, fit indicium patri Chaereae et confirmantur nuptiae', 495. 1 ‚vide προπαρασκευὴν futurae litis inter Thaidem et militem', 620, 231. 2 ‚iam praeparatio est ad deducendum Chaeream quam deformem Eunuchum', Ph. 304. 2 ‚hic iam praestruitur, quam facile triginta minas perditurus sit Demipho, dum illam vult excludere', Eun. 298. 2, cf. 374. 4, 359. 2, 624. 2, Ph. 238. 2 ‚vide praeparationem futurae defensionis; quam nisi hoc modo Ter. intulisset, incredibile videretur subito sedatum senem', Eun. 996, Ph. 236, 253, 262. 1, An. 955. 3, Ph. 153. 3 ‚inducitur rerum imminentium praestructio, in qua sit audax locutor Phaedria, ut qui defensor futurus sit, timidus Antipho, ut qui fugiturus sit'.

Usque igitur adhuc haec didicimus: primum debet poeta singula quaeque in fabula facta dicta consilia e personis constituere id est cuivis facto dicto consilio debet respondere certa quaedam alicuius personae morum pars vel quamlibet propositi partem assequi debet poeta aliqua alicuius personae morum parte quasi nisus. Deinde e personis debet poeta praeparare quae futura sint, id est mores ita instituere, ut initio iam divinent spectatores, quomodo progressura sit fabula, cum perspiciant, quid velint nolintve personae agentes et quo modo eas certis quibusdam rebus affectum iri verisimile sit. Ars igitur poetae est, ut non subitis factis opprimat spectatores, quod stupidis et ineptis ut obscurum videtur magnum, sed omnia aperte

proponat et quomodo gradatim fabulam ad finem perducat diligenter ostendat.

Antequam pergamus, graviora quae ad hanc artis partem significandam usurpaverunt vocabula scholiastae breviter enumerari oportet haec: praeparatio ad rerum difficultatem imminentium, necessarium ad fabulae *περίστασιν*, ex argumento est, adiuvat argumentum fabulae, oeconomia qua verisimile fit, *ἀφορμὴν εὔλογον ἔχει τὰ λοιπὰ τοῦ δράματος*, *τὰ ἑξῆς τοῦ δράματος ἀναιρεῖται*, *ἡ ὑπόθεσις διαλύεται*, *τὸ συνεκτικὸν τῆς ὑποθέσεως διαφθείρεται*, *προπαρασκευάζειν*, tali opus est persona ad huiusmodi argumentum, donec perveniat ad *καταστροφήν* et similia, *παρὰ τὸν καιρὸν* vel *τοὺς καιρούς*, *ἡ ὑπόθεσις ἀνακαλύπτεται*, praeparatio, *προοικονομία* ad futurum exitum, *προπαρασκευή*, praestruxit poeta ad exitum fabulae, inducitur rerum imminentium praestructio. Quorum vocabulorum numeri augendi gratia haec plerumque non magni pretii scholia addam: El. 312 *δαιμονίως ᾠκονόμηται*, Ai. 342 *χρήσιμον τῇ οἰκονομίᾳ*, El. 1368, O. R. 9, Phoen. 1357 *διὰ πιθανῆς ἀφορμῆς*, El. 755 . . . *ἀξιόπιστος ὁ ἄγγελος*, Ai. 91 *οὕτω προκόψειεν ἂν ἡ ὑπόθεσις*, Ai. 257, 201, El. 632, El. 448, 1384, Hipp. 713, El. 82, Phil. 812, Or. 640 *προθεραπεύει τὸν ἀκροατήν*, Or. 128 [1]), Don. An. 399. 3, 607. 1, 623 [2]), Hec. 789. 2, Ph. 784 etc. etc.

Restant duae res tractandae et primum quidem haec. Scil. etsi in personarum moribus instituendis oeconomia ad summam tragico non alia est atque comico poetae, tamen ut proprium assequatur propositum paulo aliter agere debet tragicus atque comicus. Et de consilio tragici quidem poetae proprio haec scholia adhibenda sunt: O. R. 93 *αὔξει ὁ ποιητὴς τὸ ὡς εὐνοϊκὸν ἦθος τοῦ Οἰδίποδος, ὅπως αὔξοιτο τὰ τῆς τραγῳδίας ὕστερον αἰτίου αὐτοῦ τῶν κακῶν ἀναφαινομένου*, O. R. 34 *ἐκ τούτου παθητικωτέραν τὴν*

1) *οἱ ἀκριβολογοῦντες* sunt ei, qui oeconomiae student.

2) Scholion mutilatum quid sibi voluerit facile supplebis e scholiis antea enotatis.

τραγῳδίαν ποιεῖ ὅταν ὁ τοιοῦτος εἶναι νομιζόμενος φανῇ καινοῖς μύσεσιν ἔνοχος (cf. 251) Hipp. 656 οὐκ ἔστι φορτικὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς ὑποψίας τοῦ ἁμαρτήματος θεραπευτικός. ἢ τάχα προτραγῳδεῖ τὸ πάθος, τὸν τοιοῦτον μικρὸν ὕστερον ἐπὶ καταγνώσει μοιχείας ποιῶν κατηγορούμενον, Ai. 421 ... ἀπηνδηκότα δὲ ἄνδρα οὐκ ἄν τις μέμψαιτο, εἰ μεγαλαυχεῖται ὁποῖα καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ τέλει ὧν περὶ τῆς ἀνδρείας αὐτοῦ διέξεισι. καὶ γίνεται ἐπίτασις τοῦ πάθους, ὁπόταν τὸ τοιοῦτο διαφθείρηται, ἔτι δὲ αὔξεται τὸ πάθος οὐχ ὑπὸ ἄλλου λεγόμενον ἀλλὰ ὑπὸ αὐτοῦ, O. C. 1181, ubi etiam reperiuntur verba αὐξήσεως χάριν, cf. etiam Or. 241. Quorum scholiorum sententia certo modo completur his et exquisitis quidem scholiis: Ai. 112 ὑπεροπτικὸν τὸ ἦθος αὐτοῦ ἐντεῦθεν ἐνδείκνυται ὁ ποιητὴς (ἐπεὶ πάνυ πρόσκειται ὁ ἀκροατὴς τῷ Αἴαντι διὰ τὴν συμφορὰν καὶ μονονουχὶ χαλεπαίνει τῷ ποιητῇ), ἵνα δόξῃ ἀξιοπαθεῖν ὁ Αἴας μὴ ὑποτεταγμένος τῷ δαίμονι et Ai. 762 παρατήρει κἀνθάδε τὴν προσθήκην τοῦ ποιητοῦ, ὅτι προσῆψε τῷ Αἴαντι γλωσσαλγίαν μονονουχὶ θεραπεύων τὸν θεατὴν μὴ ἄχθεσθαι τῇ συμφορᾷ τοῦ Αἴαντος. προσῳκειωμένοι γὰρ ἤδη τῇ ἀρετῇ αὐτοῦ σχεδὸν καὶ τῷ ποιητῇ ὀργίζονται. Quibus in scholiis statuitur illa lex, secundum quam eo melius officio fungitur poeta tragicus, quo magis tragice eveniant res fabulae; eo autem magis tragice eveniunt, quo acrius inter se opposita sunt personarum (vel potius eius quae primas partes agit personae) mores et fortuna, id est quo meliores eae sunt personae, quarum interitus perniciesque paratur. Tamen hac quoque in re est modus certique fines: debet enim operam dare poeta, ut persona videatur ἀξιοπαθεῖν neu videatur plane iniuste optima quaeque perire, quo tamen facto suo iure spectatores irascentur poetae [1]).

---

1) Hic liceat breviter annotem Schilleri fere eandem fuisse sententiam, cui vehementissime se opposuit Hebbelius, secundum quem id ipsum est tragoediae, ut plane frangat spectatores, eodem modo quo vita homines frangat, cum Schillerus ut tragoedia corroborentur homines qui audiant vitaeque servitio liberentur postulet.

De comico autem poeta cum tam subtilia non inveniantur, tamen adhibenda haec Euanthi III 5 ‚haec cum artificiosissime Ter. fecerit, tum illud est admirandum, quod et morem retinuit, ut comoediam scriberet et temperavit affectum, ne in tragoediam transiliret ... illud quoque inter Terentianas virtutes mirabile, quod eius fabulae eo sunt temperamento, ut neque extumescant ad tragicam celsitudinem neque abiciantur ad mimicam vilitatem‘ et IV 2 ‚inter tragoediam cum multa tum imprimis hoc distat, quod in comoediis mediocres fortunae hominum, parvi impetus periculorum laetique sunt exitus actionum, at in tragoedia omnia contra, ingentes personae, magni timores, exitus funesti habentur ... tum quod in tragoedia fugienda vita, in comoedia capessenda exprimitur‘, ad quae addendum schol. Eun. 446. 1 supra exscriptum, in quo certa fabulā respecta inter tragoediam et comoediam discrimen indicatur demonstraturque comoediam fieri tragoediam (et invicem) morum oeconomia aliter instituta.

Alterum quod restat et quo in ethographia tractanda satis provehemur, his scholiis nobis suppeditatur: Eun. 301. 5 ‚hic ostenditur iam pridem motus in res venerias Chaerea, et magna poetae cura est, ne incredibile videatur adulescentulum, qui pro eunucho deduci potuerit, tam expedite virginem vitiasse. quocirca artifex summus quod aetati non potest, naturae attribuit Chaereae, ut calidior ingenio et ante annos amator non libidinem in sese sed quandam rabiem designaverit in venerios appetitus‘, 296. 2 ‚πρὸς τὸ πιθανὸν argumentatus est ut ostenderet hunc grandem iam ephebum etiam amoris expertem non fuisse‘. Quibus scholiis dilucide nova quaedam lex poetae observanda proditur, quae iam supra hinc illinc quasi emersit, scil. de personarum veritate cum oeconomiae legibus ac praeceptis concilianda. Quae res flagitare videtur, ut non in hac sed in parte nunc tractanda de scholiis modo enotatis agamus.

III.
De personarum veritate.

In scholiis Eun. 301.5 et 296.2 modo enotatis quaesiverunt grammatici, quomodo poeta diversos alicuius personae mores, quibus ut antea exposuimus usus esset ad diversas propositi partes assequendas, inter se conciliavisset atque ita composuisset, ut verus homo quasi oreretur, qualis quin exstitisset vel exstare posset nemo dubitaret. Cuius rei scil. diversos mores in una persona oeconomice quidem sed ita coniunctos esse, ut verus homo exstiterit (quod tamen non proprie monuerunt scholiastae) exempla praebent ss. Ant. 82 *φιλόστοργον καὶ ταύτης τὸ ἦθος ἀλλ' εὐλαβές*, Ai. 1091 *διάκειται μὲν ὁ χορὸς πρὸς τὸν Τεῦκρον, ὑπεσταλμένως δὲ διαλέγεται διὰ τὸ τοῦ βασιλέως ἀξίωμα*, El. 766, Ai. 134, 485. Quamvis igitur cupiat poeta brevissima via ad fabulae finem et propositum pervenire, quare personas quam *οἰκονομικώτατα* instituet, ut quasi omnia faciant, quae poeta quasi praescribat, tamen utique necesse est, ut veros homines nobis ante oculos ponat certa voluntate certoque arbitrio instructos nec mera *μηχανήματα* id est personas, quae nulla ratione adhibita aliter se gerant, cum aliter libuerit poetae. Debet igitur veram vitae imaginem pingere poeta cum aliis rebus tum ipsis fabulae personis respectis. Quare non plane oeconomiae vel consilio ac proposito suo quasi indulgere, sed praeter oeconomiae legem etiam alias leges observare debet, quarum primam hanc de veritate cognovimus. De qua permulta scholia exstare consentaneum est, cum quoad veritatem assecutus sit quivis poeta et praecipue quidem comicus, omnes nec solum artis periti animum advertant. Et tam dilucida atque simplex haec est res, ut ne artis peritos quidem subtiliora de ea eruisse ac statuisse consentaneum sit. Itaque brevissime graviora tantum exhibebo vocabula, quae non nimis trita sint et aliquo modo disciplinam praebere videantur, plerumque autem locos enotabo. Sed ne omnes quidem locos religiose colligere operae pretium est, quo nihil efficiatur, sed satis est

duo vel tres e toto numero locos laudare, cum res semper clara et minime intricata sit. Graviora autem Graecis Latina scholia inveniuntur, quippe quae sint comica.

Incipiamus a scholiis, quibus quae de veritatis lege modo exposuimus bene illustrantur, his: Eun. 736. 3 ‚hoc videtur sapientius et facetius dici, quam ab ebrio rustico adulescentulo debuisset. hoc vitium tunc fit, cum ingenium suum poetae in personas conferunt', Med. 296 τοῦτο οὐ δογματίζων ὁ ποιητὴς λέγει, ἀλλ' ἁρμοζόμενος πρὸς τὸ ὑφεστηκὸς ἦθος, ἐπεὶ κτλ., Hipp. 1102 μεταφέρει τὸ πρόσωπον ἐφ' ἑαυτοῦ ὁ ποιητὴς καταλιπὼν τὰ χορικὰ πρόσωπα [1]), Tro. 634 οὐ στοχάζεται τῶν ὑποκειμένων προσώπων, Phoen. 388, cf. Hec. 254.

Comoedia est ‚consuetudini congrua' Euanth. II 6, ‚imitatio vitae, speculum consuetudinis, imago veritatis' Excerpta de com. V 1, ‚cotidianae vitae speculum' ib. V 5.

Deinde enumero haec: poeta ‚personarum leges custodit', ‚servat personarum modum' vel ‚condiciones', τὸ δέον ἀπονέμει τοῖς προσώποις, ‚debitum' vel ‚proprium reddit personis', ‚vim suam cuique personae exhibet' (Euanth. III 4, Hec. 729. 1, An. 278. 4, O. R. 9, Ph. 212. 2, 199. 3, 198. 3), semper enim ‚memor est personae' (Ad. 541. 1, Eun. 607. 2), ut semper etiam ‚pro se cuique personae sit accommodata oratio' (Eun. 454. 1). ‚Scit etiam personarum officium' poeta (Hec. 776. 1, cf. Hipp. 406). ‚Pulchrum igitur colorem vitae inducit' (An. 470. 1, Ph. 153. 1) ‚exprimit consuetudinem' (An. 118. 1, Hec. 76. 3, Ph. 258. 1, Eun. 1027. 1), loquitur 'media de consuetudine' (Eun. 238. 1, cf. 91. 1 ‚de medio'), exhibet ‚pervulgatam consuetudinem' vel ‚consuetudinis imaginem' etc. (Eun. 358. 4, Ph. 55. 1, cf. praeterea Hec. 727. 1, Eun. 685. 2 cf. Ad. 433. 3), ‚exprimit morem', ‚dicit de more', ‚secundum morem cotidianum', ‚more hominum' etc. (Hec. 317, Ad. 313. 1,

1) De choro ἐν προσώπῳ τοῦ ποιητοῦ inducto cf. Med. 823.

Ph. 147. 3, 159. 1, Hec. 441. 5, cf. etiam Eun. 586. 1, 405. 3, Ad. 304. 2), exhibet hominum ἔθος, φυλάττει τὸ ἦθος vel ὅπερ σύνηθες (schol. rec. Hecub. 1100, 924, Hipp. 198, 177, Ai. 916), exhibet ,usum cotidianum', quod ,solemus', ὃ εἰώθαμεν etc. (Hec. 611. 2, Eun. 948, An. 611. 1, 319. 2, Eun. 166, Ad. 471. 1, Ai. 368, O. R. 46). Inducit igitur poeta, quod cuique personae est ,familiare' (An. 872. 3, Hec. 144. 2), ,proprium' (An. 346. 1, Ph. 118), ἴδιον (El. 126, Ai. 342, Don. Ad. 329. 2, Hec. 502. 3), ,aptum' (Eun. 624. 3, Ad. 507, 2), οἰκεῖον (El. 1058, Ai. 794), ,conveniens' (An. 40. 4, Hec. 309. 2), ἁρμόζον (O. R. 58, Phoen. 504), ,congruum' (An. 61. 2, Ad. 342), πρέπον (Ai. 815)[1], ,decens' (Eun. 459. 1, Hec. 496. 2)[1], qualis ,debet' esse (Hec. 685). οἷον δεῖ εἶναι (Phoen. 446, Or. 94), quod ,non abhorret a persona' (Ad. 196. 2) sed ,est necessarium pro persona' (Ad. 685. 5), in universum quod ἀνθρώπινόν ἐστι, (El. 307, Ai. 829). Itaque quae locuntur quaeque faciunt personae erunt ,verisimilia' (Hec. 756, Eun. 560. 1), πιθανά (Eun. 296. 2, Hec. 138. 3, Antig. 65), ἀξιόπιστα (Ai. 780 cf. El. 1117), οὐκ ἄτοπα (Ai. 1285), ,non irrationabilia' (Eun. 864. 2) vel ,absurda' (An. 447. 2), εἰκότα (Ant. 526), ,credibilia' (Hec. 258. 1, Eun. 301. 5), non παρὰ προσδοκίαν vel παρὰ τὰ καθεστῶτα vel παρὰ τὰ πρόσωπα ipsa (Don. Eun. 223. 1, Androm. 330, 229), poeta enim hominum verorum ἤθη καὶ λόγους μιμεῖται, ,imitatur', μιμεῖται τὴν ἀλήθειαν et personas βούλεται φύσει ἐοικέναι (Or. 218, Andr. 32, Med. 57, Don. An. 485, Eun. 855, Hec. 346; Aesch. Eum. 140; Dion. Halic. de comp. verbb. c. 22 de Aeschylo, cf. Ai. 572). Quae fere graviora sunt vocabula, quibus respectis nonnulla addam scholia, quae aut exhibent vocabula a modo enotatis non admodum diversa aut, etsi maioris non sunt momenti, demonstrant tamen ne minutiis quidem respectis distare scholia Latina a Graecis: Hec. 834. 1 ,color necessarius a verisimili', Hec. 727. 1 ,rarus vitae color', Hec. 596 ,mores exprimere et personas reddere', O. R. 118 ἄκρως ὑπέγραψε τὸ

1) cf. infra ad partem VI.

ἦθος, Eun. 1087. 1 ‚ostendit exemplo', Ad. 763. 1 ‚exemplum inducitur' [1]), Ad. 899. 1 ‚imaginem praebet', Ad. 288. 2 ‚demonstratur', Ad. 517. 1 ‚ostenditur', Ad. 977. 3 ‚verbo tenus ut faciunt', Ad. 196.2 ‚cotidie videmus', An. 245. 1 ‚commune omnium' cf. Eun. 91. 1, Hec. 101. 1 ‚bene pro persona', Eun. 235. 3 ‚eleganter ex persona', Phoen. 507 μίμησιν ἐξεικονίζει, Ai. 82 τὸ οἰκεῖον παράκειται cf. Tro. 98 τοῖς ὑποκειμένοις οἰκείως ἔχον. Deinde conferas velim haec scholia: Hec. 541. 1 ‚omnes gloriantur' et Phoen. 61 πᾶσα γυνή, Ph. 396. 2 ‚plerumque' et O. C. 1725 μάλιστα, Ad. 796. 1 ‚irati . . saepe' et El. 134 τοιοῦτοι πολλάκις cf. Or. 837, Ad. 304.3; Eun. 116. 4 ‚muliebriter' et Cho. 363 γυναικικῶς. An. 889. 1 ‚ut pater', El. 766 ὡς γυνή, Ad. 697. 3 ‚est amantis', Ai. 862 ἔστιν εὐσεβοῦς ἀνδρός, Eun. 65. 2 ‚amat ἀποσιωπήσεις nimia indignatio', Hipp. 125 φιλοῦσιν . . ὥστε οὐκ ἀπεικότως, Ph. 36. 4 ‚opportuna', Eum. 144 πρόσφοροι; de vocibus θαυμασίως, ‚mire', καλῶς, ‚bene', etc. nimirum nihil annotatur. De personis πιθανῶς incredibilibus atque a natura abhorrentibus cf. ss. El. 1117, Ad. 886. 1 [2]). Postremo addendum scholion quoddam, quo iterum toti de veritate parti lux affertur, Eun. 740. 2 ‚in oculos maxime saevire feminas et tragoediae fere et comoediae protestantur' scil. non natura quasi probat recte et secundum veritatem personas esse inductas in fabulas sed fabulae quasi probant a natura recte institutos esse homines. Quam sententiam eos potissimum protulisse censentaneum est, qui numquam non fabulas cum natura convenire animadverterant.

IV.

De morum constantia.

Non satis est non contra naturam humanam universam esse, quae faciant fabulae personae vel quomodo

1) De verbis ‚exemplum inducitur' et similibus infra ad partem VI amplius disputabitur.

2) Incredibilesne interdum personae a poetis inductae sint, id quaerere ad ethographiam eruendam non pertinet.

se gerant, sed certam tantum partem earum rerum, quas fieri natura humana non vetet, in fabulam inducere debet poeta. Non enim totam alicuius hominis vitam fabula horis tribus finita percurrere potest, sed partem minimam tantum [1]). Qua de causa non ea omnia debent attribui personae, quae multa et plerumque valde diversa praebet longa in vita homo, sed poetae id est, ut quasi simpliciorem inducat personam et eam, quam perspicere possimus. In vita enim ipsa homines quales re vera sint raro perspicimus, cum aliis temporibus non raro plane alii esse videantur et pauci secundum certam rationem ac legem se gerant. Fabulae autem personas utique necesse est ut perspicere possimus, quia aliter non intellegeremus, quid sibi voluerit poeta. Quare praeter universam de veritate legem aliam de veritate eamque fabularum propriam [2]) debet observare poeta scil. de constantia legem, qua magis quam lege antea enotata constringitur, ne oeconomiae nimium quasi faveat [3]). Qua de re etiam hoc tenendum: scil. cum is, qui in personarum veritatem vel *πιθανότητα* inquirit, unum quodvis personae factum separatim investiget, an respondeat naturae humanae, eius qui in personarum constantiam inquirit est, ut conferat atque comparet id quod alio fabulae loco persona locuta sit vel fecerit cum eis, quae alio fecerit.

Artis vocabula non multa exstare non mirabimur, cum et simplex sit res neque ita variis modis significari possit. Sed ad disciplinam quoad potest complectendam etiam hic pauca scholia non ad mores pertinentia liceat afferre. Sunt autem scholia haec: Or. 99 *οὐδαμοῦ ἀνώμαλον τὸ τῆς Ἠλέκτρας ἦθος* [4]), Phoen. 274 *τοῦτο οὐ συνῳδὸν τῷ* (267) *‚ὡπλισμένος δὲ χεῖρα τῷδε φασγάνῳ‘* El. 1385 *τὸ ‚κακῶν‘ οὐχ ὡς κατηγοροῦσά φησιν* (*ἐναντίον γὰρ τῷ*

1) Quae tamen, quo maior est poeta, eo rerum ad personae mores cognoscendos et vitam perspiciendam gravium plenior erit, ut recte de nonnullis fabulis dicatur totam vitam humanam una et brevi fabula complexum esse poetam.

2) Scil. carminis epici similis ratio est, sed non tam dura atque acris lex.

3) Nimis oeconomice egit e. g. An. 849. 5, 851. 2, cf. 913. 1.

4) *ὁμαλός* ipsum Aristotelis vocabulum est.

ἤθει τοῦ χοροῦ) κτλ., Andr. 369 δοκεῖ ἐνταῦθα εὐτελίζων τὸ τῆς Τροίας κατόρθωμα ἐναντιοῦσθαι τῷ ἑξῆς [1]), Tro. 906 καταφέρεται εἰς τὸ νόσημα τῶν ἀντιθέσεων. ἡ γὰρ πρότερον λέγουσα· ὅρα, μή σε ἕλῃ, νῦν φησιν ἄκουσον αὐτῆς, Andr. 529 εἰποῦσα (549) ,ὡς ἀθώπευτόν γέ σε γλώσσης ἀφήσω τῆς ἐμῆς' αὐτὴ μὲν ἐπιμένει τῷ φρονήματι, τῷ δὲ παιδὶ τὸ παρακαλεῖν ἐπιτρέπει, Ai. 455 πάνυ γενναίως ἐμμένει τῷ λήματι, O. R. 673 ἔτι ἐμμένει ὁ Κρέων τῇ αὐτῇ παρρησίᾳ, ἐπιστάμενος ὡς οὐδὲν ἐσκαιώρησεν cf. Or. 129 ἐλέγχει δὲ αὐτήν, ὅτι . . ἐν τοῖς αὐτοῖς ἤθεσι μεμένηκεν, Or. 392 οὐ γὰρ πρὸ πράξεως καὶ μετὰ τὴν πρᾶξιν οἱ αὐτοὶ τυγχάνομεν, cf. Ai. 1359 οὐκ ἐν τῇ ταυτότητι μένει τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, Ad. 881 ,vide remanere in Demea non penitus eiectam severitatem', Ad. 997. 2 ,. . Micio non discessit de proposito suo', Eun. 802. 2, An. 478 ,redit ad illam sententiam (159/60) „simul sceleratus Davus siquid consili habet, ut consumat nunc"', Ad. 991. 2, An. 704. 2 ,eodem sensu utitur Davus adversus Charinum, quo supra etc.', Eun. 849. 2, Ph. 678 ,non desinit poeta ostendere avaritiam Demiphonis', cf. Ad. 412. 1; Med. ὑπόθ. μέμφονται αὐτῷ τὸ μὴ πεφυλαχέναι τὴν ὑπόκρισιν τὴν Μήδειαν, ἀλλὰ προπεσεῖν εἰς δάκρυα κτλ., Ai. 80 μέτριον διεφυλάχθη τὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἦθος, Don. Hec. 447. 3 ,servat in illo amorem poeta, cuius non paenitebit re cognita etc.' Ph. 286. 3 ,quam ab initio idem motus servatus seni', Ph. 122. 3, An. 278. 4, Hec. 360. 1, Eun. 1083. 4, O. R. 287 κἀνταῦθα τὸ κηδεμονικὸν τοῦ ἤθους διετήρησεν, O. R. 669 τὸ φιλόκοινον αὐτοῦ κἀνταῦθα δείκνυσιν. Hic iam vides vocabula interdum nimis generalia nec satis propria esse, ut non certe distingui possit utrum ad hanc an ad partem antecedentem spectent. Praecipue vocabulo servare eodem modo ac φυλάττειν semper fere generali sensu et saepe quidem de poeta utuntur scholiastae, ut scholia pertineant ad partem quae est de veritate, cf. e. g. Hipp. 612, 198,

1) cf. Med. 97 vocabulorum ἀσύμφωνον et τὸ μαχόμενον gratia.

Med. 823 σῴζει τὸ εὐγενὲς φρόνημα, Euanth. III 4 ‚personarum leges .. nemo diligentius a Terentio custodivit', ita ut voces ‚servare', ‚custodire' non admodum diversae sint a voce ‚observare' vel similibus, quae generaliter dicuntur. Tamen primo proprium exhibebant sensum, quod clarum fit collatis e. g. schol. Med. ὑπ. (modo enotato) et Aristotelis verbis a. p. 15 p. 1454 a (ἔστι δὲ παράδειγμα) τοῦ ἀνωμάλου ἡ ἐν Αὔλιδι Ἰφιγενεία. οὐδὲν γὰρ ἔοικεν ἡ ἱκετεύουσα τῇ ὑστέρᾳ, quo probatur vocabulum φυλάττειν proprie ad constantiam morum pertinere. Nec de scholiis nunc enotandis semper certe iudicari potest, quae viliora sunt nec digna de quibus amplius disputetur: Med. 922 ἔδει αὐτὴν μηδὲ κλαίουσαν εἰσάγεσθαι. οὐ γὰρ οἰκεῖον τῷ προσώπῳ. ὠμὸν γὰρ εἰσῆκται τοῦτο, El. 1239 ὅρα εἰ οἰκεῖα ταῦτα τῇ Ἠλέκτρᾳ παρόντος Ὀρέστου, ὁπότε καὶ μόνη οὖσα τοσοῦτον ἐθρασύνετο, An. 853. 3 ‚Chremi convenit hic sermo: hic enim irridet, qui et supra dixit (555) „amantium ira amoris integratio est"', Ph. 325. 1, Eun. 86 ‚.. nam et personae et dictis eius ceteris convenit', 786. 7, 487. 1 ‚secundum illud (252) „ait: aio" approbat parasitus quod miles dixerat', 498. 1, Hec. 99. 1 ‚mire ostendit ex iisdem verbis eandem hanc esse, quae supra dixerat etc.', Hec. 497. 2 ‚servavit verba sua eidem personae, nam ita dixerat etc.', An. 907. 3 ‚pudet fateri propter hereditatem venisse. et vide ipsum esse qui dixerat etc.'; Ai. 818 μεγαλόφρων ὁ Αἴας καὶ μέχρις ἐσχάτης ὥρας μισῶν τοὺς βαρβάρους, Or. 1559 ἕως τέλους ὑποκρίνεται ὁ Μενέλαος, An. 533. 5 ‚placabilis et lenis amicus per totam fabulam inducitur Chremes etc.', Hec. 193. 3, 799. 1, 413, Ad. 540 3, 380. 3, 984, 539. 1 ‚magna virtute Ter. rudem .. inducit Ctesiphonem ab initio, ut etc.', Ad. 408. 2 ‚pronum est haec statim credere Demeam de eo, quem et superius (44/5) laudaverat .. unde mira poetae arte et initia et media et postrema sibi congruunt atque respondent', Ai. 1161 οὐδαμῇ ὑπείκει ὁ Τεῦκρος, Or. 371 ὕπουλα πάντα τὰ ῥήματα Μενελάου, O. C. 150 φυλακτικῶς καὶ τοῦτο λέγουσιν, Med. 901, 968, Or. 76, 376, 401, 403,

693, Don. Eun. 86 ‚non imperite intellegunt, qui existimant meretricem etiam hoc simulare etc.‘, Or. 437 *πάλιν φιλοπράγμονος ὁ Μενέλαος παραγυμνοῖ τὸ ἦθος*, Or. 482, 108, 427, Don. Ad. 988. 1 ‚attendendum est indulgentiam a Demea culpae ascribi denuo‘. Praeterea ne omiseris velim Ad. 419. 1 ‚prope delinitus erat Demea . . artificiose igitur poeta subiecit . . unde illum ad amaritudinem provocet‘. Magis generalia sunt ss. Hec. 215, 251. 2, 339. 5, Ph. 112. 2, 304. 1, in quibus explicatur, quam sit memor sui poeta diversis fabulae locis de omnibus quae ad personas pertineant rebus.

Certa autem scholia quaedam de personis constanter inconstantibus invenimus scil. de iis personis, quarum naturae id ipsum proprium est, ut inconstanter se gerant. Ad quas quod pertinet nimirum tum poeta constantiae legem observabit, cum inconstantes inducet [1]). De qua re conferenda ss. Phoen. 274 *τοῦτο οὐ συνῳδὸν τῷ* (267) ‚*ὡπλισμένος δὲ χεῖρα τῷδε φασγάνῳ*‘. *θρασύδειλον γὰρ τὸν Πολυνείκην παρίστησι πρῴην μὲν φάσκοντα* ‚*ὡπλισμένος δὲ χεῖρα τῷδε φασγάνῳ τὰ πίστ᾽ ἐμαυτῷ τοῦ θράσους παρέξομαι*‘, *νῦν δὲ τοὺς βωμοὺς πλησίον εἶναί φησιν οἷς προσφυγὼν νομίζει σωθῆναι καθάπερ ἱκέτης γενόμενος* [2]), de parasito Eun. 790. 3 ‚hoc est, quod supra ait (251) „id rursum si negant, laudo id quoque“. nam negat rursum male pugnandum esse, qui superius retineri non potuerat, quin in proelium vel moriturus irrueret‘, Eun. 1084. 3 ‚iam hos laudat et nimis parasitus est, si recordaris eundem dixisse (427) „facete, lepide, laute etc.“ ‘, Eun. 1025. 1 ‚reminiscere hunc esse, qui militi supra dixerit de Thaide (448) „iamdudum te amat“ et rursus . . et hinc videbis, quos exitus habeat assentatio; nam idem militi auctor est summae desperationis‘, Eun. 1085. 1, 774. 2, de lenone Ad. 199. 4, de servo Ph. 286. 2, de Phaedrae nutrice praecipue Hipp. 433 *καλῶς ἐμιμήσατο τὸ τῶν γραῶν πα-*

1) Hic iam afferam liceat Aristotelis verba a. p. XV *κἂν γὰρ ἀνώμαλός τις ᾖ ὁ τὴν μίμησιν παρέχων καὶ τοιοῦτον ἦθος ὑποτιθείς, ὅμως ὁμαλῶς ἀνώμαλον δεῖ εἶναι.*

2) Hic Euripidi satisfecit scholiasta, quod non saepe factum est.

λίμβολον. ὑπερφοβοῦνται γὰρ καὶ θρασύνονται ταῖς συμφοραῖς, 704 ὁμολογεῖ τὸ ἁμάρτημα, ἐπεὶ εἶδεν αὐτὴν πρὸς τὴν ἀπολογίαν δυσχεραίνουσαν, quod arte convenit cum Don. Eun. 774. 2 ‚postquam non obtinuit quod volebat Gnatho, assentatur ad omnia', cf. quae praeterea de nutrice adhibui scholia supra p. 11.

Non autem lex de morum constantia data ad personas affectibus motas pertinet. Affectu enim quivis superatur, ut quamdiu sit affectu motus, tamdiu quasi non sibimet constans sit. Mores autem atque natura hoc modo fere non mutantur neque omnino e personae affectu quicquam de moribus conici debet. De qua re bene egerunt scholiastae scholiis his: Hipp. 347 (Phaedra δηλοῖ) ὅτι ἔκ τινος θείας ὀργῆς τοῦτο νοσεῖ, οὔκουν ἐκ μελέτης καὶ κακῆς φύσεως, Hipp. ὑπ. θεασαμένη τὸν νεανίσκον ἡ Φαίδρα εἰς ἐπιθυμίαν ὤλισθεν, οὐκ ἀκόλαστος οὖσα, πληροῦσα δὲ Ἀφροδίτης μῆνιν, ἢ . . τὴν Φαίδραν εἰς ἔρωτα παρώρμησε [1]), Hipp. 351 οὐκ ἐξ εἰδήσεως οὐδὲ ἀπὸ τρυφῆς καὶ συνεχοῦς θέας ἐρᾷ, ἀλλὰ χόλῳ τῆς Ἀφροδίτης, cf. schol. rec. Or. 414 οὐκ ἐκ θεοῦ ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐκ θυμοῦ τὸ πραχθέν, Ai. 421 οὐ νεμεσητὸν Αἴαντι μεγαλαυχεῖσθαι. ὅταν μὲν γάρ τις ἐν μετρίᾳ διαγωγῇ ᾖ, τότε εὔσχημον περιστέλλειν τὰ ἑαυτοῦ πλεονεκτήματα, ἀπηυδηκότα δὲ ἄνδρα οὐκ ἄν τις μέμψαιτο, εἰ μεγαλαυχεῖται κτλ., Eun. 320 ‚non hoc personae attribuendum est, sed affectui; non enim quia Chaerea est sed quia amator dicit se parvi facere, quem ad modum potiatur, dum potiatur', Eun. 58 ‚nunc domino servus est sapientior, sed amatore non amans', O. C. 960 τῷ ὄντι ὁ Οἰδίπους εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάζοι ἄδικος μὲν οὐκ ἔστιν, ἀτυχὴς δὲ καὶ περιπαθής, Hec. 825 οὐ μαστροπώδεις οἱ λόγοι, ἀλλ' ἀφαιρεθεῖσα τὸν τῆς τύχης ὄγκον εἰς πᾶν ὁτιοῦν καταβαίνει, Or. 286 ἀπειρηκὼς τῇ νόσῳ ὃ πρὶν εὐσεβὲς ᾤετο νῦν ἀνόσιον καλεῖ, Phil. 452 νοσῶν δυσφημεῖ, Eun. 848. 2 ‚primus metus adimit consilium, sed

---

1) Venus vel illa θεία ὀργή Euripidi ipsi nihil aliud nisi ipsius amoris vim atque affectum significavit et ita voluit rem intellegi.

recogitatio reddit confidentiam' cf. 849. 1, colligit se rursum ad impudentiam Chaerea', Ai. 684 ὅρα, πόσον ἐπικρατεῖται ὑπὸ τοῦ πάθους ὁ λογισμός· ὁ τὰ σοφώτατα γοῦν εἰπὼν ἑαυτὸν ἀναιρεῖ, cf. etiam Ai. 862; Med. 899 ἀπὸ τούτου φαίνεται τὸ μὴ κατὰ προαίρεσιν αὐτὴν ὁρμᾶν ἐπὶ τὸν φόνον, ὅπου γε περιαλγεῖ τὴν ψυχὴν τῷ πάθει, ἀλλὰ διὰ τὸ προτεθυμῆσθαι ἀμύνασθαι τὸν Ἰάσονα, Med. 1055 ἔστι μίμησις μητρὸς οὐ προαιρέσει ἀνάγκῃ δὲ τοῦ τοὺς ἐχθροὺς ἀμύνασθαι τολμώσης φόνον κατὰ τῶν φιλτάτων, Ai. 562 ἐκφέρει ταῦτα ὑπὸ τοῦ πάθους προαγόμενος, quod spectat ad oeconomiam, Ai. 1285 οὐκ ἄτοπον τὸν Τεῦκρον λοιδορεῖν Ἀγαμέμνονι ὑπὸ τοῦ πάθους προαγόμενον, Ad. 780. 2 ,hoc iam ebrio convenit, non illi quem cognovimus Syro etc.', 768, 772. 2 [1]).

V.

De morum mutatione.

Poetam ut sibi constent personae operam dare debere vidimus. Sed ei soli rei si studebit, ita ut fine fabulae facto eaedem sint personae quae initio fuerunt vel potius ut nullo fabulae loco vel minimam morum mutationem animadvertamus, non minus male officio functus erit, quam si omnino non studuisset. Lapides enim induxerit, non homines: nam cum certa quaedam facta fabula progrediente accidant nec nihil fiat omnesque fabulae personae certis et quod ad personas singulas pertinet diversis moribus instructae invicem se afficiant, (assequentur enim certum poetae propositum quasi coniunctis viribus, quamvis in parte II viderimus suo ipsius quamque arbitrio obsequi sibi videri) secundum naturam humanam utique necesse est, ut omnes,

---

1) Vidisti non diligenter me distinxisse inter corporis et animi affectus, quod superfluum visum est.

nisi quae ad argumentum parum pertineant, personae aliquo modo mutentur[1]). Quam legem totam contineri in lege de veritate data vides, ita ut dubitari possit, num omnino legem propriam ac novam debeamus statuere. Tamen separatim haec de mutatione lex tractetur oportet, utpote qua iuste compleatur de constantia lex, quam et ipsam quamquam concedendum est in lege de veritate data contineri, ab ea separandam et proprie tractandam esse vidimus. Consentaneum autem est huius partis rationem plane eandem esse ac de constantia partis.

Praemittamus nonnulla scholia rem ipsam probantia atque illustrantia: An. 175. 6 ,nemo in diversis actibus semper lenis est nisi forte fictus assimulator et callidus', Ph. 231. 2 (ostendit poeta) ,nullam esse tam iustam et gravem iracundiam patris, quae non et fiducia defensoris et intervallo temporis evanescat', Ad. 535 ,nemo tam asper est pater, qui non statim mitescat laudato filio', Or. 392 ἤτοι ὅτι μετανοεῖ ἀνελὼν αὐτήν, ταλαίπωρόν φησιν· οὐ γὰρ πρὸ πράξεως καὶ μετὰ τὴν πρᾶξιν οἱ αὐτοὶ τυγχάνομεν. Quo in Orestis scholio vocem μετανοεῖν invenimus, quod vel cuius similia exstant in his scholiis: Androm. ὑπ. Ἑρμιόνη μετενόησεν, εὐλαβηθεῖσα τὴν παρουσίαν τοῦ Νεοπτολέμου, Ai. 815 τοῖς καρτερικοῖς καὶ ἅπαξ κρίνασι περί τινος οὐ γίνεται ἀναβολὴ οὐδὲ μετάνοια, Med. 1048, 1013, Ai. 646 τοῦτο δέ φησιν ὡς μεταβεβλημένος ἀπὸ τῶν προτέρων νοημάτων, Don. An. 444. 1 ,apparet Pamphilum voluntatem propositumque mutavisse', An. 545. 3 ,non persona sed rei condicio commutata est', Ph. praef. II ,mutato consilio', Eun. 786. 1 ,non diceret miles, si staret in sententia. sed iam videtur timore mutatus', Ad. 380. 3, 924. 4, 986. 3, 992 ,hic ostendit Ter. magis Demeam simulasse mutatos mores quam mutavisse', 886. 1 ,dura et importuna repente commutatio ex tanta vituperatione in laudem Syri ostendit contra naturam suam niti Demeam'. In his Adelphorum

1) An omnino contendi possit exstare veram τοῦ τρόπου mutationem consentaneum est hic non diligentius nos inquirere, quod ad philosophiam, non ad ethographiam pertinet.

scholiis iam indicata est sententia, qua plura de mutationis usu atque ratione comperimus. scil. nullo modo eam repente induci debere. De qua re his scholiis certiores fimus: Ad. 895. 2 ‚hae promissiones ad hoc praemittuntur, ut cum in subiectis agi a Demea huius modi res coeperint, non sit absurdum spectatoribus Demeam tam cito esse mutatum', Ph. 293. 3 ‚gradatim illi singula subducuntur et accusationis impetus evanescit', Ad. 789. 4 ‚vide hic gradus doloris et iracundiae in tantum auctos, ut iam crescere non possint. quippe in initio fabulae tantum tristis est Demea, nam sic audit a Micione (82/3) „quid tristis es?" et ipse „rogas me, ubi nobis Aeschinus sit? quid tristis ego sim?", inde Demea procedit in peius adeo, ut sic incipiat (355/6) „disperii! Ctesiphonem audivi filium una fuisse in raptione cum Aeschino", ‚inde postea dicit (540) „ne ego homo sum infelix", ad postremum „ei mihi, quid faciam? quid agam?" et naturali quodam modo postquam summus furor ad extrema pervenit, repente senex mutatur ac mitis est', Eun. 786. 2 ‚dubitant, a quo dictum sit „quid videtur?". ego sane hoc militem puto dicere, quem paulatim timor a violentis atque acribus principiis ad torporem desidiamque perducit. nam etc.' Ad. 789. 1 'multum laboravit Ter., ut ἀναλογίαν servaret in dolore Demeae, quod maior debet in Ctesiphone esse reprehensio quam in delictis Aeschini', Eun. 790. 3 ‚bona analogia: qui leviora laudaverat, hic exclamare iam debet'. Quibus scholiis quam subtiliter scholiastae rem ipsam explicaverint, non moneri debet. Praeterea ut de vocabulis adhibitis non falso iudicaremus, satis amplis verbis rem tractaverunt. Imprimis igitur certe iudicare possumus de vocabulo valde apto ἀναλογία, quod schol. Eun. 790. 3 ipsis Latinis litteris scriptum est, quo ut alias saepe demonstratur unam eandemque scil. Graecam disciplinam etiam in scholiis Latinis praeberi, quod ne operam quidem dederunt scholiastae Latini ut celarent. Scil. vocem ἀναλογία artis grammaticae esse vocabulum omnes scimus, sed etiam artis ethographicae esse vocabulum his duobus scholiis

comprobatur, quamvis praeterea ne in Graecis quidem scholiis reperiatur. *'Αναλογίας* igitur lex cum omnino personas non mutari vetat tum imperat, ut ipsa mutatio gradatim progrediatur, ne quicquam non praeparatum proponatur spectatoribus [1]). Quo modo vides cognatam esse hanc legem oeconomiae legi vel ei oeconomiae legis parti, quae est de praeparatione, ita ut e. g. scholl. Eun. 356. 3, 365. 2, 370. 1 etiam huc faciant, quorum verba molliter pervenire, molli descensu pervenire iterum animum advertas. Neve omiseris velim Eun. 1031. 2 ,non mirum est, si insane exsultat nuptiis, qui iamdudum ob id solum, quod vitiaverat virginem, laetabatur', An. 338. 2, non mirum, quod insolentius Davus exsultat qui .. timidus fuit .. etiam desperavit ex nuptiarum terrore, quas nunc falsas comperit', quibus scholiis analogia bene illustratur. Verbum deinde augere scholii Ad. 789. 4 e. g. etiam in his scholiis reperimus: Ad. 540. 3, .. ita ut cum augmento sit miseria quotiescumque processerit', Ph. 606 ,adaucto metu', sed disciplinae ethographicae verbum non debet existimari, quod potissimum artis rhetoricae sit vocabulum [2]). Ex iis quae restant scholiis nihil fere novi de disciplina comperimus, quae tamen scholiorum verbis non raro optime electis illustratur ac probatur, praesertim cum poetae arti semper satisfecerint scholiastae: Hec. 825 *οὐ μαστροπώδεις οἱ λόγοι, ἀλλ' ἀφαιρεθεῖσα τὸν τῆς τύχης ὄγκον εἰς πᾶν ὁτιοῦν καταβαίνει*, Ai. 646 *παρίστησιν ὁ λόγος, ὅτι καὶ οἱ ἔμφρονες καὶ παρακολουθοῦντες τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ὅμως ὑπὸ τῶν τοιούτων παθῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀπολισθάνουσιν* .., Hipp. *ὑπ. ἡ Φαίδρα εἰς ἐπιθυμίαν ὤλισθεν*, Hipp. 215 *ἐπαναβέβηκεν ὁ λόγος ἐπὶ τὸ μανικώτερον ἅμα τῷ πάθει*, Med.

---

1) Quanta arte singularum in singulis fabulis personarum mutationem praeparaverit atque instituerit poeta, scholiis non paucis et partim iam adhibitis enarratum est, cf. e. g. Ad. 789. 4, Eun. 811. 1, 786. 2 et una quadam scaena respecta e. g. Ad. 654. 2 et 677. 1, vel 279. 5 et 280. 3.

2) Non igitur ad nos pertinent e. g. ss. Ad. 369. 1, 553. 2, 561, Ph. 286. 3, fortasse autem adhibendum O. R. 93.

1049 ἐνταῦθα ὥσπερ ἀναζωπυροῦσα, Don. An. 459. 1 ‚agit poeta, ut ad nuptias faciendas magis accendatur Simo‘, O. R. 326 ἐξάγεται εἰς λοιδορίαν ὁ Οἰδίπους, ὅθεν παροξυνθεὶς λέγει, Or. 28 ὕστερον ὑπερπαθήσασα καταβοᾷ τοῦ Ἀπόλλωνος, Med. 1055 πάλιν .. λύεται πρὸς οἶκτον cf. 1016, Eun. 811. 1 ‚vide, ut nunc evanuerit actio militis: primo etc.‘, 1044. 2 cf. 1054. 1 praef. II, Ad. 855. 1, Hipp. 240 πάλιν καταστᾶσα ἐκ τῆς μανίας καὶ ἔμφρων γινομένη, Eum. 719 ἐπ᾽ ἀπειλὰς τρέπονται ἀφεῖσαι τὴν δικαιολογίαν, Hipp. 704, Med. 349 αἰσθόμενος ἑαυτοῦ καταθελγομένου καὶ καταγοητευομένου τοῖς λόγοις αὐτῆς ταῦτά φησιν, Ant. 781 πάλαι ὡμονόει sc. Haemo τῷ πατρὶ, νῦν δὲ σχεδὸν πολέμιος γέγονε διὰ τὴν Ἀντιγόνην, O. C. 117 τὰ πρῶτα ὑποχαλεπαίνοντες [1]), Hipp. 304 λοιπὸν ἀπεγνωκυῖα τὴν κολακείαν κνηστικοῖς αὐτὴν λόγοις ἐρεθίζει, Hipp. 372 λοιπὸν .. ἀφεμένη τῶν .. διανοιῶν .. ἄρχεται, Hipp. 391, 616, Or. 94, El. 657 ζητοῦσι διὰ τί ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἐμφαίνει περὶ τοῦ Ὀρέστου, ὕστερον δὲ τοῦ ἀγγέλου ἐλθόντος φαίνεται ἐφηδομένη· ῥητέον οὖν ὅτι νῦν μὲν προσδοκῶσα αὐτὸν ἥξοντα ζῶντα, τότε δὲ ὡς κατὰ ἀποθανόντος παρρησιάζεται ἄφοβος γενομένη, Ad. 97. 3 ‚mitius modo dixit „sinis corrumpi“, mox vehementius dicet etc.‘, 793. 2, 726, Eun. praef. II ‚ille primo irascitur, post .. lenitur‘, Ad. 863, Eun. 1061. 1, Hec. 507. 2, An. 595. 2, Hec. 619. 1, Ph. 239. 1 etc. etc., Hipp. ὑπ. στέγουσα τὴν νόσον ἡ Φαίδρα χρόνῳ πρὸς τῆς τροφοῦ δηλῶσαι ἠναγκάσθη, cf. praeterea Ad. praef. III 5, 902, 981. 3.

VI.

De morum generibus ac speciebus, de decoro, de fabularum utilitate.

Eas quattuor quas adhuc enotavimus leges cum bene observaverit poeta, omnia personis quidem respectis ob-

1) Subaudias ὕστερον φίλοι γενησόμενοι vel tale quid.

servaverit, quae necessaria sunt ad bonam fabulam componendam. Sed quod omnibus temporibus fit omnibusque in artibus scil. ut certa quaedam consuetudo paulatim oriatur, secundum quam singulas artis partes exercent artis periti, id etiam in arte mores instituendi factum est. Exempla enim quaedam vel genera personarum paulatim instituta sunt, quae aut omnibus aut plerisque in comoediis praebere solebant comici quaeque aut mutari vel variari non debere videbantur aut certe rarissime sunt variata. Tragoediarum autem rationem aliam esse iam ad partem II huius commentationis paucis verbis indicavimus, quibus ut haec pars VI recte intellegatur nihil addendum videtur. Consentaneum igitur est tragoediis respectis non loqui nos debere de personarum generibus ac speciebus, ut nova comoedia respecta, quamvis nimirum etiam tragicorum poetarum consuetudo quaedam exstet, de qua infra nonnulla scholia adhibenda erunt. Novae scilicet comoediae bene novimus milites gloriosos, parasitos improbos, meretrices periuras etc., quae personarum genera utrum in hac an illa fabula exstent, utrum apud Terentium an apud Plautum inveniantur, plerumque non multum refert, cum eosdem fere mores semper praebeant[1]). Iam ipsa personarum nomina secundum certam consuetudinem electa esse e scholio non semel adlato Ad. 26. 1 novimus, cuius huc quadrant verba haec: ‚servus fidelis Parmeno, infidelis Syrus vel Geta, miles Thraso vel Polemon, iuvenis Pamphilus, matrona Myrrina et puer vel ab odore Storax vel a ludo et gesticulatione Scirtus et item similia‘, cf. quae porro de nominibus per ἀντίφρασιν impositis in scholio annotata sunt. Quae de nominibuseligendis praecepta non necessarium esse religiose e poeta observari ex hoc uno, quod exempli gratia affero, cognosces, quod Adelphorum fabulae servo, quem fidelem esse ipse quidem scholiasta insuper annotat ss. 288. 2, 301. 1 (vid. p. 28), ipsum Getae nomen im-

---

1) Hic sane locus non est investigandi, quomodo tamen assecuti sint poetae, ut non molestae fierent spectatoribus tales personae semper semperque repetitae, cum in scholiis nihil de hac re exstet.

posuit poeta. Tamen certam consuetudinem exstitisse hoc praecepto demonstratur ac probatur. De singulis autem personarum generibus haec scholia adhibenda: Eun. 37. 4 (est prologi scholion) ad Terenti verba „qui magis licet currentem servom scribere, bonas matronas facere, meretrices malas" ‚artificiose ostendit omnem materiam comicorum', Eun. 989 ‚modo omnis saevitia comica aut in comminatione est aut in apparatu verborum', Eun. 825. 2 ‚aptum convicium et comicum in ancillas „venefica" etc.', quae ut generalia praemitto, deinde Ad. 275. 1 ‚amatores comici cito comminantur patriam se deserturos, ut amicam consequantur', quo uno scholio de personarum generibus sententia iam comprobatur, quippe in quo non de Menandri Adelphorum fabulae Ctesiphonis persona certis moribus instructa, sed de amatorum comicorum genere eisdem semper moribus instructo agatur; quod genus etiam commemoratum est s. An. praef. I 3 ‚continet sc. fabula actus amatorum adulescentium etc.', de quo infra nonnulla addentur; quibus scholiis caute haec scholia addimus: Eun. 187. 1 ‚et hoc amatorium est, odisse urbem sine amica', An. 241. 3 ‚nove: dolet non odio haberi, non repudiari', An. 245. 2 ‚amatorie amore nominato exsiluit in gemitus', Ad. 521. 2 ‚hoc aversus servus debet dicere, ne indecorum adulescentis personae sit, ad haec „ita" dixisse. quamquam eiusmodi adulescentes inducant comici ut Naevius etc.', Ad. 159. 3 ‚hic ostendit comicus adulescens caedem se lenoni invitum intulisse et id fecisse et facere lenonis culpa, non sua', Eun. 226. 2 ‚non solent stulti induci adulescentes et ideo ad amorem transtulit stultitiam Phaedriae', 57 ‚concessum est in palliata poetis comicis servos dominis sapientiores fingere, quod idem in togata non fere licet'[1]). De his enim scholiis certe iudicari nequit utrum ad genus an ad personas spectent, id est utrum recte huic an potius de veritate personarum parti attribuantur. Scilicet de per-

1) Verba ‚quod etc.' manifestum est ad Romanum usum spectare.

sonarum generibus instituendis praecepta sunt certae quaedam partes legis universae de veritate personarum datae neque quicquam novum et diversum statuunt. Quare de scholiis interdum dubitatio oritur, sed cum ipsa de morum generibus atque speciebus probata sit sententia, non nimis religiose talia perpendemus. Pergamus igitur scholia enotare: Hec. 727. 1, quod est de sene comico, quem immitem esse solere e scholio sumimus[1]), Eun. 971. 3 ‚nunc tam otiosus inducitur senex, ut neque mores increpet neque quicquam suspicetur mali, sed etc.', quod ad senum genus pertinere clarum fit scholio Hec. 727. 1 collato, Ad. 418. 2 ‚ut idiota[2]) et comicus pater, non ut sapiens et praeceptor'[3]), An. praef. I 3 ‚continet sc. fabula actus . . patrum piorum' (sequitur lacuna, deinde) ‚severi senes', cuius scholii elocutione probatur de senum comicorum genere agi: loquitur enim porro scholiasta de ‚adulescentulis liberalibus', de ‚callidis servis', de ‚ancillis astutis', quamvis una Glycerium, unus Davus, una Mysis sint significandae, quo consentaneum fit comicarum personarum genera in animo fuisse scholiastae, cum haec scriberet; quae cum etiam Ad. praef. III 6 in animo ei fuerint, parum recte de Sostratae persona iudicavit (vid. p. 27). Ita etiam illos ‚patres pios' et ‚senes severos' intellegere debemus. De puellis liberalibus modo commemoratis haec oportet scholia conferantur, quibus quamvis de moribus nihil fere exhibeatur comicorum consuetudo bene illustretur: An. praef. I 9 ‚adnotandum sane puellarum liberalium in proscaenio nullam orationem induci in comoedia palliata praeter invocationem Iunonis Lucinae, quae et ipsa quoque post scaenam fieri solet', An. 473. 4 ‚nota hoc versu totidemque verbis uti omnes puerperas in comoediis nec alias induci loqui in proscaenio; nam haec vox post scaenam tollitur', Ad. 487. 1 ‚nota puellarum, quae in comoediis honestae

1) Scholion infra exscribemus atque enarrabimus.

2) cf. supra p. 26 annot.

3) De schol. Ad. 938. 3, quod Varronis exhibet nomen, in altera totius operis parte agendum erit.

sunt et ex amore ducuntur, aut nullam in scaena esse aut rarissimam vocem'. De parasitis haec exstant scholia minus certa: Eun. 391. 1 ,hic sermo . . continet . . assentationem parasiticam', Eun. 236. 4 ,„pannis et annis" morologiae parasitorum sunt' cf. 236. 5, Ph. 327 ,παρασιτικῶς totum translationibus loquitur; huius modi est enim umbraticorum hominum scurrilis oratio', Ph. 330. 2, 342. 3, 384 ,populari quadam vulgarique fatigatione utpote scurra respondit', Eun. 236. 6 ,huic magis tristitia gravitasque displicuit, aliena semper ab hominibus parasitis'; de militibus gloriosis Eun. 391. 1 ,hic sermo . . continet . . stultitiam gloriosi militis', Eun. 446. 2 de milite ,meminisse convenit ridiculas personas non omnino stultas et excordes induci a poetis comicis', Hec. 86. 3 ,quid potuit de milite dici sine superlativo? namque omnis miles inhumanus, hic vero inhumanissimus'. De servis plura et certiora quidem exstant vocabula, imprimis schol. grave Ph. 41. 4 ,garrulos servos et sententiosos amat comoedia, tristes et parce loquentes tragoedia', quocum per me licet conferas schol. Antig. 328, deinde An. praef. I 3 ,callidi servi', de quo quae supra dixi conferas, Ad. 481. 2 ,non dixit „bonus et sollers", sed quod in servo sufficit „non malus neque iners"', Hec. 880. 1 ,quia non convenit servo scientem recte facere, bene addidit imprudenti sibi evenisse, ut bene faceret, quod prudens numquam fecerit', An. 38. 1 ,omne bonum libero aptum, malum servo' Ph. 249. 2 ,vitiosam locutionem servili personae dedit Ter.', Ph. 186. 6 ,sunt haec servilis imperitaeque personae verba', Ad. 554, Eun. 274. 5 ,Parmeno hoc secum servili gestu'. An. 183. 1, 184. 4, cf. etiam Hec. 803. 1, Ph. 138. 1, An. 61. 2, postremo Ad. 299. 1 ,hic locus secundum artem comicam servum currentem exprimit et nuntiantem mala'. De lenonum loquendi genere quod induci solet cf. s. Ad. 214. 3 ,„morem gerere" proprie lenonis est . . unde et ipse sic respondet ut non fugiens κακέμφατον dicat „usque os praebui"'. Quibus scholiis, quae pauca quidem de quarundam perso-

narum comicarum moribus qui solent induci nobis praebent, probatur poetarum consuetudinem certis praeceptis directam fuisse, quod certius probabitur scholiis nunc exhibendis.

Scilicet non eodem modo quo quattuor legibus antea exhibitis his praeceptis constricti sunt poetae, quod iam monuimus, sed interdum a consuetudine recesserunt et praeceptis neglectis personas novo modo moribus instruxerunt. Praecipue Apollodori Hecyrae personae ab aliarum fabularum personis diversae sunt, quod et nos animadvertimus et scholiastae diligenter et ample annotaverunt[1]). Scil. his scholiis de ea re actum est: Euanth. III 4 ,quin etiam solus ausus est scil. Ter., cum in fictis argumentis fidem veritatis assequeretur, etiam contra praescripta comica meretrices interdum non malas introducere, quibus tamen et causa, cur bonae sint, et voluptas per ipsum non desit', Hec. praef. I 9 ,in tota comoedia hoc agitur, ut res novae fiant nec tamen abhorreant a consuetudine: inducuntur enim benivolae socrus, verecunda nurus, lenissimus in uxorem maritus et item deditus matri suae, meretrix bona', Hec. 727. 1 ,rarus hic vitae color in hac allocutione miscetur a poeta, nam meretrix loquitur et senex et quod est admirabilius, bona meretrix, mitis senex, ut intellegas laborasse Terentium, ut a lege comicorum recederet et in actu tamen consuetudinem retineret', 774. 3 ,multa Ter. feliciter ausus est arte fretus, nam et socrus bonas et meretrices honesti cupidas praeter quam pervulgatum est facit . . hoc contra illud est, quod alibi (Eun. prol. 37) ait, commune iam esse omnibus comicis „bonas matronas facere, meretrices malas"', Eun. 198 ,hic Ter. ostendit virtutis suae

1) Fortasse etiam hoc erat in causa, ut bis exigeretur Hecyra, quippe cui praeferret populus funambulum et pugiles. Ceterum de Apollodori Menandri viam relinquentis consilio atque ratione amplius disputare nostrum non est. Breviter nonnulla dixit Leo Plaut. Forsch. p. 126 annot. 4).

hoc esse, ut pervulgatas personas nove inducat et tamen a consuetudine non recedat, utpote meretricem bonam cum facit, capiat tamen et delectet animum spectatoris', Hec. 58. 3 ,animadvertendum est in hac fabula Terentium bonam meretricem inducturum, ne id contra morem videatur facere, etiam aliam meretricem non malam inducere, ut id exemplis fiat tritius et usu verisimile', Hec. 840. 1 ,ratio, cur nove omnia fiant et contra officium meretricis', Hec. 756 ,vigilanter poeta, ne non verisimile videatur id ullam fecisse meretricem, ipse lectorem praevenit', Hec. 834 ,color necessarius a verisimili: scit enim alibi se dixisse (Eun. prol. 37) „bonas matronas facere, meretrices malas"', Hec. 856. 3 de verbis „factis ut credam facis" ,difficile enim erat credere his rebus gaudere meretricem'. En habes totam sententiam et propriis quidem verbis enuntiatam, e quibus gravissima vocabula ,praescripta comica' et ,lex comicorum' coniungenda cum scholii Eun. 37. 4 voce ,materia comica', ipsam prae se ferunt disciplinam. Non igitur ut novis rebus et singularibus excogitatisque personis inducendis alliciat spectatores poeta operam dare debet [1]), sed ut religiose consuetudinem sequatur. Itaque nisi arte fretus non audebit ut novarum rerum cupidus inaudita adire, si tamen audebit, omnibus viribus intentis operam dabit, ut spectatores sibi quasi reconciliet. — Ex his scholiis apta etiam de alio personarum genere scil. de meretricibus comperimus, de quibus addam viliora scholia Eun. 850. 1 ,hoc totum figurate dicit ut meretrix', Eun. 796. 1 ,superbum et meretricium verbum', Eun. 100. 2 ,meretricia calliditate commendat quae dictura est', Hec. 862 ,blandimentum magis meretricium est'. De socruum genere scholiis antea exhibitis haec addam: Hec. 276. 1 ,bene iurat, quia sine iureiurando incredibile est bona socrus', Hec. 198. 3 ,conatur Ter. adversus famam bonam socrum facere', Hec. 274. 3 ,vide sententiam defensionem

1) Quod nostris temporibus summum esse multis videtur.

accusatarum socruum continentem contra illud quod ait (201) „itaque uno animo omnes socrus oderunt nurus"', Hec. 695 ‚etiam hic vide non accusari socrum'[1]).

De tragoedia iam monuimus in universum talia scholia neque exstare nec posse exstare. Tamen unum personarum genus etiam in tragoedia semper repetitum invenitur, scil. persona chori, de qua iam in notationibus exhibendis nonnulla diximus. Chorus enim ea est persona, quam cum historia non suppeditet invenit ipse poeta, quo fit, ut hac quidem persona respecta non sit diversa tragici ratio a comici ratione. Praeterea eodem fere semper officio fungitur chorus, cf. p. 17 sq., ut consentaneum sit eosdem fere mores eum praebere. De quibus scholia certa repeto haec: O. R. 523 *τὸ τοῦ χοροῦ πρόσωπον ἰσόρροπον δεῖ . . εἶναι*, Phoen. 202 *ἀεὶ ὁ χορὸς παρρησιαζόμενος τοῦ δικαίου προΐσταται*, Med. 823 *ἀεὶ ὁ χορὸς . . εἰσάγεται τῷ δικαίῳ προστιθέμενος*. Quod autem ad singulas pertinet personas tragicas, caute pauca scholia exhibeam, quae consuetudinem quidem poetarum illustrent, sed de quibus nihil affirmem: Ant. 244 *δίδωσιν οὖν καὶ ἀνδράσι βασιλικοῖς τὸ ψεύσασθαι διὰ τὸ χρήσιμον*, O. R. 93 *ἀξίως τοῦ βασιλικοῦ ἤθους δημοσίᾳ φράζειν κελεύει κτλ.*, Hec. 898 *οὐ καλῶς φησι ταῦτα ὁ Ἀγαμέμνων· ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ἅπαξ δόντα τὴν χάριν σιωπῆσαι καὶ μὴ ἐλέγξαι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην· οὐ γὰρ ἀνάγκη τοιαύτη ὑπέκειτο βασιλεὺς ὤν*, Andr. *ὑπ. ῥῆσις Ἑρμιόνης τὸ βασιλικὸν ἐμφαίνουσα*[2]). — Hec. 342 *ἐνταῦθα ἐφύλαξεν ὁ Εὐριπίδης τὸ ἡρωϊκὸν ἦθος· οὐ γὰρ ταπεινὸν αὐτὸ μεμίμηται, ἀλλὰ παρρησιαστικόν*, Ai. 76 *παραιτεῖται Ὀδυσσεὺς οὐχ ὡς κωμῳδοῦντος τοῦ ποιητοῦ δειλίαν τοῦ ἥρωος* (*οὕτω*

1) Vix moneam necesse est, de comicarum personarum generibus ac speciebus multo plura cognosci posse ex ipsis personarum notationibus (vid. supra p. 19 sqq.), ubi certos quosdam vel senum vel meretricum vel servorum etc. mores semper enotatos invenies.

2) Totus locus saepe in quaestionem vocatus est neque adhuc ut videtur sanatus vel iuste explicatus. Equidem litem non diiudicem, praesertim cum hoc loco ipsum *τὸ βασιλικόν* indicandum atque enotandum esset nec de Hermionae moribus vel de fabula iudicanda diligentius agendum.

γὰρ ἀφαιρεθείη τῆς τραγῳδίας τὸ ἀξίωμα), ἀλλὰ τὸ εὐλαβὲς ἐνδείκνυται, Phoen. 395 οὐκ ἀξιόχρεως ἥρωος ὁ λόγος, Phoen. 1 ἔθος ἔχουσιν οἱ τραγικοὶ παράγειν τοὺς ἥρωας θεοῖς τὰς συμφορὰς ἀπολοφυρομένους. — Ai. 134 τὸ τῶν αἰχμαλώτων κηδεμονικόν, Ai. 201 αἱ τοιαῦται scil. αἰχμάλωτοι γυναῖκες ὑποτίθενται εὔνοιαν πρὸς τοὺς δεσπότας, ὡς Βρισηῒς πρὸς Ἀχιλλέα.

Generaliter autem de tragicis personis laudandum est schol. Or. ὑπ. τὸ δρᾶμα τῶν ἐπὶ σκηνῆς εὐδοκιμούντων, χείριστον δὲ τοῖς ἤθεσι· πλὴν γὰρ Πυλάδου πάντες φαῦλοι ἦσαν, quod illustratur Aristotelis verbis a. p. XV init. περὶ δὲ τὰ ἤθη πρῶτον δεῖ στοχάζεσθαι, ὅπως χρηστὰ ᾖ (quod hoc loco tantum afferimus neque amplius tractabimus). Et de tragicorum et comicorum personarum proprietate quadam generali haec scholia enotem, quae partim iam antea laudavi: Euanth. IV 2 ‚in comoedia mediocres fortunae hominum .. in tragoedia ingentes personae', cf. III 5 cf. Ph. praef. I 3, Or. 1484 ἴδιον τῆς τραγῳδίας τὸ τὰ μικρὰ τῶν πραγμάτων ἐξαίρειν καὶ φοβερὰ ποιεῖν, Aesch. vit. l. p. 39 laud., Dion. Halic. de vet script. cens. l. p. 39 laud., cf. schol. Prom. 355 ibid. laud.[1]). Singillatim pauca ex his scholiis comperimus: Androm. 32 ἐγκαλοῦσι τῷ Εὐριπίδῃ φάσκοντες ἐπὶ τραγικοῖς προσώποις κωμῳδίαν αὐτὸν διατεθεῖσθαι· γυναικῶν τε γὰρ ὑπονοίας κατ' ἀλλήλων καὶ ζήλους καὶ λοιδορίας καὶ ἄλλα ὅσα εἰς κωμῳδίαν συντελεῖ, ἐνταῦθα ἀπαξάπαντα τοῦτο τὸ δρᾶμα περιειληφέναι, cf. Aesch. vit l. l., Antig. 328 ἀπιὼν ὁ θεράπων καθ' ἑαυτὸν ταῦτά φησιν· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐπὶ τοῦ Κρέοντος ταῦτα λέγεσθαι ὡς καὶ ἐν τοῖς κωμικοῖς, Ai. 1123 τὰ τοιαῦτα σοφίσματα οὐκ οἰκεῖα τραγῳδίας ... ἐψυχρεύσατο καὶ ἔλυσε τὸ τραγικὸν πάθος, Ai. 1127, cf. etiam Or. 1210, 1521. In scholiis autem Latinis saepe monetur Terentium affectus mitigavisse et semper operam dedisse, ne in tragoediam res exsiliret

1) Bene res illustratur numero quodam scholiorum exquisitorum, quae sunt de mortibus comicis, scil. An. 105. 3, Hec. 171. 2, Ph. 95. 4, 750. 2, An. 106. 2 cf. etiam Ph. 244. 1.

(ut cum scholiastis loquar), sed de morum constitutione ampliora non comperimus.

Quibus de morum generibus ac speciebus scholiis tam sunt cognata, ut fere separari non debeant, *περὶ τοῦ πρέποντος* scholia. Scilicet exstat non parvus scholiorum numerus, in quibus quaeritur, utrum in personis servaverit poeta id quod deceat, an indecora induxerit. Manifestum igitur est certam quandam de eo quod deceat opinionem exstitisse, quamvis certum nobis praeceptum scholiis non praebeatur. Quacum sententia convenisse poetarum consuetudinem, de qua modo egimus, consentaneum est, cum absurdum foret, si id inducere soliti essent poetae, quod indecorum visum esset. Praeterea id ipsum decere videtur hominibus, quod soliti sunt. Quo factum est, ut praecipue Euripides, quem rerum novarum cupidissimum fuisse scimus, saepe sit vituperatus a scholiastis, quod *τὸ πρέπον* non servavisset, cuius exempla quaedam iam p. 76 cognovimus. Vides autem hanc *περὶ τοῦ πρέποντος* sententiam esse propriam quidem legis de veritate datae partem, quo fit ut tum, cum generali nec proprio sensu adhibita sit vox *πρέπον* vel voces similes (quae statim enotabuntur), scholia debeant attribui de veritate parti, ad quam exempla nonnulla exhibui. Propria autem scholia, quibus Dion. Halic. de vet. script. cens. locos pp. 38 et 39 enotatos praemitto, haec sunt: Hipp. *ὑπ. τὸ ἀπρεπὲς .. ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι*, quod non ignoramus pertinere ad personarum, praecipue Phaedrae, ethopoeiam, Ant. 65 *πιθανῶς καὶ τοῦ πρέποντος ἐφρόντισεν· φησὶ γὰρ ὅτι ἀπολογήσομαι τοῖς κατὰ χθονός*, El. 1178 *τοῦτο δύναται καὶ ἡ Ἠλέκτρα λέγειν, εὐπρεπέστερον δὲ τῷ χορῷ παράκειται, ἵνα μὴ περὶ τοῦ ἑαυτῆς εἴδους εἴπῃ τι*, Or. 71 *τοῦ προσήκοντος ἤθους ἐξέπεσεν ὁ Εὐριπίδης· νῦν γὰρ πρῶτον ἀλλήλας ἀποβλέπουσι καὶ ἀήθως πάνυ οὔτε ἀσπάζονται ἀλλήλας οὔτε προσφωνοῦσι κτλ.*, Ai. 79 *σκληρὸν μὲν τὸ λέγειν ἐπεγγελᾶν τοῖς ἐχθροῖς, ἀλλὰ θεός ἐστιν οὐκ εὐλαβουμένη τὸ νεμεσητόν*, Ant. 735 *τὸ χ ὅτι αὐστηρότερον προσηνέχθη τῷ πατρί*, 741 *πάλιν τὸ χ διὰ τὸ αὐστηρόν*, O. R. 9 *εἰς τοῦτο* scil. *τὸ ἀποκρίνεσθαι τῷ Οἰ-*

δίποδι ἀ π ρ ε π ὲ ς τὸ τῶν νέων πρόσωπον, Ai. 354 οὐκ ε ὐ π ρ ε π ὲ ς τὴν Τέκμησσαν τὸν λόγον ὑφαρπάζειν λεγόμενον πρὸς τὸν Αἴαντα, Phoen. 1566 τοῦτο ἀ π ρ ε π ὲ ς, ὅτι τὸν Οἰδίποδα ἄλοχον τὴν Ἰοκάστην ποιεῖ λέγοντα . . ἔ δ ε ι οὖν τὸ ὄνομα παραιτήσασθαι, Or. 562 ἀ π ρ ε π ῶ ς τὸ ‚ἔθυσα', Or. 1512 ἀ ν ά ξ ι α . . τῆς Ὀρέστου συμφορᾶς τὰ λεγόμενα, O. R. 463 οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ε ὐ π ρ ό σ ω π ο ν ἀναλογίζεσθαι περὶ ὧν εἶπεν ὁ μάντις, Eum. 609 τραγικὸν καὶ πρέπον, Ant. 1232, Ai. 36, Phoen. 47, 911, Or. 370, Tro. 1010, 1030, Phoen. 18, cf. etiam Or. 418; An. 447. 2 ‚mire servatum est in adulescente libero τ ὸ π ρ έ π ο ν et in amatore τ ὸ π ι θ α - ν ὸ ν, nam et honesto iuveni non congruebat versipellis vultus et amatorem absurdum fuerat ingenii celare tristitiam', An. 35. 1 ‚commendatio personae quam servi, ne contra filium levi servo aliquid committi i n d e c o r e videatur', An. 798. 1 ‚primum dolet Crito, quia meretrix fuit Chrysis; secundo progressus queritur, quod mortua est. τ ὸ π ρ έ π ο ν etiam servatum est gravi viro, cum illum sobrinae pudet', An. 325 ‚artificiose Ter. expressit personam nuptias recusantem et simul τ ὸ π ρ έ π ο ν virgini reservavit', Ad. 521. 2 (p. 70 enotatum), cuius verba ‚ne i n d e c o r u m adulescentis personae sit' huc faciunt, quocum coniungendum 519, 598. 1 ‚s e r v a v i t τ ὸ π ρ έ - π ο ν adiciendo „mecum"' (id est: non imperat Hegio „eas ad matrem", sed vocem „mecum" adiciendo rem mitigat), 705. 2, Eun. 716. 2 ‚c o n t r a o f f i c i u m f u i t mentiri docuisse servum et adfuisse mendacio liberalem adulescentulum. sed vide, quemadmodum defendatur: dum se mentiri coactum dicit, c o n s u l i t h o n e s t a t i', 568. 2 ‚totum optime: nam ut n o n e r a t b o n i a d u l e s c e n t i s hanc technam reperire, sic ab alio repertam fuit plane veri amatoris arripere', 361. 3, 57, 226. 2 (modo enotata), An. 71. 1 ‚laude impertita eius moribus qui mox ducet uxorem, superest ut futurae quoque matronae, idest Glycerio, probitatem d e b i t a m pro persona reddat', cf. An. 74. 1 ‚defendit . . vitam Chrysidis, ut potuerit apud eam r e c t e morata esse Glycerium, quae e x a r g u m e n t o matrona erit', Hec. 495. 3 ‚bene scil. abit Pamphilus, nam

ulterius praesentem patri resistere d u r u m fuit', Ph. 204. 1 Antiphonem non ,convenit contra patrem aliquid dicere'; nec velim omiseris schol. singulare Hec. 769. 1, quod est de verbis „cum tu satura atque ebria eris" ,hoc est in meretricibus non solum n o n t u r p e s e d e t i a m n e c e s s a r i u m'.

Postremo tertium quoddam praeceptum tractandum est, quod, quamvis ad artem ethographicam non ita magni sit momenti, tamen clarissime demonstrat, quomodo homines veteres intellexerint poetas et quae sibi quaesiverint in fabulis. Quo similiter ac duobus praeceptis modo tractatis non ut certa lege constrictus est poeta in moribus instituendis, quos scil. recte instituere potest hoc praecepto plane neglecto. Quod est de fabularum utilitate praeceptum, secundum quod ita fabulam institueret poeta postulaverunt spectatores, unde quam plurima sibi sumerent de vita sua rectius degenda. Itaque cum poetae tum recte vivendi magistri officio fungi debebat poeta. Quae cum ita sint, non raro spectatores falso putaverunt vel iniuste censuerunt poetam ipsum aliquam sententiam prodidisse, quam fabulae persona quaedam *ἐν ἤθει* dixerat. Cuius rei antiquissimum exemplum exhibet schol. Hipp. 612, quod est de verbis illis saepe laudatis *ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος: ο ὐ κ α θ ο λ ι κ ῶ ς δ ὲ τ ὸ τ ο ι ο ῦ τ ο ν, ἀλλὰ κτλ. Ἀ ρ ι σ τ ο φ ά ν η ς* (Ra. 102) *κ α θ ο λ ι κ ώ τ ε ρ ο ν ν ο ή σ α ς φησὶ τὸν Εὐριπίδην ὑβρίζειν διὰ τῆς γλώσσης τὴν διάνοιαν κτλ.*, quo probatur inde a primis artis dramaticae temporibus ad suam quemque vitam pertinere fabulas vel personarum sententias putavisse. Personas igitur ea praecipue de causa induci visas esse, ut cuique spectatori demonstrarent, quid ei in vita faciendum, quid evitandum esset, ample enarratum est his scholiis [1]): Sept. 182 (om. Trend.) *ε ἰ ώ θ α σ ι ν ο ἱ π ο ι η τ α ὶ δ ό γ μ α τ ά τ ι ν α ε ἰ ς ὠ φ έ λ ε ι α ν τ ῶ ν ἀ κ ο ν ό ν τ ω ν ε ἰ σ φ έ ρ ε ι ν· οὕτως καὶ ὁ Αἰσχύλος κτλ.*, El. 539 (om. Tr.) *ταῦτά* (scil. *τὰ ἀναγκαι-*

---

1) Ad illud *τῶν δραμάτων παιδευτικόν* quae pertinent scholia Graeca pleraque collegit Trend. p. 128 sqq., sed gravia omisit, quippe qui ea potissimum animadverterit, quae exhibeant certa vocabula *τὸ παιδευτικόν* vel *διδάσκει ὁ λόγος* vel similia. Quare denuo scholia proponam.

ὅτερα ἅπερ παρατηρεῖν ἐχρῆν) ἐστι τὰ ἠθικὰ καὶ χρήσιμα ἡμῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν· ὅρα οὖν κτλ., cf. etiam Med. 296 τοῦτο οὐ δογματίζων ὁ ποιητὴς λέγει, Ant. 75 ἐπεμβέβληται ταῦτα τοῖς ποιήμασιν οὐκ ἀχρείως εἰς εὐσέβειαν προτρεπόμενα, Don. Ad. praef. I 9 ‚in hac spectatur, quid intersit inter rusticam vitam et urbanam . .: quibus propositis ad exemplum imitanda perinde fugiendaque Ter. monstrans artificis poetae per totam fabulam obtinet laudem‘, Ad. praef. I 3 ‚prodest et delectat actu et stilo‘, Eun. 382. 4 ‚Ter. laudat argumentum huius fabulae, in quo exemplum promitur, quod prosit parentibus, obsit meretricibus; et simul deliberationibus tractans, an sit faciendum‘, Eun. praef. I 9 ‚Ter. prodest exemplis .. exempla autem morum hic trina proponuntur etc., Ad. 535 ‚quod de Demea dicitur, in omnes parentes dici puta‘, praecipue Excerpt. de com. V 1 ‚comoedia est fabula . . instituta continens . . quibus discitur, quid sit in vita utile, quid contra evitandum‘, Euanth. II 6 nova comoedia est ‚utilis sententiis‘, Hec. praef. I 3 ‚cum delectet plurimum, non minus utilitatis affert spectatoribus‘. Non igitur solum inducere debet poeta quod prosit spectatoribus, sed etiam demonstrare, cur prosit, quam sententiam invenies etiam in scholl. propriis Ad. 141. 2 ‚apparet Terentium favere lenissimis patribus, unde subiecit etiam rationem facti Micioni‘, An. 312. 5 ‚prooemia sunt petitionis, quibus ostendit poeta rationem, qua nova et improba res tamen petitur‘, An. 820. 1 ‚haec scaena officiorum disceptationem continet patrum inter se de officio amicorum tractantium‘, Ad. 830. 3 ‚ἀντίθεσις ad priorem tractatum pertinens, qui est habitus de consumptione rei familiaris‘, quibuscum verbis coniungas vocem φιλοσοφικῶς scholii rem bene illustrantis sed a morum expositione alieni Eun. 588. 1 [1]).

Aliis et propriis verbis praeceptum significatum est

1) Quod totum sapit Platonem.

in his scholiis: Ad. 209. 1 ,in hac scaena actus est exemplum continens vitae avarorum, qui saepe in damnum ipsius avaritiae rationibus ruunt', Ad. 719. 1 ,in hac scaena exemplum est intempestivae obiurgationis ac per hoc ridiculae', Ad. 713. 1 ,hic exemplum inducitur saevi patris ex affectu vero et ob hoc invisi omnibus', Eun. 46. 1 ,in hac *προτάσει* exemplum proponitur, quam non suae potestatis sit qui amat, quam sapiat qui non amat neque aliter affectus est' [1]). Quorum elocutio plane eadem est et praeterea id commune est, quod inveniuntur in singularum scaenarum praefationibus, quarum summa in eis exhibetur ut totius fabulae summa in totius commentarii praefatione. Et ad hanc quidem expositionem propria quam iam novimus elocutio adhibita est: scilicet ut schol. Andr. praef. I 3, Ad. 275. 1 etc. etiam hic quam generalissime potuerunt locuti sunt scholiastae, ut e. g. ad v. Ad. 209 non annotarent ,in hac scaena actus Sannio leno avarus ipsa avaritia inductus in damnum ruit' vel simile quid, sed adhibitis vocabulis ,exemplum' et ,vita' locuti sunt de avaris, qui saepe in damnum ruunt. Utebantur igitur scholiastae poetae personis pro vitae exemplis, quare quod proprium erat in persona tractatus de singulis virtutibus vitiisque habiti instar accipiebant idque eo consilio, ut ipsi vita sua respecta fructum inde caperent. Num hoc modo poetae semper satisfacerent, id non religiose quaerebant. Quibus scholiis addenda ss. Ad. 728. 1 ,hic bono exemplo inducitur Micio irascentem iuste Demeam leniter ferre, quia exanimato ob maerorem non convenit inclementer ire obviam etc.', Ad. 855. 1 ,in haec scaena exemplum inducitur hominum, qui virtutem taedio deserunt ob contemptum eius apud omnes saeculumque vitiosius etc.', Ad. 763. 1, Ph. 231. 2, 153. 1, 153. 3, Ad. 882. 1, 540. 1, 355, Eun. 783. 1, 761. 1, cuius vocem ,vult' animadvertas, cf. etiam Eun. 730. 1 [1]). A

1) cf. ad rem schol. 58.

1) Schol. sanum non est: verbum *εἰρωνικῶς* non traditum, sed *γρωνικως*, cuius *ν* in ras. Totum autem enuntiatum ad poetam spectat. Quare recte *γνωμικῶς* scribi videtur, ut sensus sit scholii: poeta *γνωμικῶς*

quibus nimirum aliena ea, quae simpliciter scaenarum argumenta exhibent nec spectant ad utilitatem. Haec autem scholia utrum veterem disciplinae formam an recentiorem fabulas inspiciendi utilitatemque expiscandi rationem praebeant, non ultra perscrutemur, praesertim cum de utilitate sententiam ipsam minime recentem esse viderimus. Quae etiam hoc scholiorum numero probatur, quae arte coniungenda sunt cum scholio primo loco laudato Hipp. 612, scil. An. 67 et 68. 1. 2. 3, quae sunt de verbis „hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit" ‚improbatur a sapientibus haec sententia, nam obsequium assentator debet, amicus veritatem. Sed in theatro dicitur, non in schola', ‚huius versus pars improbior est „veritas odium parit" ', ‚sententia παράδοξος et magis theatro apta quam officio', ‚ἀμφίβολος sententia et probabilis magis quam necessaria aut honesta', El. 47 μὴ σμικρολόγως τις ἐπιλάβηται ὡς κελεύοντος ἐπιορκεῖν τοῦ ποιητοῦ κτλ., Ai. 554 b δεῖ λαβεῖν τοῦτο ὡς ἐπὶ παιδίου. οὐ γὰρ καθόλου τὴν ἀφροσύνην προκρίνει, Phoen. 504 οὐκ ἐπιτιμητέον δέ· ἁρμόδιοι γὰρ οἱ λόγοι ἀνδρὶ πλεονεξίαν διώκοντι. Quibus in scholiis verbis certis et bene electis expositum est, quam temere interdum ut scholae magistri sententias alicuius personae verba ἐν ἤθει pronuntiata acceperint spectatores, ita ut prudentioribus et cautioribus monendum esset, non omnia statim καθόλου accipi debere ut philosophi τὰ ἠθικὰ docentis, sed primum tenendum esse in theatro a fabularum personis talia dici[1]). Brevioribus sed et ipsis propriis verbis res significata est in scholiis An. 60. 2 ‚intempestive Sosia respondet, sed prudentia tantae sententiae compensavit importunita-

et satis miro exemplo Chremetem ostendit Pythiam credere mutatam, postquam ipse mutatus est. Vox γνωμικῶς bene sententiae apta, cuius usus statim exempla afferentur.

1) Numquam defuisse, qui ne Euripidi quidem non satis facerent, videbis collato e. g. scholio Hipp. 385, cuius elocutio et ipsa amoena est ac lepida. Omnino autem Hippolyti commentator penitus perspectum habet Euripidis ingenium, ita ut magnam voluptatem iam commentario legendo percipiamus.

tem', quo ipsam oeconomiam neglegere licere poetae censet scholiasta, modo ut spectatoribus non nihil prosit, Ph. 357.1 ,communis locus in avaritiam generalitate approbatior: facillime enim de omnibus hoc quam de Demiphone creditur, et ideo „ignoratur" dixit et „neglegitur", non „ignorat" et „neglegit Demipho" '[1]), An. 679.4 ,utilis sententia pro sapiente contra fortunam', Ad. 592 ,haec scaena plena est sententiarum ad officia demonstranda', Ph. 241.2, An. 937.1, 511.1, Antig. 295 γνώμη. σημείωσαι περὶ φιλαργυρίας, Ant. 631 ὁ λόγος παροιμιακῶς, ὁπότε μὴ στοχασμῷ χρώμεθα, ἀλλ' αὐτόπται τῶν πραγμάτων γινόμεθα, Ai. 523 σχεδὸν διὰ τούτων τῶν ἰάμβων ἤρτηται τὸ περὶ εὐχαριστίας καὶ ἀχαριστίας, Ai. 1266, 760 cf. etiam 125, Hec. 1187 (schol. rec.) γνωμικόν. φιλοσοφώτατα ἄγαν τὰ ῥήματα, Don. Andr. 555.1 ,sententia γνωμική', Prom. 35 γνώμη, Prom. 685, El. 972 et saepe, Aesch. vit. γνῶμαι οὐ πάνυ scil. apud Aeschylum inveniuntur, Phoen. ὑπ. τὸ δρᾶμα .. γνωμῶν μεστόν ἐστι πολλῶν τε καὶ καλῶν. Verba autem rem optime significantia παιδευτικόν τι ἔγκειται τῷ λόγῳ vel similia in his scholiis invenimus, quae fere omnia apud Trend. p. 128 sqq. enotata sunt: O. R. 946, Ai. 118, O. R. 314, Ai. 1093, Eum. 95, Hec. 228 (om. Trend.) εὐπαίδευτον τοῦτό ἐστι κτλ., Ai. 161 (om. Trend.) κοινωνικὸς ὁ λόγος καὶ φιλάνθρωπος, Ai. ὑπ., 646, 1319, 780 (om. Trend.) διὰ πάντων διδάσκει ὅτι κρατεῖ τῶν ἀνθρωπίνων ἡ εἱμαρμένη καὶ γνῶναι μὲν τὰ ἐσόμενα διὰ τῆς μαντικῆς ἐστιν, οὐ μὲν καὶ φυλάξασθαι δυνατόν, El. 23, cf. etiam Ai. 815, praeterea Or. 414 (schol. rec.), Ai. 1085.

Alio deinde modo de utilitate sententia significata est in his scholiis: Don. Eun. 244.2 ,vehementer invectus est in tempora et mores sub hac persona, in qua' etc., cuius verba ,sub hac persona' reperiuntur s. 402.2 ,sub obtentu militis ea stultitia descripsit breviter comitem regium acceptumque imperatori'[2]), 232.1

1) Animadvertas scholiastae interpretandi rationem.

2) Verborum gratia conferas e. g. schol. Andr. 445 ταῦτα ἐπὶ τῷ

‚exprimit parasitum et sub eius verbis corruptos mores in assentationem ostendit, prorsus ut honestae quoque personae in huius modi culpa inventae sint‘, 1087.1 ‚cum ceteris rebus summus poeta etiam fidem ostendit amicitiae parasiticae exemplo Gnathonis de milite loquentis hoc modo‘, cf. 1025.1, 446.3, Ph. 315.1 ‚in hac scaena de parasitis vilioribus Ter. proponit imaginem vitae, ut in Eunucho de potioribus. animadvertendum autem huiusmodi genus hominum magis a Terentio lacerari‘, Eun. 232.2 ‚iam mire et pro saeculi ac temporum reprehensione satirice Ter., quod apud eum „stultum“ vocat simplicem parasitus et „intellegentem“ malum‘, cf. 260.2 ‚vide secundum vulgi opinionem loqui parasitum: „miserum“ et „famelicum“, hominem honestis moribus praeditum‘, 238.2 ‚sententiose et mordaciter in mores‘, Ph. 709.1 ‚irrisit homines Ter., quibus religio est aggredi negotium aliquod diebus decrescentibus‘, Hec. 555.1 ‚laudat ubique eos Ter., qui consuetudine vincuntur‘, Eun. 260.3 ‚vide ut sententiose demonstrat malos ex bonis contagione fieri, exemplis in pravum praevalentibus‘, praef. I 9 ‚in hac Ter. .. vitia hominum paulo mordacius quam in ceteris carpit‘, 251.2 ‚praeclare Ter., quod a satirico de aliis diceretur, id hic de se dicentem inducit, facetius multo, quam si aliter fecisset, *κακολογῶν* mores temporum iam tum vitiatorum per assentationem, quod fere in plerisque fabulis monstrat etc.‘, Hec. 274.3 ‚officium poetae boni est, nullum genus hominum specialiter laedere‘. Quibus scholiis id quod scholiis antea enotatis enarratum est completur, ita ut nihil fere ultra

---

Ἀνδρομάχης προσχήματί φησιν Εὐριπίδης κτλ., quo tametsi non ad ethographiam pertinet, tamen demonstratur haec omnia scholia unius familiae esse membra, cuius membrum ethographicum hic tractamus. conferas etiam e. g. El. 62 poeta *τετόλμηκέ τι κακόηθες εἰπεῖν καὶ προσκρουστικὸν εἰς τοὺς καθ᾽ ἑαυτόν* cum verbis scholiorum ad ethographiam spectantium.

desideremus, praesertim cum de utilitate sententia ipsa simplex sit nec multis egeat verbis explicantibus [1]).

Repetam liceat, quae hac parte VI de ethographia exhiberi vidimus: scilicet leges novas non necesse est ut observet poeta. Oportet autem certa quaedam in personis instituendis observari, quo iucundior spectatoribus eveniat fabula. Volunt enim spectatores e fabulis et fabularum personis aliquid discere de sua ipsorum vita degenda. Quare non excogitatas et insolitas personas induci oportet, quibus nihil commune sit cum spectatorum multitudine, sed tales, quales quivis perspicere possit, quippe quae multae in vita exstent. Itaque ut quae omnibus hominibus communia sint, id est generalia, potissimum inducat poeta postulandum est moribus singularibus ac subtilioribus plerumque relictis, neve omnino novarum in moribus instituendis rerum cupidus sit, sed teneat quod longo usu sit comprobatum. Praeterea indecora ne personis attribuat poeta neve omnino indecoris moribus instruat personas, ne spectatores offendat. Quos ut quam optime de vita doceat, homines inducat bonas neque ambiguas sententias proferentes, ita tamen, ut non animadvertant spectatores δογματίζειν poetam e personis; ita etiam sub personis tempora corrupta hominumque vitia carpat.

Hoc est, quod de ethographiae disciplina, quatenus in poetarum dramaticorum commentariis Graecis atque Latinis

---

1) in annotationibus de ss. Androm. 445 et El. 62 modo exhibitis aliud quid, quod ‚sub personis' poetas interdum significare censuerunt scholiastae, scil. suorum ipsorum temporum res atque personas, indicari. Exempla praeterea non pauca exstant, quorum enotare iuvat ss. Andr. 150, Or. 371 ab ethographia non admodum aliena. Etiam ut Athenas laudent *αἰνιττόμενοι* interdum operam dederunt tragici, de qua re scholia non pauca, quae ad summam tamen non pertinent ad mores, apud Trendelenburgium invenies. Postremo ne omiseris velim ss. Alc. 962 *ὁ ποιητὴς διὰ τοῦ προσώπου τοῦ χοροῦ βούλεται δεῖξαι, ὅσον μετέσχε παιδεύσεως*, [illegible] An. [illegible] ‚mire dixit latenter se laudans etc.', Ph. [illegible] 2 ‚plaudit sibi [illegible] [illegible] persona etc.', Ph. 278, 2 ‚oblique poeta se laudavit'

conspicitur, eruere adhuc potuimus. In altera operis parte Aristoteles, Horatius, aliorum scriptorum loci, recentiorum temporum tractatus in quaestionem vocandi sunt, deinde de tota disciplina ample et diligenter erit disserendum, ut qui auctores fuerint et quomodo exculta sit quoad potest cognoscatur.

Conspectus Capitum.

Index verborum potiorum.

Vita.

Natus sum **Hermannus Steinmann** Id. Jul. 1883 in vico Hannoverano, cui nomen est Eixe, patre Henrico, matre Ottilia e gente Ohnesorge; fidei addictus sum evangelicae. Inde ab anno 1892 gymnasium Hannoveranum quod vocatur Lyceum I frequentavi. Vere anni 1901 maturitatis testimonio instructus Gottingam me contuli, ut studiis philologicis me darem. Vere anni 1903 Berolinam migravi, unde eiusdem anni autumno Gottingam redii.

Docuerunt me viri doctissimi Diels Dilthey † Kekule Leo W. Schulze Schwartz Wackernagel Wentzel Wilamowitz Willrich; Busolt; Cohn; Baumann G. E. Müller; Althaus Bousset Harnack Otto Schürer Smend Titius Tschackert.

Philologo mihi maxime favit Fridericus Leo, toti homini Carolus Dilthey. Quorum vere discipulus nominari eo magis ut mihi contingat cupio atque opto, quo minus alteri vivo gratias referre licuit, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Multos homines dignos qui cognoscantur, in quibus etiam amicos, in philologorum Gottingensium societate repperi.

DE POESI AMATORIA A COMICIS ATTICIS EXCVLTA, AB ELEGIACIS IMITATIONE EXPRESSA.

PARS PRIOR.

DISSERTATIO INAVGVRALIS,

QVAM AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM MARPVRGENSIVM ORDINE RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

VOLKMAR HOELZER
ERFORDIENSIS.



MARPVRGI CATTORVM
TYPIS FRIEDERICI TYPOGRAPHI ACADEMICI
MDCCCIC.

Dissertatio inauguralis ab amplissimo philosophorum ordine probata a. d. V Kal. Mart. anni h. s. IC.

Patris memoriae sacrum.

Quamquam cum alii viri docti[1]) tum nuper Fridericus Leo[2]) demonstraverunt elegiacos Romanorum poetas in rebus amatoriis tractandis saepius cum comicis consentire, tamen me de eadem re, quam illi obiter attigerunt, uberius et fusius haud sine fructu denuo disputare posse spero. Ad quod propositum ipsum priusquam aggrediar, qua via consensio, quae inter comicos et elegiacos Romanorum poetas intercedit, explicari possit, exponere conabor. Nam Tibullum, Propertium, Ovidium imitatos esse Plautum et Terentium verisimile non est, cum veteres Romanorum poetas[3]) et imprimis comicos ab Augustei aevi poetis despectos et contemptos esse videamus.[4]) Atticorum contra novam, quae fertur, comoediam inter alios Augustei aevi scriptores Propertius et Ovidius admirati maxime sunt, ut saepe testantur:

Prop. II 6, 1 sqq.

non ita complebant Ephyreae Laidos aedes,
ad cuius iacuit Graecia tota fores,
turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim
tanta, in qua populus lusit Erichthonius.

Prop. III 21, 27 sqq.

persequar aut studium linguae, Demosthenis arma,
ridebove tuos, culte Menandre, sales.

---

1) Dissen ad Tibulli I 1, v. 46 et 72; 1 2, v. 1.
Hertzberg et Rothstein passim in commentariis in Propertium
Huschke, Analecta critica in anthol. Graec. Jenae et Lipsiae 1800, p. 171 sqq.
E. Rohde, Der griechische Roman u. seine Vorlaeufer. Leipz. 1876, p. 146 sqq.
Th. Birt, Elpides. Marburg 1881, p. 72 sqq. et p. 121 sqq.

2) Plautinische Forschungen. Berlin 1895, p. 129 sqq.

3) Teuffel-Schwabe, Geschichte der Roem. Litt. p. 172, 1.

4) Horatius, epist. II 1, 160 sqq. et 168 sqq. art. poet. 270 sqq. Quintilian inst. orat. X 1, 99.

Prop. IV 5, 41 sqq.

nec te Medeae delectent probra sequacis
(nempe tulit fastus, ausa rogare prior),
sed potius mundi Thais pretiosa Menandri,
cum ferit austeros comis amica Getas.

Ovid. amor. I 15, 17 sq.

dum fallax servus, durus pater, improba lena
vivent et meretrix blanda, Menandros erit.

Ovid. art. III 331 sq.

nota sit et Sappho (quid enim lascivius illa?)
cuique pater vafri luditur arte Getae.

Ovid. art. III 604.

ut sis liberior Thaide, finge metus!

Ovid. remed. v. 382 sqq.

quis feret Andromaches peragentem Thaida partes?
peccat, in Andromache Thaida quisquis agat.
Thais in arte meast: lascivia libera nostrast;
nil mihi cum vitta: Thais in arte meast.

Ovid. trist. II 369 sq.

fabula iucundi nulla est sine amore Menandri
et solet hic pueris virginibusque legi.

Quibus locis perspectis haud inepte coniciat quispiam inter elegos et comoedias Romanorum ideo similitudinem quandam esse, quod Tibullus, Propertius, Ovidius ex isdem Atticorum comoediis hauserint, quas iam multo ante comici Romanorum poetae sint imitati. Huc accedit, quod elegiaci Romanorum poetae etiam cum fragmentis comicorum Atticorum saepius consentiunt. Tamen rem ita esse non credam, nam Propertio et Ovidio, qui semper Callimachum et Philetam summis laudibus tollunt imitandosque sibi proponunt, Alexandrinorum elegos amatorios ante oculos fuisse ex ipsorum certissimis testimoniis elucet. [1]) Tibullus quoque, quamquam nullum Graecum auctorem laudat neque tantam Alexandrinae doctrinae speciem

1) Prop. II 1, 40 sq. Prop. II 34, 31 sq. Prop. III 1, 1 sq. Prop. III 3, 51 sq. Prop. III 9, 43 sq. Prop. IV 1, 61 sq., Prop. IV 6, 2 sq. Ovid. amor. I 15, 13 sq. amor. II 4, 19 sq. art. III 329 sq. remed. 381 sq. remed. 759 sq. trist. I 6, 1 sq. trist. II 367 s. ex Pont. III 1, 58; Ibis 55. Quibus addas Catull. LXV 16, Catull. CXVI 2. Statii silv. I 2, 252 sq. Quintilian. inst. or. X 1, 58 et X 1, 93.

prae se fert, tamen a Diomede grammatico[1]) Alexandrinorum imitatoribus adnumeratur, atque saepius a viris doctis eum Alexandrinorum vestigia pressisse probatum est.[2]) Quibus de causis Tibullum, Propertium, Ovidium neque ex Atticorum neque ex Romanorum comoediis recta via hausisse puto, sed consensio illa mihi ita explicanda videtur, ut ex comoediis Atticis res amatoriae in elegos Alexandrinos, quorum poetae haud multo post novae comoediae scriptores floruerunt, et ex iis deinceps in elegos Romanorum fluxerint. Qua in opinione nobis, quod Alexandrinorum carmina iniquitate temporum perierunt, acquiescendum esset, nisi a viris doctis demonstratum esset anthologiae Palatinae poetas plurimos, deinde Nonnum, Musaeum,[3]) tum Aristaenetum, Philostratum,[4]) denique eroticos, quos dicimus, scriptores[5]) saepe Aiexandrinorum vestigia pressisse. Nunc vero circuitione quasi et anfractibus ad Alexandrinorum elegos pervenire possumus, itaque si magnam partem rerum amatoriarum, quibus Tibullus, Propertius, Ovidius cum Plauto et Terentio et comicorum Atticorum fragmentis consentiunt, etiam apud imitatores illos Alexandrinorum reperimus, aut certo aut non sine magna veritatis specie affirmare possumus eas ex comoediis Atticis ab elegiacis Alexandrinorum poetis desumptas, tum denique imitatoribus Romanis traditas esse. Et locum quidem, qui est de spe, Tibull. II, 6, 19 sqq. et Ovid. ex Pont. I 6, 27 sqq., hac via propagatum esse iam ita evicit Birtius in Elpidibus. Amatoriarum autem rerum consensionem me his, quae sequuntur probaturum esse spero.

---

1) grammat. Latin. I p. 484 (ed. Keil) .... quod genus carminis praecipue scripserunt apud Romanos Propertius et Tibullus et Gallus imitati Graecos Callimachum et Euphoriona.

2) Maass, Hermes XVIII p. 321 sq. Hermes XXIV p. 526 sq. Birt, Elpid. p. 121. Belling, Albius Tibullus, Berlin 1897, p. 85 sq., p. 111, p. 125, p. 163 sq., p. 177.

3) Cf. Mallet, Quaestiones Propertianae, Gottingae 1882, ubi p. 2 reliquos viros doctos, qui de hac re egerunt, enumeratos invenies.

4) Dilthey, De Callimachi Cydippa, Lips. 1863. Leo l. l. p. 128.

5) Rohde, Der griechische Roman p. 145 sqq.

Ac primum quidem, ut Aratus ab Iove sibi incipiendum putat, sic mihi de amore disputaturo rite a deo Amore initium capiendum sit. Hunc enim poetae comici omnium deorum potentissimum esse, cui neque dei neque homines umquam resistere possint, affirmant. Sed cum Amoris descriptiones, quae nobis in comoediis occurrunt, haud raro ex tragoediis Graecorum pendere videantur, paucos tragicorum locos, qui huc pertineant, praemittam.[1]) Euripides igitur dicit in Auges fragmento 269, Nauck ed. 2 p. 438:

Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν
καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,
ἢ σκαιός ἐστιν ἢ καλῶν ἄπειρος ὤν,
οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν.

Quae verba Euripidis, quin comico cuidam Graeco, quem Caecilius Statius expressit, ante oculos versata sint, dubitari non potest, cum apud Ciceronem Tusc. disp. IV, 32, 68 (Ribbeck, com. Rom. frg. ed. 3 p. 88 v. 259 sqq.) legamus Caecilium scripsisse:

(Amorem) deum qui non summum putet,
aut stultum aut rerum esse imperitum existumem.

Quibus apte adiungas:

Menandri frg. 235, Kock III p. 67

εἶτ' οὐ μέγιστός ἐστι τῶν θεῶν Ἔρως,
καὶ τιμιώτατός γε τῶν πάντων πολύ;
οὐδεὶς γάρ οὕτως ἐστὶ φειδωλὸς σφόδρα
ἄνθρωπος οὐδ' οὕτως ἀκριβὴς τοὺς τρόπους,
ὃς οὐχὶ τούτῳ μερίδα τῷ θεῷ νέμει
τῆς οὐσίας.

et frg. 449, K. III p. 129

Ἔρως δὲ τῶν θεῶν
ἰσχὺν ἔχων πλείστην ἐπὶ τούτου δείκνυται·
διὰ τοῦτον ἐπιορκοῦσιν τοὺς ἄλλους θεούς.

Amori autem non solum omnes alios deos, sed etiam Iovem ipsum, deorum atque hominum rectorem, subiectum esse tragici poetae compluribus locis contendunt,[2]) ut Sophocles Trach.

1) Ad testimona autem colligenda me nonnumquam usum esse copiis exemplorum a Leone, Diltheyo, Rohdio, Malletio, Hertzbergio, Rothsteinio, aliis congestis hic semel profiteor, ne mihi suo quoque loco semper indicandum sit.

2) Cf. Kalkmann, De Hippolytis Euripideis, Bonnae 1882, p. 12 sq.

443 sq. et 500 sq. Sophocl. frg. 855, 12 sq. N. p. 329; Euripid. Hippolyt. 453 sqq. Euripid. frg. 136, N. p. 399. Ex quibus unum modo Euripidis fragmentum exscribam:

frg. 431, N. p. 493

Ἔρως γὰρ ἄνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται
οὐδ᾽ αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω
ψυχὰς χαράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται.
καὶ τόνδ᾽ ἀπείργειν οὐδ᾽ ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεύς, ἀλλ᾽ ὑπείκει καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

Congruit autem Menandri Herois frg. 209, K. III p. 60

δέσποιν᾽ Ἔρωτος οὐδὲν ἰσχύει πλέον,
οὐδ᾽ αὐτὸς ὁ κρατῶν τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν
Ζεύς, ἀλλ᾽ ἐκείνῳ πάντ᾽ ἀναγκασθεὶς ποιεῖ.

Iam vero, quomodo comicos poetas hac in re elegiaci Alexandrinorum poetae imitati sint, videamus. Nam quoniam Alexandrini poetae multas alias res, ut me postea demonstraturum esse confido, ex comoediis deprompserunt, similes Amoris descriptiones non recta via ex tragoediis, sed comoediis interpositis in elegias venisse puto,[1]) quamquam illud quoque fieri potuisse concedo. Afferam igitur primum nonnullos Ovidii locos, quibus idem fere dicat de Amoris vi ac tragici et comici poetae:

Ovid. heroid. IV 11 sq.

quidquid Amor iussit, non est contemnere tutum:
regnat et in dominos ius habet ille deos.

Ovid. amor. I 2, 37

superas hominesque deosque.

Ovid. met. V 369 sq.

tu superas ipsumque Iovem, tu numina ponti
victa domas ipsumque, regit qui numina ponti.

Cf. Ciris v. 134 sq. anthol. lat. (ed. Riese) 221.

Talia autem scripta esse ab Alexandrinis Ovidii auctoribus confirmant strenui Alexandrinorum sectatores, erotici, quos dicimus, scriptores. Inspicienda enim sunt haec: Longi

---

1) Praesertim cum a Quintiliano tradatur Menandrum Euripidis aemulatorem esse inst. orat. X 1, 69: (Euripidem) admiratus maxime est, ut saepe testatur, et secutus, quamquam in opere diverso, Menander. Cf. etiam, quae Leo, Plautin. Forsch. p. 102 sqq. et 141 sqq. de tragoediarum imitatione exposuerit.

pastor. (ed. Hercher) II 7, 2 δύναται δὲ (ὁ Ἔρως) τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ ὁ Ζεύς· κρατεῖ μὲν στοιχείων, κρατεῖ δὲ ἄστρων, κρατεῖ δὲ τῶν ὁμοίων θεῶν. Heliodor. Aethiop. (ed. Hirschig) IV 10, 47 μέγιστος γὰρ θεῶν ὁ Ἔρως καὶ ἤδη καὶ θεῶν αὐτῶν ποτε κρατεῖν λεγόμενος. Chariton. (ed. Hercher) VI 3, 2 τίς γάρ ἐστιν Ἔρως πρότερον ἤκουον ἐν μύθοις τε καὶ ποιήμασιν, ὅτι κρατεῖ πάντων τῶν θεῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ Διός.

Cum Amor tantum valeat, amantes nonnumquam de nimia eius potentia queruntur, ut in Naevii Gymnastico frg. com. Rom. v. 55, p. 17 Ribb.

edepol, Cupido, cum tu tam pausillus, nimis multum vales.

Ecce, iterum concordant elegiaci poetae cum comicis:

Ovid. amor. I 1, 13

sunt tibi magna, puer, nimiumque potentia regna.

Huc apponas Achillis Tatii I, 2, 1 (ed. Hercher) ἔβλεπον τὸν ἄγοντα τὸν βοῦν Ἔρωτα καὶ 'οἷον', εἶπον, 'ἄρχει βρέφος οὐρανοῦ καὶ γῆς καί θαλάττης'.

Quibus peractis iterum longam illam, sed mea quidem sententia haud infructuosam viam a tragoediis ad comodias, deinde ad elegos eamus. Proficiscendum autem ex nonnullis tragicorum locis, quibus Amor ut bellator vel pugil invictus, cui omnes dei hominesque cedant, depingitur:

Sophocl. Trach. 441 sqq.

Ἔρωτι μὲν νῦν ὅστις ἀντανίσταται
πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ.
οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν, ὅπως θέλει.

Comparentur etiam Sophocl. Antig. 781 Ἔρως ἀνίκατε μάχαν et Euripid. frg. 430, 3, N. p. 492 Ἔρωτα πάντων δυσμαχώτατον θεόν. Quae eadem fere ab Amore in Venerem, alioquin mollem et mitem deam, transferuntur in Sophoclis fragmento incert. 855, 13, N. p. 329

τίν' οὐ παλαίουσ' ἐς τρὶς ἐκβάλλει θεῶν.
εἴ μοι θέμις, θέμις δὲ τ' ἀληθῆ λέγειν,
Διὸς τυραννεῖ πλευμόνων, ἄνευ δορός,
ἄνευ σιδήρου.

Quorum non immemores videntur comici Atticorum poetae, quos Plautus in Cistellaria et Persa expressit, ubi legimus:

Cistell. 300

cave sis, cum Amore tu umquam bellum sumpseris.

Pers. 3 sqq.

nam cum leone, cum excetra, cum cervo, cum apro Aetolico,
cum avibus Stymphalicis, cum Antaeo deluctari mavelim
quam cum Amore.

Quo eodem fere modo admonentur amatores a Vergilio et Ovidio, ne Amori resistant:

Ovid. amor. I 2, 8 sqq.

et possessa ferus pectora versat Amor.
cedimus, an subitum luctando accendimus ignem?
cedamus! leve fit, quod bene fertur onus.

Ovid. remed. 530 sq.

et tua saevus Amor sub pede colla premit:
desine luctari.

Vergil. eclog. X 69

omnia vincit Amor: et nos cedamus Amori.

Iam vero similia verba nobis occurrunt apud Heliodorum II 7, 6 *ταῦτα μὲν, ἔφη, καὶ ἐπαίνων ἄξια κατ' ἐμὲ κριτὴν καὶ ἄλλον, ὅστις Ἔρωτι προσπαλαίσας ἡττήθη τε τὴν μάχην ἡδέως καὶ τἀκείνου σωφρόνως ἔγνωκεν ἀπαραίτητα πτώματα.*

Deinde de invicto Amoris impetu, contra quem omnes frustra pugnent, agunt hi loci:

Ovid. heroid. IX 25 sq

quem non mille ferae, quem non Stheneleius hostis,
non potuit Iuno vincere, vincit Amor,

et Aristaeneti epist. I 15, p. 146 (ed. Hercher) *Ἔρωτος δὲ φανέντος γέγονε ῥίψασπις εὐθὺς ὁ τέως θρασύς, καὶ τὴν δεξιὰν ἀκοντὶ προςανατείνας ὡμολόγει τὴν ἧτταν, τῆς δὲ μάχης ὑπανεχώρει.* Tum arcessi possunt:

Prop. II 30, 31 sq.

quodsi nemo extat, qui vicerit alitis arma,
communis cnlpae cur reus unus agor?

et Philippi epigramma anthol. Pal. XII 215, 7 sq.

οὐκ ἄχθος θνητοῖς εἴκειν βελέεσσιν Ἐρώτων,
δαίμονες οἷς ὅπλων κόσμον ἔδωκαν ἔχειν.

Porro Amoris iussa celerrime et accuratissime perficienda esse legimus apud Plautum:

Curcul. 3 sqq.

quo Venus Cupidoque imperat, suadet Amor:
si media nox est, sive est prima vespera,
si status, condictus cum hoste intercedit dies,
tamen est eundum, quo imperant ingratiis

et Poenul. 447 sq.

ibo atque arcessam testes, quando Amor iubet
me oboedientem esse servo liberum.

Ne eam quidem sententiam frustra apud elegiarum scriptores indagabis, dicunt enim:

Tibullus I 6, 30

iussit Amor: contra quis ferat arma deos?

Ovid. heroid. IV 10 sq.

dicere quae puduit, scribere iussit Amor.
quidquid Amor iussit, non est contemnere tutum.

Sed ad aliud Plauti enuntiatum animum advertamus:

Mercat. 854 sqq.

O Cupido, quantus es,
nam tu quemvis confidentem facile tuis factis facis,
eundem ex confidente actutum diffidentem denuo.

Quocum similitudinem quandam praebent Tibullus et Ovidius:

Tibull. III 6, 13

ille facit dites animos deus, ille ferocem
contudit.

Ovid. amor. II 18, 4

et tener ausuros grandia frangit Amor.

Immo vero ipsius Alexandrini aevi poetam, Theocritum, afferre possumus, cum scribat id. XXIX 22, sqq.

ὁ δέ τοί κ' Ἔρος οὐ χαλεπῶς ἔχοι,
ὃς ἀνδρῶν φρένας εὐμαρέως ὑποδάμναται,
κ' ημὲ μαλθακὸν ἐξ ἐποίησε σιδαρίω.

Sequitur, ut pauca proferam de Plauti Trucul. v. 317 sqq.

verum ego illum, quamquam violentust, spero immutari pote
blandimentis, oramentis, ceteris meretriciis.
vidi equom ex indomito domitum fieri atque alias beluas.

Amant enim elegiaci quoque poetae hominem amantem contra Amoris vim frustra repugnantem cum equis, tauris, aliis animalibus, quae quamvis fera, tamen frenis tandem domantur, comparare:

Ovid. amor. I 2, 13 sqq.

verbera plura ferunt, quam quos iuvat usus aratri,
detrectant prensi dum iuga prima boves;
asper equus duris contunditur ora lupatis
frena minus sentit, quisquis ad arma facit.
acrius invitos multoque ferocius urget,
quam qui servitium ferre fatentur, Amor.

Ovid. trist. IV 6, 1 sqq.

tempore ruricolae patiens fit taurus aratri
praebet et incurvo colla premenda iugo,
tempore paret equus lentis animosus habenis
et placido duros accipit ore lupos,
tempore Poenorum compescitur ira leonum,
nec feritas animo, quae fuit ante, manet.
quaeque sui iussis obtemperat Inda magistri
belua, servitium tempore victa subit.

Prop. II 4, 3 sq.

ac veluti primo taurus detrectat aratra,
post venit assueto mollis ad arva iugo,
sic primo iuvenes trepidant in amore feroces,
dehinc domiti post haec aequa et iniqua ferunt.

Tibull. III 6, 15 sqq.

Armenias tigres et fulvas ille leaenas
vicit et indomitis mollia corda dedit.
haec Amor et maiora valet.

Huc adde Prop. II 34, 47 sqq. Ovid. heroid. IV 21 sqq. Ovid. her. II 97 sq. Ovid. art. II 97 sq. Ovid. art. II 183 sq. Ciris 135 sqq. Lydiae 28 sqq. anthol. Lat. 200, 81. Ipsum vero Alexandrinae elegiae principem hac comparatione usum esse magno cum gaudio videmus:

epigr. XLV anthol. Pal, XII 149

*'ληφθήσει † περὶ φεύγε, Μενέκρατες' εἶπα Πανήμου
εἰκάδι, καί Λῴου τῇ τίνι; τῇ δεκάτῃ
ἦλθεν ὁ βοῦς ὑπ' ἄροτρον ἑκούσιος* eqs.

Quocum componas:

Rufini epigr. anthol. Pal. V 22

*σοί με λάτριν γλυκύδωρος Ἔρως παρέδωκε, Βοῶπι,
ταῦρον ὑποζεύξας εἰς πόθον αὐτόμολον.*

Marci Argentarii epigr. anthol. Pal. IX 222, 5

*ὁ (Ἔρως) γὰρ καὶ θῆρα δαμάζων
ἄγριον, οὐδ' ὀλίγων φείσεται ἁμερίων.*

Longi pastor. II 7, 4 *ἔγνων δ' ἐγώ καὶ ταῦρον ἐρασθέντα, καὶ ὡς οἴστρῳ πληγεὶς ἐμυκᾶτο.* Quae exempla si consideraveris, facile concedes sententiam illam ex comoedia aliqua Attica ad Alexandrinos, deinde ad Romanos poetas elegiacos fluxisse.

Nunc vero ad Plautum redeamus in cuius Mercatore unus adulescens alteri, qui propter infelicem amorem patriam relinquere vult, dicit v. 652 sqq.

quis modus tibi exilio tandem eveniet, qui finis fugae?
quae patria aut domus tibi stabilis esse poterit? dic mihi.
cedo, si hac urbe abis Amorem te hic relicturum putas?

Porro in Plauti Trimumno legimus v. 668

ita est Amor, ballista ut iacitur: nihil sic celere est neque volat.

Quibus duobus locis, cum Plauti fabulae Mercator et Trinummus ex Philemonis expressae sint, fortasse Plauti auctor, Philemo, in exemplari Graeco tales tragicorum locos attigerat ut:

Sophocl. Antig. 785 sqq.

(Ἔρως) φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος ἔν τ' ἀγρονόμοις αὐλαῖς,
καὶ σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς
οὔθ' ἁμερίων σέ γ' ἀνθρώπων.

vel Euripidis Hippolyt. 1269 sqq.

σὺν δ'
ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν
ὠκυτάτῳ πτερῷ,
ποτᾶται δ' ἐπὶ γαῖαν εὐάχητόν θ'
ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον.
θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ
πτανὸς ἐφορμάσῃ eqs.

Sed talia potius omittamus, ne certa incertis turbentur; at certo congruunt cum Plauto elegiaci poetae, cum fieri posse negant, ut Amoris ullo modo celeritatem effugias:

Prop. II 30, 1 sqq.

quo fugis ah demens? nulla est fuga: tu licet usque
ad Tanain fugias, usque sequetur Amor eqs.

Ovid. heroid. XII 135 sq.

iussa domo cessi natis comitata duobus
et, qui me sequitur semper, amore tui.

Propertium autem et Ovidium Alexandrinorum vestigiis institisse apparet ex his exemplis:

Bion. id. X (XVII) 6 sq.

ἐς τί δέ νιν πτανὸν καὶ ἑκαβόλον ὤπασας ἦμεν,
ὡς μὴ πικρὸν ἐόντα δυναίμεθα τῆνον ἀλύξαι;

Archiae epigr. anthol. Pal. V 59

φεύγειν δεῖ τὸν Ἔρωτα; κενὸς πόνος. οὐ γὰρ ἀλύξω
πεζὸς ὑπὸ πτηνοῦ πυκνὰ διωκόμενος,

Meleagri epigr. anthol. Pal. V 139

ποῖ σε φύγω; πάντη με περιστείχουσιν Ἔρωτες
οὐδ' ὅσον ἀμπνεῦσαι βαιὸν ἐῶσι χρόνον.

Eiusdem epigr. anthol. Pal. XII 213

φεύξομ', Ἔρως, ὑπὸ γᾶν σε. τί δὲ πλέον; οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
σὰν ἔφυγε ῥώμαν πανδαμάτωρ Ἀΐδας.

Longi pastor. prooem. 4, Eustathii II 13, 5.

At saepius comici poetae e contrario deum istum volare negant, cum hominem, quem semel corripuerit, numquam relinquat; et artifices, qui deum Amoris imagine repraesentaverint, vituperant, quod vera dei natura non perspecta Amorem falso alis ornatum finxerint. Qua in re iterum elegiacos Alexandrinorum poetas comicorum sectatores deprehendes. Similitudinem enim intercedere inter Eubuli fragmentum 41, K. II p. 178 et Propertii carmen II 12 iam pridem viderunt viri docti. [1]) En versus:

τίς ἦν ὁ γράψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα
ἢ κηροπλαστήσας Ἔρωθ' ὑπόπτερον;
ὡς οὐδὲν ᾔδει πλὴν χελιδόνας γράφειν,
ἀλλ' ἦν ἄπειρος τῶν τρόπων τῶν τοῦ θεοῦ·
ἔστιν γὰρ οὔτε κοῦφος οὔτε ῥᾴδιος
ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον,
βαρὺς δὲ κομιδῇ. πῶς ἂν οὖν ἔχοι πτερὰ
τοιοῦτο πρᾶγμα; λῆρος, εἰ κἄφησε τις.

Propertii II 12, 1—18

quicumque ille fuit puerum qui pinxit Amorem,
nonne putas miras hunc habuisse manus?
is primum vidit sine sensu vivere amantes
et levibus curis magna perire bona.
idem non frustra ventosas addidit alas,
fecit et humano corde volare deum.
scilicet alterna quoniam iactamur in unda
nostraque non ullis permanet aura locis,
et merito hamatis manus est armata sagittis
et pharetra ex umero Gnosia utroque iacet:
ante ferit quoniam, tuti quam cernimus hostem,
nec quisquam ex illo vulnere sanus erit.
in me tela manent, manet et puerilis imago.
sed certe pennas perdidit ille suas,
evolat a! nostro quoniam de pectore nusquam, [2])

1) Cf. Mallet, quaest. Prop. p. 48.

2) quibus cum verbis comparandum esse monuit me magister meus Birtius anthol. lat. 896, 5

'cur ita complicitis alis'? numquam evolat.

assiduusque meo sanguine bella gerit.
quid tibi iucundum est siccis habitare medullis?
si puer est, alio traice bella tua.

Quamquam hic laudat, ille vituperat pictorem, tamen consentiunt deum illum, qui tam lente haereat, alas non habere. Sed rem compluribus exemplis illustrare possumus. Sic dicit Aristophon frg. 11, K. II p. 280 Amorem apud homines remanere, quod pennis a reliquis deis spoliatus sit. Tum pictores ignaros esse affirmat eodem modo atque Eubulus Alexis duobus fragmentis:

frg. 945, 3, K. II p. 387

καί μοι δοκοῦσιν ἀγνοεῖν οἱ ζωγράφοι
τὸν Ἔρωτα, συντομώτατον δ' εἰπεῖν, ὅσοι
τοῦ δαίμονος τούτου ποιοῦσιν εἰκόνας eqs.

et frg. 20, K. II p. 305

λέγεται γὰρ λόγος
ὑπὸ τῶν σοφιστῶν μὴ πέτεσθαι τὸν θεὸν
τὸν Ἔρωτα, τοὺς δ' ἐρῶντας. αἰτίαν δ' ἔχειν
ἐκεῖνον ἄλλως, ἠγνοηκότας δὲ τοὺς
γραφεῖς ἔχοντα πτέρυγας αὐτὸν ζωγραφεῖν.

Verbis μὴ πέτεσθαι τὸν θεὸν τὸν Ἔρωτα, τοὺς δ' ἐρῶντας utrum significetur levitas et temeritas amantium, quam Propertius quoque commemorat v. 3: 'is primum vidit sine sensu vivere amantes et levibus curis magna perire bona', an corporis alacritas et celeritas, in medio relinquam, nam etiam huc referri possunt, ut docet Caecilii Statii frag. incert. XIII, Ribb. p. 88

Venerio cursu veni prolato pede.

Deinde, ut similia a poetis Alexandrinis recepta esse comprobetur, adeamus Ovidium et Heliodorum:

Ovid. met. I 540 sqq.

qui tamen insequitur pennis adiutus Amoris,
ocior est requiemque negat tergoque fugacis
imminet eqs.

Propius etiam accedunt ad Alexidis verba ea, quae apud Heliodorum IV 2 iuvenis, qui cursus certamen inire vult, dicit: οὐκ οἶσθα, ὅτι καὶ τὸν Ἔρωτα πτεροῦσιν οἱ γράφοντες τὸ εὐκίνητον τῶν ὑπ' αὐτοῦ κεκρατημένων αἰνιττόμενοι; Tum Longi II 7, 1 θεός ἐστιν, ὦ παῖδες, ὁ Ἔρως, νέος καὶ καλὸς καὶ

πετόμενος. διὰ τοῦτο καὶ νεότητι χαίρει καὶ κάλλος διώκει καὶ τὰς ψυχὰς ἀναπτεροῖ.

Sed pergam locos afferre, quibus Amorem in corde amantis versari neque removeri posse legimus:

Plaut. Poenul. 196

quamquam Cupido in corde versatur eqs.

Ovid. amor. I 1, 26

uror et in vacuo pectore regnat Amor.

Ovid. amor. II 9, 53

(Cupido) indeserta meo pectore regna gere.

Ovid. amor. II 9, 2

O in corde meo desidiose puer.

Ovid. amor. I 6, 34 sq.

solus eram, si non saevus adesset Amor,
hunc ego, si cupiam, nusquam dimittere possum.

Prop. III 21, 5 sq.

omnia sunt tentata mihi, quacunque fugari
possit, at ex omni me premit ille deus.

Cf. Ovid. remed. 107 sq. et 267 sq.

Graecis autem fontibus usos esse Ovidium et Propertium conicias ex Meleagri epigrammate anthol. Pal. V 212, 5 sq.

ὦ πτανοί, μή καί ποτ᾽ ἐφίπτασθαι μέν, Ἔρωτες,
οἴδατ᾽, ἀποπτῆναι δ᾽ οὐδ᾽ ὅσον ἰσχύετε;

et ex Pauli Silentiarii [1]) epigrammate anthol. Pal. 268, 5 sqq.

ἀστεμφής, ἀδόνητος ἐνέζεται, οὐδὲ μετέστη
εἰς ἐμὲ συζυγίην κειράμενος πτερύγων.

Adde denique Nicetae Eugeniani II 129 sqq.

μὴ δειλιάτω τῶν πτερύγων τὸν κρότον·
Ἔρως γὰρ ὥσπερ ἐμπεσὼν ἐν ἰξίῳ
τῇ καρδίᾳ μου συγκρατεῖται καὶ μένει.

Haec fere de Amoris descriptionibus proferenda sunt. Quod ad Venerem, alterum amandi numen, attinet, plerumque mitior ac propitior dea quam Amor exsistit; qua de causa amantes ei supplicant, vota et sacrificia faciunt, gratias agunt. Quae cum comici et elegiaci poetae haud aliter quam cuiusvis aevi poetae describant neque quidquam proprium praebeant, omittere possumus, nam nihil valent ad demonstrandum, quo-

1) Hunc enim Propertii carmina non novisse, sed utrumque ex communi fonte hausisse satis probavit Malletius l. l.

modo hi illos secuti sint. Relictis igitur deis ad homines amantes progrediamur. Plauti enim et Terentii viginti sex fabulae, quae nobis servatae sunt, omnes praeter Captivos homines amantes in scenam producunt. In maiore autem fabularum parte argumenti summa fere haec est, ut iuvenis quidam bono genere ortus meretricem amet, quam multis impedimentis vi et dolo superatis tandem sive lenoni sive rivali eripiat. Puellae, quae in comoediis amantur, magna ex parte meretrices sunt, nam apud Plautum solummodo in Amphitruone, Aulularia, Casina, Trinummo, Sticho, Captivis, apud Terentium in Phormione nulla meretrix comparet. Itaque Plauti et Terentii fabulae, cum Attica exemplaria in linguam Latinam transtulerint, nobis omnem consuetudinem, quam adulescentes Athenienses cum meretricibus habebant, ante oculos ponunt. Itemque rebus amatoriis, de quibus Tibulli, Propertii, Ovidii carmina agunt, subest usus et commercium, quod iuvenibus nobilibus cum meretricibus erat, sed ipsorum poetarum, non aliorum iuvenum amores hic enarrantur. Atque Deliam, Neaeram, Cynthiam, Corinnam in elegis haud aliter amatores excludere, spoliare, eludere atque avaras meretrices Atheniensium in comoediis postea videbimus. Nunc vero primum, quomodo facies et pulchritudo amatae puellae apud comicos et elegiacos poetas depingatur, breviter adumbrabo.

Audiamus ergo amatores ipsos, qui amicam suam omnes alias mulieres pulchritudine longe superare contendere solent:

Plaut. Mercat. 101 sq.

ecce ad me advenit
mulier, qua mulier aliast nulla pulchrior.

Terent. Andriae 189 sqq.

forte unam aspicio adulescentulam
forma So.: bona fortasse. Si.: et voltu, Sosia,
adeo modesto, adeo venusto, ut nil supra.

Plaut Poenul. 1193

sicut nos hodie inter alias praestitimus pulchritudine.

Terent. Eunuch. 296 sq.

o faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres:
taedet cottidianarum harum formarum.

Similia autem exstant apud Propertium et Ovidium et Graecos Alexandrinorum imitatores:

Prop. III 8, 35

gaude, quod nulla est aeque formosa.

Ovid. heroid. XV (XVI) 143 sq.

nec tibi par usquam Phrygia nec solis ab ortu
inter formosas altera nomen habet.

Xenophon. Ephes. I 1, 1 γίνεται παῖς Ἀβροκόμης, μέγα τι χρῆμα κάλλους οὔτε ἐν Ἰωνίᾳ οὔτε ἐν ἄλλῃ γῇ πρότερον γενομένου. Xen. Ephes. I 2, 5 ἦν δὲ τὸ κάλλος τῆς Ἀνθείας οἷον θαυμάσαι καὶ πολὺ τὰς ἄλλας ὑπερεβάλλετο παρθένους. Aristaenet. II 21 πάσας ἐν πᾶσι νενίκηκας, ὡς ἔπος, τῷ σχήματι, τῷ κάλλει, ταῖς χάρισιν.

Deinde haec verba conferri possunt:

Eunuch. 5

primam dices, scio, si videris.

Ovid. amor. I 8, 25

et cur non placeas? nulli tua forma secundast.

Crinagorae epigr. anthol. Pal. V 108, 5 sq.

Πρώτη σοὶ ὄνομ' ἔσκεν ἐτήτυμον. ἦν γὰρ ἅπαντα
δεύτερ' ἀμιμήτων τῶν ἐπὶ σοὶ χαρίτων.

Porro ad illustrandam summam amoenitatem et venustatem puellam cum signis dearum a clarissimis artificibus pictis comparant, velut Plautus Epid. 623 sqq.

usque ab unguiculo ad capillum summumst festivissima,
estne consimilis, quasi cum signum pictum pulchre aspexeris?

Qualia signa adulescens dicat, perspicuum est, quod servus per iocum respondet:

ex tuis verbis meum futurum corium pulchrum praedicas,
quem Apelles atque Zeuxis duo pingent pigmentis ulmeis.

Eosdem pictores nominat Plautus Poenul. 127 sqq.

o Apella, o Zeuxis pictor,
cur numero etsis mortui, hoc exemplo ut pingeretis?
nam alios pictores nil moror huiusmodi tractare exempla.

Quam sententiam quin Alexandrini poetae ex comoedia aliqua Graeca mutuati sint, non dubitabis, si Propertium et Rufinum et eroticos scriptores optime cum Plauto conspirare perspexeris. Maxime vero appropinquat se Plauti verbis Rufini epigramma anthol. Pal. V 15

ποῦ νῦν Πραξιτέλης; ποῦ δ' αἱ χέρες αἱ Πολυκλείτου
αἱ ταῖς πρόσθε τέχναις πνεῦμα χαριζόμεναι;

τίς πλοκάμους Μελίτης εὐώδεας ἢ πυρόεντα
ὄμματα καὶ δειρῆς φέγγος ἀποπλάσεται;
ποῦ πλάσται; ποῦ δ' εἰσὶ λιθόξοοι; ἔπρεπε τοίῃ
μορφῇ νηὸν ἔχειν ὡς μακάρων ξοάνῳ.

Tum meminimus locorum Propertii II 3, 41 sq.

si quis vult fama tabulas anteire vetustas
hic dominam exemplo ponat in arte meam,

et I 2, 21 sq.

sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
qualis Apelleis est color in tabulis.

Erotici quoque, qui dicuntur, scriptores illam pulchrae virginis cum deae simulacro comparationem haud semel adhibuerunt: Heliodor. II 33, 49 *καὶ ὅπου δὴ φαινομένη ναῶν ἢ δρόμων ἢ ἀγορῶν, καθάπερ ἀρχέτυπον ἄγαλμα πᾶσαν ὄψιν καὶ διάνοιαν ἐφ' αὑτὴν ἐπιστρέφει.* Heliodor. X 9, 51 *ἀγάλματι θεοῦ πλέον ἢ θνητῇ γυναικὶ προςεικαζομένη.* Achill. Tat. V 11, 5 *γυναῖκα γὰρ ἐξέμηνεν ἐπ' αὐτὸν πάνυ καλήν, ὥστε ἂν ἰδὼν αὐτὴν εἴποις ἄγαλμα.*

Quin etiam nonnumquam amantes adulescentes et puellae omnem humanam formam superant, ut homines, in quos de improviso incidunt, quasi deorum aspectu perterriti stupeant. Sic legimus apud Damoxenum frg. incert. 3, K. III p. 353

νεανίας τις ἐσφαίριζεν εἷς
ἐτῶν † † † ἑπτακαίδεκα
Κῷος· θεοὺς γὰρ φαίνεθ' ἡ νῆσος φέρειν eqs.

Quocum congruit, quod Donatus de Menandri Phasma te adnotat ad Terentii Eunuch. prol. v. 9: ... quod cum animadvertisset adulescens, primum aspectu pulchrae virginis velut numinis visu perculsus exhorruit: unde Phasma est nomen fabulae.

Neque non concordant elegiaci poetae, nam Ovidius scribit heroid. XV (XVI) 332 sqq.

teque novam credet vulgus adesse deam,
quaque feres gressus, adolebunt cinnama flammae,
caesaque sanguineam victima planget humum.

Quod ad Graecos Alexandrinorum sectatores attinet, imprimis erotici scriptores pulchritudinis vim ita illustrare solent: Xenoph. Eph. I 1, 3 *προσεῖχον δὲ ὡς θεῷ τῷ μειρακίῳ· καί εἰσιν ἤδη τινές, οἳ καὶ προςεκύνησαν ἰδόντες καὶ προςεύξαντο·*

Xenoph. Eph. II 2, 4 καὶ πάντες ἐτεθαυμάκεσαν τὸ κάλλος, καὶ ἄνθρωποι βάρβαροι μήπω πρότερον τοσαύτην ἰδόντες εὐμορφίαν θεοὺς ἐνόμιζον εἶναι τοὺς βλεπομένους. Chariton. I 14, 1 ὁ δὲ Λεωνᾶς καὶ πάντες οἱ ἔνδον ἐπιστάσης αἰφνίδιον κατεπλάγησαν δοκοῦντες θεὰν ἑωρακέναι. Chariton. II 3, 9; III 2, 14; Heliodor. I 2; adde exempla a Rohdio congesta p. 152, 1.

Huc apte blandimenta illa adiungamus, quibus amatores ipsi amatam cum deabus aequant vel deam et Venerem suam vocant:

Plaut. Curcul. 168

quid vidisti, aut quid videbis magis dis aequiparabile?

Poenul. 281 sq.

etiamne ut ames eam, quam numquam tetigeris? Agor.: nihil id quidemst:
deos quoque edepol et amo et metuo, quibus tamen abstineo manus.

Prop. II 2, 13

cedite iam, divae, quas pastor viderat olim eqs.

Ovid. heroid. XVII (XVIII) 66 sqq.

(vera loqui liceat!) quam sequor ipse, deast;
neu referam mores caelesti pectore dignos,
forma nisi in veras non cadit illa deas.

Cf. Chariton. I 1, 2 ἦν γὰρ τὸ κάλλος οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ θεῖον.

Ovid. heroid. XVII (XVIII) 168 sq.

teque, magis caelo digna puella, sequor:
digna quidem caelo es, sed adhuc tellure morare.

Ne cum ipsa quidem amoris dea, Venere, amantes iuvenes puellam comparare verentur. Perlegas enim et conferas hos locos:

Plaut. Rud. 420

pro di immortales, Veneris effigia haec quidem est.

Aristaenet. epist. I 1, v. 4 ὦ φύσεως τὸ κάλλιστον φιλοτέχνημα, ὦ γυναικῶν εὔκλεια καὶ διὰ πάντων ἔμψυχος τῆς Ἀφροδίτης εἰκών.

Plaut. Poenul. 277 sq.

Venus non est Venus:
hanc quidem Venerem venerabor, me ut amet posthac propitia.

Tibull. IV 13, 13 sq.

nunc licet e caelo mittatur amica Tibullo,
mittetur frustra deficietque Venus.

Agathiae epigr. anthol. Pal. V 222, 5 sq.

εἰ δὲ καὶ ἀγλαΐης κρίσις ἵστατο, μᾶλλον ἂν αὐτὴ
Κύπρις ἐνικήθη, κἀνεδίκαζε Πάρις.

Plaut. Curcul. 192

tun meam Venerem vituperas?

Vergil. eclog. III 68

parta meae Veneri sunt munera.

Sed taedet hic omnes adscribere locos comicorum et elegiacorum poetarum, quibus puellae cum Venere comparantur, eos, quos enumeravi, hisce augeri possunt: Plaut. Cistell. 313 sq. Curcul. 192; Bacchid. 217; Stich. 748; Prop. II 28, 9; Lucret. IV 1185; Ovid. art. II 659; Lydiae 68; anthol. Pal. V 70; V 73; Aristaenet. epist. I 7, 19. Iam pro concesso habeo tales sententias ex comoediis Atticorum ad elegos Alexandrinos venisse.

Porro puellam dignam esse, quae vel Iovis amore fruatur, haud semel in Propertii et Ovidii carminibus affirmatur:

Prop. II 3, 30 sq.

Romana accumbes prima puella Iovi,
nec semper nobiscum humana cubilia vises.

Prop. I 13, 32

illa suis verbis cogat amare Iovem.

Prop. II 2, 3 sq.

cur haec in terris facies humana moratur?
Iuppiter ignoro pristina furta tua.

Ovid. amor. I 10, 7 sq.

aquilamque in te taurumque timebam,
et quidquid magno de Iove fecit amor.

Ovid. heroid. XV (XVI) 272

o Iove digna viro, ni Iove nata fores.

Hac quoque in re Propertio et Ovidio Alexandrinos facem praetulisse admodum credibile est, cum nobis in anthologiae Palatinae lusibus haec amatorum verba occurrant:

Palladae epigr. anthol. Pal V 257

νῦν καταγιγνώσκω καὶ τοῦ Διὸς ὡς ἀνεράστου,
μὴ μεταβαλλομένου τῆς σοβαρᾶς ἕνεκα·
οὔτε γὰρ Εὐρώπης, οὐ τῆς Δανάης περὶ κάλλος
οὐθ᾽ ἁπαλῆς Λήδης ἐστ᾽ ἀπολειπομένη.

Leonidae epigr. anthol. Pal. XII 20, 3 sq.

θαῦμα γάρ, εἰ Περίανδρον ἰδὼν οὐχ ἥρπασε γαίης
τὸν καλόν· ἢ φιλόπαις οὐκέτι νῦν ὁ θεός.[1])

Alexandrinis autem rursus comici poetae praeiverunt, nam apud Plautum legimus

Poenul. 1219 sq.

ita me di amabunt, ut ego, si sim Iuppiter,
iam hercle ego illam uxorem ducam et Iunonem extrudam foras.

---

1) Cf. Otto, De fabulis Propertianis II, Gross-Glogau 1886, p. 6.

Ceteroquin Alexandrini scriptores eorumque imitatores non solum cum Venere, sed cum omnibus dis heroibusque, qui iuvenili et florenti forma pingebantur, virgines et iuvenes aequare solebant, ut a Rohdio expositum est p. 155 sq. Idem deinde disseruit p. 152 sqq., quomodo illi poetae radiantes puellarum oculos praedicent, quomodo singularum corporis partium splendorem et nitorem accuratissime depingant, quomodo denique solem, lunam, stellas, flores ad comparandam muliebrem pulchritudinem convocent. Haud ita plenis vel vividis coloribus pingunt comici poetae, sed talium pulchritudinis descriptionum primordia tantum et initia exstant, quas, ne tempus teram, praetermittam.[1]) Tamen haec Plauti verba, quae de formosis oculis agunt, eodem fere modo ab elegiacis usurpata invenies:

Merc. 501

ne plora: nimis stulte facis, oculos corrumpis tales.

Amphitr. 529

ne corrumpe oculos (lacrimando).

Tibull. II 6, 42 sq.

non ego sum tanti, ploret ut illa semel,
nec lacrimis oculos dignast foedare loquaces.

Ovid. amor. III 6, 57

quid fles et madidos lacrimis corrumpis ocellos?

Rufin. anthol. Pal. V 43, 3

εἶτα, τέκνον, κλαίουσα κατατρίψεις τὸ πρόςωπον.

Nonnumquam autem amatae forma et venustas eo indicatur, quod amator amica aspecta tremit atque horret neque prae stupore ullam vocem emittere potest:

Plaut. Mil. 1272 sq.

ut tremit atque extimuit.
postquam te aspexit.

Terent. Eunuch. 84

totus, Parmeno,
tremo horreoque, postquam aspexi hanc.

Plaut. Poenul. 260 sq.

lingua huic excidit, ut ego opinor.
quid, malum, astans obstipuisti?

---

1) Sic in Plauti Menaechmis 180 amica ex ianua egressa cum sole oriente comparatur. Neque plane desunt puellarum cum floribus comparationes, delego te ad Plauti Pers. 770, Trucul. 353, Menaechm. 191 et ad Terentii Eunuch. 318 sq.

Neque aliter pulchritudinis vis illustratur in elegis Romanorum, ibi enim audimus:

Prop. II 29, 25 sq.

obstipui: non illa mihi formosior umquam
visa, neque ostrina cum fuit in tunica.

Prop. IV 4, 21 sq.

obstipuit regis facie et regalibus armis
interque oblitas excidit urna manus.

Tibull. IV 2, 3 sq.

. at tu, violente, caveto,
ne tibi miranti turpiter arma cadant.

Ovid. heroid. XV (XVI) 251

dum stupeo visis (nam pocula forte tenebam),
tortilis a digitis excidit ansa meis.

Quocum congruunt Chariton. II 5, 4 *ἐπεὶ δὲ ἧκεν, ἔτι μᾶλλον αὐτὴν ἐθαύμασαν ἅπαντες. καταπλαγεὶς οὖν ὁ Διονύσιος ἄφωνος ἦν*, et Heliodor. III 3 p. 272, v. 17 *ἐξέπληττε μὲν δὴ καὶ πάντας τὰ ὁρώμενα καὶ τὴν νικητήριον ἀνδρείας τε καὶ κάλλους ψῆφον τῷ νεανίᾳ πάντες ἀπένεμον.*

E contrario etiam laetos et hilaros formosae mulieris visus homines reddere potest, velut in

Plauti Sticho 748

fac nos hilaros hilariores opere atque adventu tuo.

Ephippi fragm. 6, 6 sq. K. II p. 254

ἐποίησέ θ' ἱλαρὸν εὐθέως τ' ἀφεῖλε πᾶν
αὐτοῦ τὸ λυποῦν κ' ἀπέδειξεν ἵλεων.

Terent. Hecyr. 857 sqq,

antiquamque adeo tuam venustatem obtines,
ut voluptati obitus, sermo, adventus tuos, quoquomque adveneris,
semper sit eqs.

Requirentibus autem nobis similia ex elegiacis poetis offert

Ovidius heroid. IV 84

denique nostra iuvat lumina, quidquid agis,

et Heliodor. II 33, v. 32 *ἀπὸ δὲ τῆς χειρὸς ἠσπάζετο κἀμὲ πρὸς τὸ φαιδρότερον ὀφθεῖσα μόνον ἀνίησιν.* Apud Theocritum vero id. VIII 41 sqq. virescunt flores et crescunt pecudes, quocumque pulchra virgo advenit. Tandem, ut omnes antiquae fabulae apud Alexandrinos colorem quendam amatorium assumunt,[1]) ita etiam belli Troiani fabula uti solent ad

---

1) Cf. Otto, De fabulis Propertianis 1, Vratislav. 1880, p. 20.

illustrandum, quantum amor et facies muliebris efficere possint. Inspicias de hac re:

Propert. II 3, 34 sqq.

pulchrius hac fuerat, Troia, perire tibi:
olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli
Europae atque Asiae causa puella fuit:
nunc, Pari, tu sapiens et tu, Menelae, fuisti,
tu quia poscebas, tu quia lentus eras.
digna sed haec facies, pro qua vel obiret Achilles;
vel Priamo belli causa probanda fuit.

Prop. II 6, 15 sq. Ovid. amor. I 10, 1 sqq. amor. II 12, 17 sqq. heroid. VIII 20 sqq. art. III 253 sqq. antholog. lat. 897, 73 sq. Quam fabulam iam ante Alexandrinos comicos Atticorum poetas ita in amatoriam partem deflexisse, ut formosam feminam belli Troiani causam fuisse contenderent, probatur Antiphanis fragmento 48, K. II p. 30

ὁ μὲν Μενελέως ἐπολέμησ' ἔτη δέκα
τοῖς Τρωσὶ διὰ γυναῖκα τὴν ὄψιν καλήν.

Sed praetermissis minutiis ad graviora properemus. Praecipue igitur in Plauti et Terentii fabulis vera et nativa pulchritudo laudatur, quae nullis ornamentis adiuta vel expolita per naturalem splendorem delectet. Puellae autem admonentur, ne formam suam nimio cultu perdant. Quis est, quin meminerit lepidae illius scenae in Plauti Mostellaria obviae, ubi Scapha Philematium ornet et, quomodo forma colenda sit, edoceat? Audiamus ergo callidae ancillae praecepta:

Mostell. 289 sq.

pulchra mulier nuda erit quam purpurata pulchrior:
nam si pulchra est, nimis ornata est.

Ecce eadem suadent puellis suis Propertius et Ovidius, quorum verba nunc respicias:

Prop. I 2, 5 sqq.

naturaeque decus mercato perdere cultu (quid iuvat?)
nec sinere in propriis membra nitere bonis?
crede mihi, non ulla tuae est medicina figurae:
nudus Amor formae non amat artificem.

Ad quem Propertii locum nonnullos anthologiae latinae versus aspergi posse iterum mihi comiter indicavit Birtius:

anthol. lat. 200, 35

totus est in armis idem, quando nudus est Amor,

et anthol. lat. 897, 3 sq.

parce supervacuo cultu componere membra:
augeri studio tam bona forma nequit eqs.

Prop. II 18, 25

ut natura dedit, sic omnis recta figura est.

Ovid. art. III 257 sq.

formosae non artis opem praeceptaque quaerunt:
est illis sua dos, forma sine arte potens.

Ovid. remed. 350

fallit enim multas forma sine arte decens.

Talia vero Graecis auctoribus deberi manifesto evincitur et ex Plauto et ex Philostrati epistula XXII, quae tam apertam similitudinem prae se fert cum Propertii carmine I 2, ut mea quidem sententia dubitari non possit, quin argumentum huius epistulae ex simili elegia Alexandrina ac Propertii carmen sumptum sit. Cuius epistulae ad nostram sententiam spectant haec verba: *ἡ δὲ καλὴ οὐδενὸς δεῖται τῶν ἐπικτήτων ἀρκοῦσα ἑαυτῇ πρὸς πᾶν τὸ ὁλόκληρον.*

Paucis versibus ante dicit Scapha in Plauti Mostellaria mulieri florenti aetate non opus esse unguentis aut fucis, sed huiusmodi artificiis uti veteres et decrepitas meretrices, ut corporis vitia occultentur: v. 263 sq.

non istanc aetatem oportet pigmentum ullum attingere,
neque cerussam neque melinum neque aliam ullam offuciam eqs.

et v. 273 sqq.

quia ecastor mulier recte olet, ubi nihil olet.
nam istae veteres, quae se unguentis unctitant, interpoles,
vetulae, edentulae, quae vitia corporis fuco occulunt,
ubi se sudor cum unguentis consociavit, ilico
itidem olent, quasi cum una multa iura confudit cocus.
quid olant, nescias, nisi id unum † ni male olere intelligas.

Similia videntur Augustei poetae ab Alexandrinis accepisse, nam Horatius scorto eadem fere ac Scapha exprobrat epod. XII 7 sqq.

qui sudor vietis et quam malus undique membris
crescit odor, cum pene soluto
indomitam properat rabiem sedare nec illi
iam manet umida creta colorque
stercore fucatus crocodili eqs.

Horatius autem, Plauti obtrectator, certe non Mostellariae locum

imitatur.[1]) Nec non Martialis verba laudari possunt, quamquam non puellis, sed pueris dicuntur:

Martialis epigr. II 12

esse quid hoc dicam, quod olent tua basia myrrham
quodque tibi est nunquam non alienus odor?
hoc mihi suspectum est, quod oles bene, Postume, semper,
Postume, non bene olet qui bene semper olet.

Martialis VI 55, 4 sq.

vides nos, Coracine, nil olentes:
malo quam bene olere nil olere.

Praeterea etiam Tibullus et Philostratus unguentorum usum pro senectutis indicio habent. Hi quidem ita:

Tibull. I 8, 42 sqq.

tum studium formaest, coma tum mutatur, ut annos
dissimulet viridi cortice tincta nucis:
tollere tum curast albos a stirpe capillos
et faciem dempta pelle referre novam.

Philostrat. ep. XL *ἡ πυρσαίνουσα μίλτος τὰ χείλη καὶ τὴν παρειὰν γράφουσα κώλυμα φιλημάτων, κατηγορεῖ δὲ καὶ γῆρας τοῦ προςώπου, ὑφ᾽ οὗ πελιδνὸν μὲν τὸ στόμα, ῥυσὴ παρειὰ καὶ ἔξωρος. ἴσχε δὴ χρωματοποιίαν καὶ μηδὲν ἐπιποίει τῷ κάλλει, μὴ καὶ γράψωμαί σε γήρως ἐπὶ τῇ τοῦ προςώπου γραφῇ.* Cf. Claudian. epigr. graec. 3.

Interroganti vero Philematio, num capillus satis compositus sit, respondet Scapha v. 253

ubi tu commoda es, capillum commodum esse credito.

Quod Scaphae praeceptum iterum a Propertio et Tibullo comprobatur, cum ipsi quoque amicae capillum neque ornatum neque compositum esse cupiant:

Prop. I 2, 1

quid iuvat ornato procedere, vita, capillo?

Tibull. I 8, 9 sq.

quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos?
saepeque mutatas disposuisse comas? eqs.

Praecipue autem cum comicis crinium tingendorum morem vituperant:

---

1) Neque Horatiani carminis I 8 argumentum, quod artissime cum Mostellariae v. 149 sqq. congruit, ex Plauto, sed ex Graeco auctore originem ducere iam monuit Kiesslingius ad. Horat. carm. I 8.

Menandri frg. incert. 610, K. III p. 184

νῦν δ' ἕρπ' ἀπ' οἴκων τῶνδε, τὴν γυναῖκα γὰρ
τὴν σώφρον' οὐ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν.

Prop. II 18, 23 sq.

nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
ludis et externo tincta nitore caput?

Ovid. amor. I 14, 1 sq.

dicebam 'medicare tuos desiste capillos'!
tingere quam possis, iam tibi nulla comast.

Ovidium autem atque Propertium Alexandrina exemplaria secutos esse neque recta via Plautum vel Menandrum proditur Niciae epigrammate anthol. Pal. XI 398

τὴν κεφαλὴν βάπτων τις ἀπώλεσε τὰς τρίχας αὐτὰς
καὶ δασὺς ὢν λίαν, ὠὸν ἅπας γέγονεν.
τοῦτο βαφεὺς ἐπόησε, τὸ μηκέτι κουρέα τέμνειν
μήτε κόμην λευκὴν μήτε μελαινομένην,

et Philostrati epistula LXI, quae incipit: *τίς σε, ὦ καλή περιέκειρεν; ὡς ἀνόητος καὶ βάρβαρος ὁ μὴ φεισάμενος τῶν Ἀφροδίτης δώρων.* Porro veram formam non modo ornamentis non egere, sed etiam e pannis et sordibus invictam elucere contendunt:

Terent. Phorm. 104 sqq.

virgo pulchra, et quo magis diceres,
nil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
capillus passus, nudus pes, ipsa horrida,
lacrumae, vestitus turpis: ut, ni vis boni
in ipsa inesset forma, haec formam extinguerent.

Terent. Heautont. 286 sqq.

mediocriter vestitum veste lugubri,
sine auro, tum ornatam ita uti, quae ornantur sibi,
nulla mala re os expolitum muliebri,
capillus pexus, prolixe circum caput
reiectus, neglegenter, pax.

Plaut. Mostell. 173

virtute formae id evenit, te ut deceat quidquid habeas.

A quibus minime discordant elegiacorum scriptorum enuntiata:

Tibull. I 8, 15 sq.

illa placet, quamvis inculto venerit ore
nec nitidum tarda compserit arte caput.

Prop. II 29, 30

heu quantum per se candida forma valet!

Ovid. art. I 509
forma viros neclecta decet.

Denique Philostratum adeas, apud quem invenies ep. XXII *τὸ δ' ἀκόσμητον ἀληθῶς καλόν* et imag. II 7, 5 *καὶ ἡ δέρη ἔτι ἡδίων ὑπὸ τοῦ μὴ κεκοσμῆσθαι.* Adde, quod in Romanorum elegis imprimis incompti et sine arte fluentes capilli laudantur: Tibull. III 2, 11 sq.; Prop. II 3, 13; III 6, 9; Ovid. amor. I 7, 12; Ovid. heroid. IV 77 sq.; heroid. X 137; art. III 153 sq.; art. III 432.

Quamvis feminis cavendum sit a nimio cultu, tamen eis saepius suadetur, ut munditia sua iuvenes alliciant. Quam rem mirum in modum Plauto cum Ovidio convenire videmus. Conferas haec exempla:

Plaut. Poenul. 245 sqq.
item nos sumus
insulsae admodum atque invenustae
sine munditia et sumptu.

Plaut. Stich. 746 sq.
nimioque sibi mulier meretrix repperit odium ocius
sua immunditia, quam in perpetuum ut placeat munditia sua.

Plaut. Menaechm. 354
munditia inlecebra animost amantium.

Ovid. art. I 513
munditie placeant

Ovid. art. III 133 sq.
munditiis capimur: non sint sine lege capilli;
admotae formam dantque negantque manus.

Ovid. remed. 342
auferimur cultu

Ovid. medic. fac. 28
munditia crimina nulla merent.

Ex posterioribus Graecorum scriptoribus similitudinem quandam ostendit Aristaenetus in epistula I 27 *καὶ τοῦτό γε τοῦ ἔρωτος ἴδιον καὶ μάλα μέντοι καλόν, τὸ σφόδρα πείθειν τοὺς ἐρῶντας ἐπιμελῶς ἄγαν διακοσμεῖσθαι, καὶ εἰ πρότερον ἀτεχνῶς ἑαυτῶν κατημέλουν.*

Neque vero corporis pulchritudo et munditia satisfaciunt ad amorem conciliandum, nisi ad formam bonam etiam ingenui et liberales mores accedunt. Ecce iterum illam viam,

quae ex tragoediis ad comoedias, deinde ad Alexandrinorum, denique ad Romanorum elegos ducit, persequi possumus. In Euripidis enim Andromacha legimus v. 207 sq.

φίλτρον δὲ καὶ τόδ'· οὐ τὸ κάλλος, ὦ γύναι,
ἀλλ' ἀρεταὶ τέρπουσι τοὺς ξυνευνέτας.

Quae verba Euripidis subesse videntur Menandri fragmento 646, K. III p. 191

ἓν ἐστ' ἀληθὲς φίλτρον, εὐγνώμων τρόπος·
τούτῳ κατακρατεῖν ἀνδρὸς εἴωθεν γυνή.

Unde, ni fallor, per Alexandrinos usque ad Ovidii heroid. II 94 sq. penetraverunt:

male quaeritur herbis,
moribus et forma conciliandus amor.

Sed, ut istam coniecturam probabiliorem reddam, plura exempla afferam, perlegas igitur haec:

Philemon frg. incert. 645, K. III p. 101

ὅταν φύσει τὸ κάλλος ἐπικοσμῇ τρόπος
χρηστός, διπλασίως ὁ προσιὼν ἁλίσκεται.

Quas sententias etiam Plautus et Terentius ex Graecorum fabulis in suas transtulerunt, ut liquido apparet ex

Poenuli 301 sqq.

bono med esse ingenio ornatam quam auro multo mavolo.
aurum, id fortuna invenitur, natura ingenium bonum.
meretricem pudorem gerere magis decet quam purpuram:
pulchrum ornatum turpes mores peius caeno conlinunt,
lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant,

et Terent. Heaut 381 sq.

edepol te, mea Antiphila, laudo et fortunatam iudico,
id quom studuisti, isti formae ut mores consimiles forent.

Cf. Mostell. 168 sq. Amphitr. 839 sq.

Iam vero elegos nobis pervestigantibus occurrunt eadem fere apud Propertium et Ovidium:

Prop. I 2, 24

illis ampla satis forma pudicitia.

Prop II 24, 18

tam te formosam non pudet esse levem?

Ovid. medic. fac. 43 sqq.

prima sit in vobis morum tutela, puellae,
ingenio facies conciliante placet.
certus amor morumst: formam populabitur aetas.

Ovid. art. I 500

pertinet ad faciem rapidos compescere mores.

Ovid. amor. III 11, 41 sq.

aut formosa fores minus, aut minus improba, vellem:
non facit ad mores tam bona forma malos.

Denique componatur Menandri fragm. 584, K. III p. 177

δύ' ἐσθ', ἃ κρίνειν τὸν γαμεῖν μέλλοντα δεῖ,
ἤτοι προσηνῆ γ' ὄψιν ἢ χρηστὸν τρόπον,

et Ovid. rem. 713

nec solam faciem, mores quoque confer et artem.

Optime ab Aristaeneto, Xenophonte Ephesio, Heliodoro omnis tollitur dubitatio, quin haec Propertii et Ovidii verba ex Alexandrinis auctoribus originem ducant, scribunt enim: Aristaenet. II 2, v. 13 ἀλλ' εἴθε μετὰ τῆς εὐπρεπείας ἐπαινέσαιμί σε τῆς περὶ ἐμὲ προθυμίας καὶ μὴ τρόπος ἀπειθὴς ἀνασοβήσῃ, ὃν εὖ μάλα τεθήρακεν ἡ μορφή. Aristaenet. I 12, v. 11 ἐφήδομαι τοῖς τρόποις εὖ μάλα συμπρέπουσι τῇ μορφῇ. Xenoph. I 1, 2 συνήνθει δὲ αὐτῷ τοῖς σώματος καλοῖς καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθά. Heliodor. X 9, p. 394, v. 1 ἔχειν ἐνεδείκνυτο σωφροσύνην πλέον τῇ ὥρᾳ κοσμουμένην.

At iuventus et forma, quae amoris lusibus aptae sunt, facillime et celerrime elabuntur, cum hominum vitam Fortuna, dea mobilis et felicibus invida, regat. Quam ad deam potentissimam qui spectant loci, ex fragmentis novae comoediae omnes fere congesti sunt a Rohdio p. 279. Simulque Plautinorum et Terentianorum exemplorum collectio exstat in Lorenzii praefatione ad Pseudolum p. 21. Quo accedit, quod idem Rohdius p. 280—86; p. 378, 1; p. 436, 2; p. 475, 2; p. 477, 3; p. 493, 2 multus est in explicando, quemadmodum illius deae descriptiones eroticis et aliis inferioris aevi Graecis scriptoribus cum comicis poetis communes sint. Quae cum ita se habeant, mihi probaturo, quomodo hanc quoque deam depingentes elegiaci Alexandrini ex comoediis Atticis hauserint, nihil restat, quam ut Romanorum elegorum locos, quibus eadem de Fortunae potentia et inconstantia dicant, adiciam:

Tibull. III 3, 21 sq.

non opibus mentes hominum curaeque levantur.
nam Fortuna sua tempora lege regit.

Tibull. IV 1, 182

Fortuna, ut mos est illi, me adversa fatiget.

Ovid. heroid. III 43

an miseros tristis Fortuna tenaciter urget?

Ovid. ex Ponto II 7, 20 sqq.

verbaque Fortunae vix puto posse dari:
est illi curae me perdere: quaeque solebat
esse levis, constans et bene certa nocet.

Tibull. I 5, 70

versatur celeri Fors levis orbe rotae.

Prop. II 8, 7

omnia vertuntur, certe vertuntur amores.

Ovid. trist. V 8, 7 sq.

nec metuis dubio Fortunae stantis in orbe
numen et exosae verba superba deae?

Addas Ovid. metam III 141 sq. VI 195 sq. VIII 73 sq. X 603 sq. XIII 333 sq. trist. I 5, 27 sq. V 8, 15 sq. V 14, 29 sq. ex Pont. III 1, 125 sq. IV 3, 7.

Cum tanta sit Fortunae inconstantia et invidia, numquam homines providere possunt, quid crastinus ferat dies. At certae et inevitabiles imminent mors et senectus, quibus omnes pulchritudinis et iuventutis gaudia pereunt. Quas quoniam nemo umquam effugere potest, poetae vitae brevitate ante oculos posita ad amandum et potandum adhortantur. Ac primum quidem paucos subscribam locos, qui de humanarum rerum imbecillitate et instanti morte agunt:

Menandri frg. 301, 5 sqq. K. III p. 85

ἀθανασίας δ᾽ οὐκ ἔστιν, οὐδ᾽ ἂν συναγάγῃς,
τὰ Ταντάλου τάλαντ᾽ ἐκεῖνα λεγόμενα·
ἀλλ᾽ ἀποθανεῖ καὶ ταῦτα καταλείψεις τισίν.

Prop. II 11, 3 sq.

omnia, crede mihi, tecum uno munera lecto
auferet extremi funeris atra dies.

Prop. III 5, 13 sq.

haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:
nudus at inferna, stulte, vehere rate.

Tum in comoediis et elegis usitatissima sententia est omnibus hominibus, et potentissimis et ditissimis et pulcherrimis, viam Orci esse terendam, de qua conferas:

Menandri frg. 538, K. III p. 161

ὅταν εἰδέναι θέλῃς σεαυτόν, ὅστις εἶ,
ἔμβλεψον εἰς τὰ μνήμαθ', ὡς ὁδοιπορεῖς.
ἐνταῦθ' ἔνεστ' ὀστᾶ τε καὶ κούφη κόνις
ἀνδρῶν βασιλέων καὶ τυράννων καὶ σοφῶν
καὶ μέγα φρονούντων ἐπὶ γένει καὶ χρήμασιν
αὑτῶν τε δόξῃ κἀπὶ κάλλει σωμάτων.
κᾆτ' οὐδὲν αὐτοῖς τῶνδ' ἐπήρκεσεν χρόνος,
κοινὸν τὸν ᾅδην ἔσχον οἱ πάντες βροτοί.
πρὸς ταῦθ' ὁρῶν γίνωσκε σαυτόν, ὅστις εἶ. [1])

Plaut. Trin. 419 sq.

verum nos homunculi,
satillum animai qui quom extemplo emisimus,
aequo mendicus atque ille opulentissimus
censetur censu ad Acheruntem mortuos.

Prop. III 5, 17

Lydus Dulichio non distat Croesus ab Iro.

Prop. III 18, 11 sq.

quid genus aut virtus aut optima profuit illi
mater et amplexum Caesaris esse focos?

v. 21 sq. sed tamen hoc omnes, hoc primus et ultimus ordo:
est mala, sed cunctis ista terenda via est.

v. 28 sq. Nirea non facies, non vis exemit Achillem,
Croesum aut, Pactoli quas parit umor, opes.

Prop. IV 11, 11 sq.

quid mihi coniugium Pauli, quid currus avorum [2])
profuit aut famae pignora tanta meae?

Ovid. amor. III 9, 19 sqq.

scilicet omne sacrum mors importuna profanat,
omnibus obscuras inicit illa manus!
quid pater Ismario, quid mater profuit Orpheo?

Hos omnes esse locos communes ex Alexandrinis carminibus, quae epicedia vocantur, sumptos satis iam monuit Mallet quaest. Prop. p. 57 sq. Quare, ne acta agere videar, te ad Malletium delego nec nisi duo epigrammata anthologiae Palatinae afferam:

1) Confinia sunt, quae poetae de divitiarum fragilitate queruntur: Alexis frg. 281, K. II p. 400; Philemon frg. 121, K. II p. 516 et frg. 213, K. II p. 533; Apollodorus frg. 16, K III p. 293.

2) Sed talia, quae ad sermonem sepulcralem et consolatorium pertinent, etiam ex philosophia ab his poetis assumebantur, vide Birt. Mus. Rhen. LI p. 503.

Antipatri Thessalonicensis VII 286, 5 sq.

οὐδέ τί σε κτεάνων ἐῤῥύσατο· φεῦ, ἐλεεινέ,
ὤλεο μοχθήσας ἰχθύσι καὶ πελάγει eqs.

et Crinagorae VII 645

ὦ δύστην' ὄλβοιο Φιλόστρατε, ποῦ σοι ἐκεῖνα
σκῆπτρα καὶ αἱ βασιλέων ἄφθονοι εὐτυχίαι;
αἶσιν ἐπῃώρησας ἀεὶ βίον eqs.

Etiam Orci via omnibus mortalibus ineunda, quae tam nota et pervulgata est apud Romanos et anthologiae Palatinae poetas, iam in Antiphanis fragmento 53, K. II p. 32 commemoratur:

πενθεῖν δεῖ μετρίως τοὺς προσήκοντας φίλους[1])
οὐ γὰρ τεθνᾶσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδόν,
ἣν πᾶσιν ἐλθεῖν ἐστ' ἀναγκαίως ἔχον,
προεληλύθασιν. εἶτα χ' ἡμεῖς ὕστερον
εἰς ταὐτὸ καταγωγεῖον αὐτοῖς ἥξομεν
κοινῇ τὸν ἄλλον συνδιατρίψαντες χρόνον.

Conferas hos Augusteorum poetarum locos:

Prop. III 18, 22

est mala, sed cunctis ista terenda via est.

Catull. III 11 sq.

qui nunc it per iter tenebricosum
illuc, unde negant redire quemquam.

Horatii carm. I 28, 15

omnes una manet nox,
est calcanda semel via leti.[2])

Maxime vero ad Antiphanis fragmentum se aptat incerti auctoris epigramma anthol. Pal. VII 335, 5 sq.

τί περισσὰ θρηνεῖς; τί δὲ μάτην ὀδύρεαι;
εἰς κοινὸν Ἅιδην πάντες ἥξουσι βροτοί.

Communem Orci viam invenimus etiam in Tymnae epigrammate anthol. Pal. VII 477, 5 *ἔστι γὰρ ἴση πάντοθεν εἰς ἀΐδην ἐρχομένοισιν ὁδός*, et in Antipatri epigrammate anthol. Pal. XI 23, 3 *εἰς ἀΐδην μία πᾶσι καταίβασις.*

Quae cum ita sint, iuvenes ubique admonentur, ut propter iuventutis et formae brevitatem et imminentem mortem concesso a Fato tempore fruantur atque vini et amoris gaudiis se

1) Mortuos non nimis lugendos esse dicit praeter Antiphanem Menander frg. incert. 705 et 706, K. III p. 202, usitatissimam vero esse hanc sententiam in elegis exposuit Mallet. l l. p. 60 sq.

2) Plura exempla congessit Zingerle, Ovidius I, Innsbruck 1869, p. 46.

dedant. imprimis mediae, quae fertur, comoediae fragmenta hic adscribi possunt, velut

Amphidis frg. 8, K. II p. 238

πῖνε, παῖζε. θνητὸς ὁ βίος, ὀλίγος οὑπὶ γῇ χρόνος.
ἀθάνατος ὁ θάνατός ἐστιν, ἂν ἅπαξ τις ἀποθάνῃ.

Alexidis frg. 25, 4, K. II p. 306

πίνωμεν, ἐμπίνωμεν, ὦ Σίκων, Σίκων,
χαίρωμεν, ἕως ἔνεστι τὴν ψυχὴν τρέφειν.

Theophili frg. 12, K. II p. 477

τίς φησι τοὺς ἐρῶντας οὐχὶ νοῦν ἔχειν,
ἢ πού τίς ἐστι τοὺς τρόπους ἀβέλτερος·
εἰ γὰρ ἀφέλοι τις τοῦ βίου τὰς ἡδονάς,
καταλείπει οὐδὲν ἄλλο πλὴν τεθνηκέναι.

Eadem suadet eisdem de causis Plautus in Bacchid. 1165

si amant, sapienter faciunt.

et 1195 sqq.

non tibi venit in mentem, amabo,
si, dum vivas, tibi bene facias,
tam pol id quidem esse haud perlonginquom
neque, si hoc hodie amissis, post in
morte eventurum esse umquam?

Quibus exemplis licet addere Philetaeri fragmentum 7, K. II p. 232; Alexidis frg. 271, K. II p. 397; Menandri frg. 410, K. III p. 120.

Ad elegos Romanorum et anthologiae Palatinae lusus si descendimus, haud alia consilia ad vitae rationem instituendam nobis dantur:

Prop. I 19, 25 sq.

quare, dum licet, inter nos laetemur amantes:
non satis est ullo tempore longus amor.

Tibull. I 1, 29 sq.

interea, dum fata sinunt, iungamus amores:
iam veniet tenebris Mors adoperta caput eqs.

Prop. II 15, 23 sq.

dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore:
nox tibi longa venit nec reditura dies.

Cf. Epicuri sententiam anthol. lat. 911

cum te mortalem noris, praesentibus exple
deliciis animum: post mortem nulla voluptas.

Tibull. I 8, 47 sq.

at tu, dum primi floret tibi temporis aetas,
utere: non tardo labitur illa pede.

Ovid. art. III 59 sqq.

venturae memores iam nunc estote senectae:
sic nullum vobis tempus abibit iners.
dum licet et veros etiamnum degitis annos,
ludite: eunt anni more fluentis aquae.

Permultos autem alios locos perlustrare potes apud Zingerleium, Ovid. I p. 45 sqq. et Malletium quaest. Prop. p. 29 sqq. Unum modo Popertii et Vergilii locum suppleam:

Prop. II 15, 53 sq.

sic nobis, qui nunc magnum spiramus amantes,
forsitan includet crastina fata dies.

Copae v. 37 sq.

pone merum et talos. pereat, qui crastina curat!
mors aurem vellens 'vivite' ait 'venio'.

Hic enim opportuno casu ipsius Alexandrinorum principis poetae, Callimachi, similia verba servata sunt:

epigr. XIV, anthol. Pal. III 519

δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν Αὔριον; ἡνίκα καὶ σέ,
Χάρμι, τὸν ὀφθαλμοῖς χθιζὸν ἐν ἡμετέροις,
τῇ ἑτέρῃ κλαύσαντε ἐθάπτομεν.

Quibuscum contigit ut comparemus Philetaeri comici Attici fragmentum 7, K. II p. 232, qui, postquam hominibus suasit, ut cotidie vita suavissime fruerentur, pergit v. 3 sqq.

ἀλλὰ δεῖ σκοπεῖν
τοῦτ' αὐτὸ τ'ἀνθρώπει' ὁρῶντα πράγματα,
εἰς αὔριον δὲ μηδὲ φροντίζειν, ὅτι
ἔσται.

Praeterea tales comicorum Atticorum adhortationes ad aetatem in amoris deliciis degendam per Callimachi vel Philetae carmina ad Romanos pervenisse eo confirmatur, quod multifariam in anthologia Palatina exstant. Anthol. Pal. V 85 dicit Asclepiades, Theocriti magister:

φείδῃ παρθενίης. καὶ τί πλέον; οὐ γὰρ ἐς Ἅιδην
ἐλθοῦσ' εὑρήσεις τὸν φιλέοντα, κόρη·
ἐν ζωοῖσι τὰ τερπνὰ τὰ Κύπριδος, ἐν δ' Ἀχέροντι
ὀστέα καὶ σποδιή, παρθένε, κεισόμεθα,

et ignotus quidam poeta anthol. Pal. XI 56

πῖνε καὶ εὐφραίνου· τί γὰρ αὔριον, ἢ τί τὸ μέλλον,
οὐδεὶς γινώσκει eqs.

Quibuscum coniungas, si placet, anthol. Pal. V 12, V 72, V 79, V 92, V 103, X 100, XI 19, XI 62. Theocrit. id. XIX 25.

Senes autem, qui in Plauti Asinaria, Bacchidibus, Mercatore, Casina iuventutis tempore praeterito meretricum amore frui volunt, ab omnibus vituperantur et ludibrio habentur, quod res agant, quae cano capiti non conveniant. Nec desunt comicorum Atticorum fragmenta, quae eodem pertineant; adscribam haec exempla:

Philemon. frg. 179, K. II p. 528

γέρων γενόμενος μὴ φρόνει νεώτερα,
μηδ' εἰς ὄνειδος ἕλκε τὴν σεμνὴν πολιάν. 1)

Plaut. Mercator. 305

tun capite cano amas, senex nequissume?

Deinde seni, qui in Plauti Casina unctus et expolitus incedit, a muliere obicitur v. 240 sq.

senecta aetate unguentatus per vias, ignave, incedis?

Iam vero ille comicorum senex amans apud Tibullum occurrit I 2, 89 sqq.

vidi ego, qui iuvenum miseros lusisset amores,
post Veneris vinclis subdere colla senem
et sibi blanditias tremula componere voce
et manibus canas fingere velle comas:
stare nec ante fores puduit caraeve puellae
ancillam medio detinuisse foro.
hunc puer, hunc iuvenis turba circumterit arta,
despuit in molles et sibi quisque sinus.

Idem canum caput ab amore et blanditiis abhorrere dicit I 1, 71 sq.

iam subrepet iners aetas, nec amare decebit,
dicere nec cano blanditias capiti.

et I 8, 41 sq.

heu sero revocatur amor seroque iuventa,
cum vetus infecit cana senecta caput.

Tamen Tibullus his verbis non senem, sed meretricem canam affatur. Senex autem ille amans et unctus apud Horatium quoque exsistit epod. V 57 sq.

senem, quod omnes rideant, adulterum
latrent suburanae canes
nardo perunctum.

---

1) Etiam Alciphronis 'πάλιν μειρακιευόμενος πρεσβύτης' ep. II 2 et III 33 ex comoedia sumptus videtur, cf. Leo, Plaut. Forsch. p. 140.

Tum senem amantem miserum et contumeliosum esse saepius legimus:

Menandri frg. 509, K. III p. 146

οὐκ ἂν γένοιτ' ἐρῶντος ἀνθλιώτερον
οὐδὲν γέροντος πλὴν ἕτερος γέρων ἐρῶν·
ὃς γὰρ ἀπολαύειν βούλεθ', ὧν ἀπολείπεται
διὰ τὸν χρόνον, πῶς οὗτος οὐκ ἔστ' ἄθλιος;

Plaut. Bacchid. 1164

tun, homo putide, amator istac fieri aetate audes?

Ovid. amor. I 9, 4

turpe senex miles, turpe senilis amor.

Tibull. II 1, 73 sq.

hic (Amor) dicere iussit
limen ad iratae verba pudenda senem.

Hominem autem, quo serius amore capiatur, eo magis torqueri cum Menandro Propertius et Ovidius contendunt:

frg. 235, 6 sqq. K III p. 68

ὅσοις μὲν οὖν πρᾴως ἔχει,
νέοις ἔτ' οὖσι τοῦτο προστάττει ποιεῖν·
οὐδ' εἰς τὸ γῆρας ἀναβολὰς ποιούμενοι
οὗτοι προςαποτίνουσι τοῦ χρόνου τόκους.

Prop. I 7, 26

saepe venit magno fenore tardus amor.

Ovid. heroid. IV 19

venit amor gravius, quo serius.

Etiam in Pauli Silentiarii epigrammate V 234 senex semicanus Veneris iugum supplicans accipit, cui amor antea pepercerat, v. 3 sq.

γυιοβάροις βελέεσσιν ἀνέμβατος ὁ πρὶν Ἐρώτων
αὐχένα σοὶ κλίνω, Κύπρι, μεσαιπόλιος.

Sed haec quidem hactenus, sequitur, ut exponam, quomodo homines illi, de quibus egimus, amore corripiantur. Quam ob rem inspiciamus primum Philemonis frg. 138, K. II p. 520, quod amoris initium ita describit:

ὁρῶσι πάντες πρῶτον, εἶτ' ἐθαύμασαν,
ἔπειτ' ἐπεθεώρησαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδα
ἐνέπεσον. οὕτω γίνετ' ἐκ τούτων ἔρως.

Congruenti autem ratione apud Menandrum, Plautum, Turpilium iuvenes, ubi primum pulchram puellam viderunt, admiratione capti statim amare incipiunt:

Sext. Turpil. v. 75, Ribb. p. 109
erus stupidus adstat: ita eius aspectus repens
cor torporavit homini amore.

Plaut. Mercat. 262 sq.
quam ego postquam aspexi, non ita amo, ut sani solent
homines, sed eodem pacto, ut insani solent.

Plaut. Mil. 1264
omnes profecto mulieres te amant, ut quaeque aspexit.

Neque vero aliter amorem ortum esse in Menandri Phasmate apparet ex Donati adnotatione ad Terentii Eunuchum v. 9: ... primum aspectu pulchrae virginis velut numinis visu perculsus exhorruit. ... deinde paulatim re cognita exarsit in amorem puellae. Quo eodem modo amorem orientem fecisse et Alexandrinos et Romanos poetas et ipsum quoque Callimachum iam a Diltheyo Cydipp. p. 56 sq. et Rohdio Roman. p. 149 satis demonstratum est. Itaque rem paucis allatis exemplis absolvam:

Catull, LXIV 91 sqq.
non prius ex illo flagrantia declinavit
lumina, quam cuncto concepit corpore flammam
funditus atque imis exarsit tota medullis.

Ovid. heroid. XII 33
et vidi et perii! nec notis ignibus arsi.

Ovid. heroid. XV (XVI) 135 sq.
ut vidi, obstipui praecordiaque intima sensi
attonitus curis intumuisse novis.

Theocrit. id. II 82 sq.
χὠς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μοι περὶ θυμὸς ἰάφθη
δειλείας·

Achill. Tat. I 4, 4 ὡς δὲ εἶδον, εὐθὺς ἀπολώλειν. Aristaenet. II 2, 6 καὶ μετεστράφην πρὸς σέ, καὶ ἅμα τῇ θέᾳ τῷ σῷ τετόξευμαι κάλλει.[1])

Fortasse etiam illae Alexandrinorum poetarum sententiae, quae oculorum ad incitandum amorem vim et potestatem praedicant, ex comoediis profectae sunt. Persaepe enim dicunt poetae Alexandrini vel eorum imitatores amatorem puellae oculis captum esse aut amatam amantis oculos rapuisse aut

1) Cf. Theocrit. id. III 42, Vergil. bucol. VIII 41, Ciris. 492, Ovid. heroid. XIX (XX) 205, metamor. VIII 342, metam. XI 303, Xen. Eph. I 3, 1; Heliodor. III 5, al.

amorem in pectus penetrasse, velut Prop. I 1 'prima suis miserum me cepit ocellis'. Anthol. Pal. V 210 *τῷφθαλμῷ Διδύμη με συνήρπασεν*. Ovid. amor. II 17, 12 'facies oculos nata tenere meos'. Ovid. heroid. XII 36 'abstulerant oculi lumina nostra tui'. Prop. II 15, 12 'oculi sunt in amore duces'. Ovid. art. III 10 'comibus est oculis alliciendus amor'. Nonn. Dion. II 588 *ὀφθαλμὸς προκέλευθος ἐγίνετο πομπὸς Ἐρώτων*. Achill. Tat. I 4, 4 *κάλλος γὰρ ὀξύτερον τιτρώσκει βέλους καὶ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐς τὴν ψυχὴν καταῤῥεῖ· ὀφθαλμὸς γὰρ ὁδὸς ἐρωτικῷ τραύματι.* [1]) Quamquam similia neque in Plauti neque Terentii fabulis inveniuntur, tamen comicos Atticos talibus luminibus usos esse credo, quod apud Euripidem, quem haud semel imitati sunt, legimus Hippolyt. 525 sqq.

Ἔρως, Ἔρως, ὁ κατ' ὀμμάτων
στάζεις πόθον εἰςάγων γλυκεῖαν
ψυχαῖς χάριν, οὓς ἐπιστρατεύσῃ·

Praeterea versus, qui in appendice Florentina Stobaei 23, 7 sub Timothei cuiusdam nomine feruntur, Timotheo comico tribui possunt. K. II p. 450

οὐθ' ὁ πτερωτὸς ἰξὸς ὀμμάτων Ἔρως,
ὁ Κύπριδος κυναγός, ἡ φρενῶν ἀκίς,
ὁ μὴ τίνων θεοῖσιν ὁρκίων δίκας.

Denique, etsi in nulla fabula palliata simile quidquam exstat, tamen in Publilii Syri mimographi sententiis occurrit v. 40 (ed. Ribbeck):

Amor ut lacrima ab oculo oritur, in pectus cadit.

Mimos autem vicinos fuisse comoediis inde apparet, quod nonnumquam idem mimorum ac fabularum palliatarum tituli traduntur, [2]) quam ob rem etiam Publilii Syri versus valet ad firmandam meam opinionem, qua dico tales sententias ex comoediis Atticis in elegias Alexandrinorum et Romanorum pervenisse.

Qua quaestione ad finem perducta proximum est, ut, quid homines tam subito amore capti agant et dicant, disseratur. Iuvenes quidem amantes apud comicos et elegiacos poetas mox omnibus cruciatibus et miseriis

1) Permultos huiusmodi locos congesserunt Diltheyus Cydipp. p. 56: Rohdius Roman p. 149, 2; Malletius p. 13.

2) Cf. Schanz, Geschichte der roem. Litteratur I p. 131.

amoris affectos mox gaudio et felicitate exsultantes videbimus, nam Amor et dulce et amarum, quod Graeci uno verbo ʽγλυκύπικρον' vocant, eis dare solet. Primum hic Amoris mos, quantum scio, commemoratur apud Sappho et Theognidem:

Sapph. frg. 38 (ed. Bergk-Hiller)

Ἔρος δ' ἦυτέ μ' ὁ λυσιμελὴς δόνει,
γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον

Theogn. v. 1353 sqq.

πικρὸς καὶ γλυκύς ἐστι καὶ ἁρπαλέος καὶ ἀπηνής,
ὄφρα τέλειος ἔῃ, Κύρνε, νέοισιν Ἔρως·
ἢν μὲν γὰρ τελέσῃ, γλυκὺ γίνεται, ἢν δὲ διώκων
μὴ τελέσῃ, πάντων τοῦτ' ἀνιηρότατον.

Deinde Euripides in amore gaudium et dolorem coniunctum esse dicit:

Hippolyt. 347 sq.

Φαίδρ.: τί τοῦθ', ὃ δὴ λέγουσιν ἀνθρώπους ἐρᾶν;
Τροφ.: ἥδιστον, ὦ παῖ, ταὐτὸν ἀλγεινόν θ' ἅμα.

Euripid. Aeoli frg. 26, N. p. 370

τῇ δ' Ἀφροδίτῃ πόλλ' ἔνεστι ποικίλα·
τέρπει τε γὰρ μάλιστα καὶ λυπεῖ βροτούς.

Nec non praebent hanc sententiam comici Atticorum poetae, quos Alexandrini cum imitatoribus suis secuti sunt. Quod quidem liquido apparet ex his locis inter se comparatis:

Plauti Cistell. 69 sq.

namque ecastor Amor et melle et felle fecundissimus,
gustui dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit.

Plaut. Pseudol. 63

dulce amarumque nunc misces mihi.

Plaut Pseudol. 694 sq.

dulcia atque amara apud te sum elocutus omnia:
scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam.

Plaut. Trin. 257 sqq.

apage te, Amor, non places, nil te utor.
quamquam illud est dulce, esse et bibere,
Amor amara dat tamen, satis quod aegre sit.

Iam vero pervestigantibus nobis elegiacos Romanorum poetas se offerunt:

Tibull. I 6, 1 sq.

semper, ut inducar, blandos offers mihi voltus,
post tamen es misero tristis et asper, Amor.

Ovid. art. II 515 sq.

quod iuvat, exiguum, plus est, quod laedat amantes:
proponant animo multa ferenda suo.

Ovid. amor. II 9, 49 sq.

tu levis es multoque tuis ventosior alis
gaudiaque ambigua dasque negasque fide.

Catull. LXIV 95

sancte puer, curis hominum qui gaudia misces.

Alexandrinos Romanis poetis talia scribentibus auctores fuisse docent Posidippi et Meleagri epigrammata et Musaei carmen:

Posidipp. anthol. Pal. V 134, 4 sq.

μέλοι δ᾽ ἡμῖν ὁ γλυκύπικρος Ἔρως.

Meleagri epigr. anthol. Pal. V 163, 3 sq.

ἦ σύ γε μηνύεις, ὅτι καὶ γλυκὺ καὶ δυσύποιστον,
πικρὸν ἀεὶ κραδίᾳ κέντρον Ἔρωτος ἔχει.

Mus. 166

ἤδη καὶ γλυκύπικρον ἐδέξατο κέντρον Ἐρώτων.

Adde, quod etiam Claudianus, qui adulescens omni musei Alexandrini scientia imbutus est, scribit epithalam. de nupt. Honor. 69 sqq.

labuntur gemini fontes, hic dulcis, amarus
alter, et infusis corrumpunt mella venenis,
unde Cupidineas armari fama sagittas.

Amoris autem mel et fel monent me, ut adiungam, quae in Plauti Truculento v. 178 sqq. Diniarchus meretricibus obicit:

in melle sunt linguae sitae vostrae atque orationes,
facta atque corda in felle sunt sita atque acerbo aceto:
eo dicta lingua dulcia datis, corde amara facitis.

Haec quoque verba ex nova comoedia ad elegos Alexandrinorum et Romanorum fluxisse facile concedes, si comparaveris cum Planto hos locos:

Ovid. amor. I 8, 103 sq.

lingua iuvet mentemque tegat: blandire noceque;
impia sub dulci melle venena latent.

Moschi id. I 8 sqq.

κακαὶ φρένες, ἁδὺ λάλημα.
οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται· ὡς μέλι φωνά,
ἐν δὲ χολά, νόος ἐστὶν ἀνάμερος, ἠπεροπευτάς,
οὐδὲν ἀλαθεύων, δόλιον βρέφος, ἄγρια παίσδει.

Marci Argentarii epigr. anthol. Pal. V 32, 3 sq.

καὶ μέλι μὲν στάζεις ὑπὸ χείλεσιν ἡδὺ φιλεῦσα.
ἢν δ᾽ αἰτῇς, κέντρῳ τύμμα φέρεις ἄδικον.

Sed, ne diutius in re iam plane vel pro facultate probata te demorer, nunc animum advertas ad eos amantes, quibus Amor amara dat, de quibus haud pauca proferendum video. Ac primum quidem amore tamquam gravi atque vehementi morbo adflictantur, ad quem depellendum ne unum quidem remedium valet. Iam iterum usque ad tragicos poetas recurramus oportet, quippe qui comparatione illa amoris cum morbo haud raro utantur, [1]) velut Euripides Hippolyt. 765 sq.

δεινᾷ φρένας Ἀφροδί —
τας νόσῳ κατεκλάσθη.

frgm. 339, N. p. 462

καὶ γὰρ οὐκ αὐθαίρετοι
βροτοῖς ἔρωτες οὐδ' ἑκουσία νόσος.
σκαιόν τι δὴ τὸ χρῆμα γίγνεσθαι φιλεῖ,
θεῶν ἀνάγκας ὅστις ἰᾶσθαι θέλει.

Hippolyt. 40, 269, 279, 283, 730; Sophocles Trach. 445; Phaedrae frg. 619, p. 269 N.

Sequuntur comici poetae, qui eodem fere modo amorem morbum vocant:

Eubul. frg. 67, 8 sq. K. II p. 187

καὶ μὴ λαθραίαν Κύπριν, αἰσχίστην νόσων
πασῶν, διώκειν eqs.

Plaut. Cmcul. 49

malus clandestinus est amor, damnumst merum.

Terent. Eunuch. 225

di boni, quid hoc morbist? adeon homines immutarier
ex amore, ut non cognoscas eundem esse.

Cf. Plaut. Mil. 1272, Terent. Heaut. 100, Andr. 193.

Similia deinde frequenter apud Latinos et Graecos Alexandrinorum imitatores inveniuntur:

Catull. LXXVI 25

ipse valere opto et taetrum hunc deponere moibum.

Tibull. II 5, 109 sq.

iaceo cum saucius annum
et faveo morbo, cum iuvat ipse dolor.

Ovid. remed. 81

opprime, dum nova sunt, subiti mala semina morbi.

1) Cf. Kalkmann, De Hippolytis Euripideis, p. 12 sqq.

Long. pastor. I 14, 1 *νῦν ἐγὼ νοσῶ μέν, τί δὲ ἡ νόσος ἀγνοῶ· ἀλγῶ, καὶ ἕλκος οὐκ ἔστι μοι.* Long. I 18, 2 *ὦ νόσου καινῆς, ἧς οὐδὲ εἰπεῖν οἶδα τοὔνομα.* Heliodor. IV 7, 42 *οὐ γὰρ καὶ παιδὶ γνώριμον, ἔφη, ψυχῆς εἶναι τὸ πάθος καὶ τὴν νόσον ἔρωτα λαμπρόν;*

Huic morbo amantes frustra mederi conantur, nemo enim auxilium ferre potest nisi ipse amatus homo. Iam in Euripidis Hippolyto nutrix Phaedram consolatur his verbis v. 477 sqq.

νοσοῦσα δ' εὖ πως τὴν νόσον καταστρέφου.
εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι·
φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου.

Sed postquam Hippolytum frustra precata est, ut novercae amoris morbum levaret, fatetur v. 688 sq.

τῆς νόσου δέ σοι
ζητοῦσα φάρμακ' εὗρον οὐχ, ἁβουλόμην.

Tum amatam personam unicum amoris remedium et levamen esse comici poetae affirmare solent:

Plaut. Cistell. 73 sq.

bono animo es, erit isti morbo melius. Sel.: confidam fore,
si medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest.

Terent. Adelph. 293 sq.

numquam unum intermittit diem,
quin semper veniat. So.: solus mearum miseriarumst remedium.

Publil. Syr. sent. 31

amoris vulnus idem sanat, qui facit.

Menandrum autem tale quidquam scripsisse documento est, quod Donatus ex Phasmatis argumento narrat ad Eunuchi v. 9: .... exarsit in amorem puellae, ita ut remedium tantae cupiditatis, nisi ex nuptiis, non reperiretur. Denique Tibullus, Propertius, Ovidius imitati Alexandrinos de amoris furore, qui neque artibus magicis neque ulla medicina sanari possit, similes querellas fundunt:

Prop. I 1, 26

quaerite non sani pectoris auxilia.

Theocrit. id. II 95

εἰ δ' ἄγε Θέστυλί μοι χαλεπᾶς νόσω εὗρέ τι μῆχος.

Prop. I 5, 27 sq.

non ego tum potero solacia ferre roganti,
cum mihi nulla mei sit medicina mali.

Theocrit. id. XIV 52 sq.

χὤτι τὸ φάρμακόν ἐστιν ἀμηχανέοντος ἔρωτος,
οὐκ οἶδα.

Prop. II 1, 57 sq.

omnis humanos sanat medicina dolores:
solus amor morbi non habet artificem eqs.

Tibull. II 3, 13 sq.

nec potuit (Apollo) curas sanare salubribus herbis:
quidquid erat medicae vicerat artis Amor.

Ovid. metam. I 523 sq.

ei mihi, quod nullis amor est sanabilis herbis
nec prosunt domino (Apollini) quae prosunt omnibus artes[1])

Neque in elegis ab ullo alio nisi amato homine auxilium contra amoris dolores exspectandum est:

Ovid. metam. IX 545 sq.

superata fateri
cogor opemque tuam timidis exposcere votis.
tu servare potes, tu perdere solus amantem.

Ovid. heroid. (XV) 187

tu mihi Leucadia potes esse salubrior unda.

Cf. Lucret. IV 1078 sq.

namque in eo spes est, unde est ardoris origo,
restingui quoque posse ab eodem corpore flammam.

Quibus adiungas hos inferioris aevi sophistarum locos: Chariton. VI 3, 7 φάρμακον γὰρ ἕτερον Ἔρωτος οὐδέν ἐστι πλὴν αὐτὸς ὁ ἐρώμενος. Long. II 7, 7 Ἔρωτος γὰρ οὐδὲν φάρμακον, οὐ πινόμενον, οὐκ ἐσθιόμενον, οὐκ ἐν ᾠδαῖς λαλούμενον, ὅτι μὴ φίλημα καὶ περιβολὴ καὶ συγκατακλῖναι γυμνοῖς σώμασι. Heliodor. IV 7, 47 ζητητέος σοι, Χαρίκλεις, ὁ ἰασόμενος (γένοιτο δ' ἂν μόνος ὁ ποθούμενος). Hanc porro sententiam a comicis Atticis traditam Alexandrini poetae Telephi fabula, qui ab Achille vulneratus eiusdem hastae aerugine, qua afflictus erat, sanatus est, illustrare solebant, ut praeter Malletium p. 28 copiose demonstravit Otto de fabulis Propertianis I p. 21.[2])

1) Cf. Ovid. heroid. V 149 sq. heroid. XII 165 sqq. art. II 489 sqq. remed. 91 sq. remed. 259 sq. remed. 526 sqq. anthol. Pal. V 116, 3 sq. Heliodor. III 19, 34 sq. Kalkmann, l. l. p. 17 et 94. Mallet, l. l. p. 27.

2) Qui haec affert exempla: Prop. II 1, 63 sq. Ovid. amor. II 9, 7 sq. metam. XII 112 sq. remed. 47 sq. trist. I 1, 99 sq. ex Pont II 2, 26; anthol. Pal. V 225, 5 sq. V 291, 5; alia. Adde Claudian. carm. min. XXII 46 sqq.

Iam vero iuvenes tali morbo amatorio correptos caecos, stultos, insanos fieri haud semel legimus, videas hos locos:

Menandri Andriae frg. 48, K. III p. 17

τὸ δ' ἐρᾶν ἐπισκοτεῖ
ἅπασιν, ὡς ἔοικε, καὶ τοῖς εὐλόγως
καὶ τοῖς κακῶς ἔχουσιν.

Plaut. Mil. 1258

naso pol iam haec quidem plus videt quam oculis. Pal.: caeca amore est.

Theocrit. id. X 19 sq.

τυφλὸς δ' οὐκ αὐτὸς ὁ Πλοῦτος
ἀλλὰ καὶ ὡφρόντιστος Ἔρως· μὴ δὴ μέγα μυθεῦ.

Prop. II 14, 18

scilicet insano nemo in amore videt.

Stultis autem vel dementibus amantes adnumerantur his locis:

Menandri frg. 85, K. III p. 27

ἀλλ' ὅταν ἐρῶντα νοῦν ἔχειν τις ἀξιοῖ,
παρὰ τίνι τ' ἀνόητον οὗτος ὄψεται;

Plaut. Pseudol. 238

non iucundumst, nisi amans facit stulte.

Plaut. Mercat. 381

haud etiam quicquam inepte feci, amantes ut solent.

Plaut. Trin. 669

atque is (Amor) mores hominum moros et morosos efficit.

Terent. Eunuch. 56 sqq.

ere, quae res in se neque consilium neque modum
habet ullum, eam consilio regere non potes.
in amore haec omnia insunt vitia eqs.

Elgiaci autem poetae de eadem re haec proferunt:

Prop. I 1, 5 sq.

donec me docuit castas odisse puellas (Amor)
improbus et nullo vivere consilio.

Prop. II 12, 3 sq.

is primum vidit sine sensu vivere amantes
et levibus curis magna perire bona.

Ovid. heroid. IV 154

quid deceat, non videt ullus amans.

Meleagri epigr. XII 117, 3 sq.

κωμάσομαι; ποῖ, θυμέ, τρέπῃ; τί δ' ἔρωτι λογισμός;
ἅπτε τάχος. ποῦ δ' ἡ πρόσθε λόγων μελέτη;
ἐῤῥίφθω σοφίας πολὺς πόνος.

Nonnumquam comici amatores cupidine vel dolore per-

turbati meras nugas garriunt. Sic in Plauti Persa servus amans ipse fatetur v. 49.

Amoris vitio, non meo, nunc tibi morologus fio.

Quibuscum non discrepat, quod Tibullus queritur II 6, 17 sq.

tu miserum torques, tu me mihi dira precari
cogis et insana mente nefanda loqui.

De amantium ineptiis agit etiam Achilles Tatius VI 18, 2 *διελέγετο ἄλλοτε ἄλλα ῥήματα συνάπτων οὐκ ἔχοντα νοῦν, τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἐρῶντες, ὅταν πρὸς ἐρωμένας ζητήσωσι λαλεῖν.*

Noti autem sunt adulescentes illi Plautini, qui firmissimis affirmationibus amorem suum asseverare volunt atque, si maximis nugis dictis tandem ad finem iurisiurandi venerunt, quid locuturi fuerint, nesciunt. Memineris, si placet, confusi iurisiurandi, quod profert Agorastocles in Poenulo 428 sq., Mnesilochus in Bacchidibus 503 sq., Alcesimarchus in Cistellaria 283 sq. et 512 sq. Ecce Meleagrum quoque se talem garrulum amatorem finxisse observamus anthol. Pal. V 182, 3 sqq.[1])

*ἄγγειλον τάδε, Δορκάς· ἰδοὺ πάλι δεύτερον αὐτῇ
καὶ τρίτον ἄγγειλον, Δορκάς, ἅπαντα, τρέχε·
μηκέτι μέλλε, πέτου — βραχύ μοι, βραχύ, Δορκάς, ἐπίσχες.
Δορκάς, ποῖ σπεύδεις, πρίν σε τὰ πάντα μαθεῖν;
πρίσθες δ', οἷς εἴρηκα πάλαι — μᾶλλον δὲ (τί ληρῶ;)
μηδὲν ὅλως εἴπῃς — ἀλλ' ὅτι — πάντα λέγε.
μὴ φείδου τὰ ἅπαντα λέγειν. καίτοι τί σε, Δορκάς,
ἐκπέμπω; σὺν σοὶ καὐτός, ἰδού, προάγω.*

Meleagrum hic novae comoediae sectatorem exsistere propter consensum Plauti negari vix potest. Innumerabiles paene locos, quibus homines amatorio morbo afflicti furentes, amentes, miseri vocantur, adscribere supersedeam et nunc, quomodo ne corpori quidem parcat hic morbus, breviter perstringam.

Amantes igitur et in fabulis et in elegis aegrotam et pallidam faciem ostendere solent. Itaque dicit Ovidius art. I 729

palleat omnis amans! hic est color aptus amanti.

Vix operae pretium est reliquos omnes locos, qui de amantium

---

1) Cf. Leo, Plantin. Forsch. p. 136, 1.

pallore agunt, hic adscribere, cum argumento tantum, non singulis verbis consentiant. Collegi autem hos: Plaut Cistell. 54 sq. Mercator. 368 sq. Pers. 23 sq. Prop. I 1, 21 sq. Prop. I 5, 21 sq. Prop. I 9, 17; Prop. I 13, 7; Prop. III 8, 28; Prop. IV 3, 27; Ovid. heroid. XI 27; heroid. XX (XXI) 215; metam. IV 203; Catull. LXIV 100; Claudian. epithal. de nupt. Honor. 81; Theocrit. id. II 88 sq.; Xenoph. Eph. I 5, 2; Heliodor. III 19.

Deinde sicut febris ardor ita cupidinis furor nocturno tempore augetur, ut amantes somnum capere non possint. Amoris igitur vitiis imprimis adnumerari videmus Plaut. Merc. 25 'insomnia, aerumna error, terror' eqs. Et in Terentii Eunucho servus domino, qui infidam amicam relinquere et rus abire vult, respondet v. 219 sq. 'aut iam revortere aut mox noctu te adiget horsum insomnia'. Mulieres amantes in Plauti Sticho v. 6 'sollicitae noctes et dies' sunt maritorum causa. Ex magno versuum numero, qui in elegis amaras et insomnes amantium noctes describunt, paucos modo apponam:

Prop. II 17, 3 sq.

quotiens desertus amaras
explevi noctes fractus utroque toro.

Prop. III 17, 11

semper enim vacuos nox sobria torquet amantes.

Ovid. heroid. XI 29

nec somni faciles et nox erat annua nobis.

Ovid. heroid. XIII 104 sq.

tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis,
nocte tamen quam luce magis.

Meleagri epigr. anthol. Pal. V 212, 3

οὐδ᾽ ἡ νύξ, οὐ φέγγος ἐκοίμισεν.

Crinagorae epigr. anthol. Pal. V 119, 3

εἰ μή σοι χαρίεσσα παρακλίνοιτο Γέμελλα,
γνώσῃ κοιμηθεὶς οὐχ ὕπνον, ἀλλὰ κόπον.

Theocrit. id. X 10

οὔδαμά νυν συνέβα τοι ἀγρυπνῆσαι δι᾽ ἔρωτα;

Similia scribunt: Catull. LXVIII 5; Tibull. I 2, 76; Prop. I 1, 33; Prop. I 3, 39; Prop. I 11, 5; Prop. I 12, 13; Prop. II 25, 47; Prop. IV 3, 29; Ovid. amor. I 2, 1 sqq.; heroid. XII 57 sq.; anthol. Pal. V 152; anthol. Pal. V 229; Theocrit. II 38; Achill. Tat. I 6, 2. Cf. Dilthey, Cydipp. p. 70; Rohde, Rom. p. 157, 3.

Quin etiam in tantam animi perturbationem incidere possunt, ut ipsi adulescentes, neque qui sint, neque ubi sint, sciant. Audias enim Alcesimarchi, cui omnem eripuit rationem amicae fuga, in Plauti Cistellaria lamentationem v. 211 sq.

ubi sum, ibi non sum, ubi non sum, ibist animus,
ita mi omnia sunt ingenia eqs.

et Chaereae in Terentii Eunucho v. 305 sq.

nescio hercle, neque unde eam neque quorsum eam:
ita prorsum oblitus sum mei.

Ad quas querellas optime se accommodat id, quod Propertius familiari cuidam de puellae servitio praedicit I 5, 17 sq.

et quaecumque voles, fugient tibi verba querenti,
nec poteris, qui sis aut ubi, nosse miser.

Talia vero nobis apud Graecos quaerentibus occurrit Aristaeneti ep. I 28, 19 *τί πράξω; τί γένωμαι; φεῦ τῶν ἀφορήτων κακῶν, παπαὶ τῶν ἀμέτρως κατεβλακευμένων ἠθῶν*, et Achill. Tat. I 9, 7 *τί λέγω; τί ποιῶ; πῶς ἂν τύχοιμι τῆς ἐρωμένης; οὐκ οἶδα γὰρ τὰς ὁδούς.*

Porro animi mobilitas vel inter spem metumque fluctuatio, qua amantes vexantur, a comicis poetis cum maris aestu comparari solet: iuvenis, qui desiderii et cupidinis undis iactatur, verba videntur, quae ex Philemonis Ephebo servata sunt frgm. 28, K. II p. 485

οὐ τοῖς πλέουσι τὴν θάλατταν γίνεται
μόνοισι χειμών, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ καὶ
τοῖς περιπατοῦσί που, Λάχης, ἐν τῇ στοᾷ
καὶ τοῖς μένουσιν ἔνδον ἐν ταῖς οἰκίαις eqs.

Aperte autem novi alicuius amatoris oratio elucet ex Menandri fragmento 536, K. III p. 159

μὰ τὴν Ἀθηνᾶν, ἄνδρες, εἰκόν' οὐκ ἔχω
εὑρεῖν ὁμοίαν τῷ γεγονότι πράγματι,
ζητῶν πρὸς ἐμαυτόν, τί ταχέως ἀπολλύει.
στρόβιλος, ἐν ὅσῳ συστρέφεται, προσέρχεται,
προςέβαλεν, ἐξέρριψεν, αἰὼν γίνεται.
ἀλλ' ἐν πελάγει συγκλυσμός. ἀναπνοὴν ἔχει
'Ζεῦ σῶτερ' εἰπεῖν 'ἀντέχου τῶν σχοινίων',
ἑτέραν περιμεῖναι χἀτέραν τρικυμίαν,
ναυαγίου τ' ἂν ἐπιλάβοι· ἐγὼ δ' ἅπαξ
ἁψάμενός εἰμι καὶ φιλήσας ἐν βυθῷ.

Nec deest amoris aestus in Plauti fabulis:

Cistell. 221 sq.

maritimis moribus mecum experitur,
ita meum frangit amantem animum (Amor).

Plaut. Mercator 890

potin ut animo sis tranquillo? Char.: quid si mi animus fluctuat?

Qua in re Alexandrinam elegiam pendere ex comoedia Attica tibi persuasum fore spero, si haec exempla perlustraveris:

Catull. LXVIII 107

tanto te absorbens vertice amoris
aestus in abruptum detulerat barathrum.

Prop. II 12, 7 sq.

scilicet alterna quoniam iactamur in unda
nostraque non ullis permanet aura locis.

Ovid. amor. II 4, 8

auferor ut rapida concita puppis aqua.

Incerti auctoris epigr. anthol. Pal. V 11

εἰ τοὺς ἐν πελάγει σῴζεις, Κύπρι, κἀμὲ τὸν ν γᾷ
ναυαγόν, φιλίῃ σῶσον ἀπολλύμενον.

Meleagri epigr. anthol. Pal. V 190

κῦμα τὸ πικρὸν Ἔρωτος ἀκοίμητοί τε πνεοντες
ζῆλοι καὶ κώμων χειμέριον πέλαγος,
ποῦ φέρομαι; πάντη δὲ φρενῶν οἴακες ἀφεῖνται eqs.

Philostrati epist. 50 *ἐμπρόθεσμον ἐκεῖνο τὸ ναυάγιον, καὶ σμικρόν τις ἀναμείνας σωτηρίας ηὐπόρει δένδρον εὑρὼν ἐν πελάγει, ὁ δ᾽ ἐς ταύτην ἅπαξ τὴν θάλατταν καταῤῥυεὶς οὐκέτι ἐξέρχεται.*

Cum amor tam gravis ac vehemens morbus sit, iuvenes in fabulis, si quid per indomitam cupiditatem commiserunt, veniam sibi petunt, quasi animo perturbato vel insano neque sua sponte peccaverint. Quibus excusationibus nunc, si placet, aures praebeas:

Plaut. Aulul. 737 sqq.

Lyc.: deus impulsor mihi fuit, is me ad illam illexit. Eucl.: quomodo?
Lyc.: fateor peccavisse et me culpam commeritum scio;
id adeo te oratum advenio, ut animo aequo ignoscas mihi.

Plaut. Mil. 1251 sq.

si amavit umquam, aut si parem sapientiam habet ac formam,
per amorem si quid fecero, clementi animo ignoscet.

Plaut. Poenul. 140 sq.

amans per amorem si quid feci, Milphio,
ignoscere id te mihi aequom est.

Plaut. Mercator 317 sqq.

nihil est iam, quod tu mihi suscenseas,
fecere tale ante alii spectati viri.
humanum amareest, humanum autem ignoscerest.

Cf. Plaut. Bacch. 1014 sqq. Terent. Eunuch. 877 sqq. Terent. Adelph. 687 sqq.

Iam eadem de causa in Propertii et Ovidii carminibus venia et petitur et datur:

Prop. II 30, 24

hoc si crimen erit, crimen Amoris erit:
mi nemo obiciat.

Ovid. heroid. VII 163 sq.

parce, precor, domui, quae se tibi tradit habendam!
quod crimen dicis praeter amasse meum?

Ovid. heroid. VIII 37 sq.

et pater ignoscet nostro Menelaus amori,
succubuit telis praepetis ipse dei.

Ovid. heroid. XVI (XVII) 35 sq.

nec tamen irascor (quis enim succenset amanti?)
si modo, quem praefers, non simulatus amor.

Ovid. heroid. XVIII (XIX) 4

da veniam fassae: non patienter amo.

Denique item ut in Plauti Mercatore 314 et in Terentii Adelphis 687 apud Heliodorum Chariclea monetur iam multos alios bonos homines amori succubuisse: Heliod. IV 10, 44 *σὺ μὲν ἴσθι μὴ μόνη καὶ πρώτη τὸ πάθος ὑποστᾶσα, ἀλλὰ σὺν πολλαῖς μὲν γυναιξὶ τῶν ἐπισήμων, σὺν πολλαῖς δὲ παρθένοις τῶν τἆλλα σωφρόνων.*

Contumaciores autem sunt adulescentes, qui amorem suum profitentur in Terentii Andria 896:

ego me amare hanc fateor; si id peccarest, fateor id quoque,

et in Menandri fragm. incert. 858, K. III p. 229:

ἤρων γάρ, ἤρων, ὁμολογῶ· καὶ νῦν δ᾿ ἐρῶ.

Sed pertinaciae socios habent, ni fallor, magnum Callimachum eiusque sectatorem Ovidium:

Callimachi epigr. XLII 5 sq. (anthol. Pal. XII 118)

ἐλθὼν δ᾿ οὐκ ἐβόησα, τίς ἢ τίνος, ἀλλ᾿ ἐφίλησα
τὴν φλιήν· εἰ τοῦτ᾿ ἔστ᾿ ἀδίκημ᾿, ἀδικέω.

Ovid. heroid. XIX (XX) 35

si noceo, quod amo, fateor, sine fine nocebo.

Tum Pleusicles in Plauti Milite 1287 sqq. sua inhonesta facta cum aliorum hominum tum Achillis exemplo excusare conatur, qui propter amorem Achivos occidi passus sit. Quem ad finem Achillis ira etiam ab Horatio, Propertio, Ovidio commemoratur: Horat. carm. II 4, 3 sqq. Prop. II 8, 27 sqq. Ovid. amor. I 9, 32 sqq. amor. II 8, 11 sqq. art. II 711 sqq.

At in Aristophanis nubibus iuveni suadetur, ut adulterii culpam Iovi attribuat v. 1078 sqq.

μοιχὸς γὰρ ἢν τύχῃς ἁλούς, τάδ' ἀντερεῖς πρὸς αὐτόν,
ὡς οὐδὲν ἠδίκηκας· εἶτ' εἰς τὸν Δί' ἐπανενεγκεῖν,
κἀκεῖνος ὡς ἥττων ἔρωτός ἐστι καὶ γυναικῶν.
καίτοι σὺ θνητὸς ὢν θεοῦ πῶς μεῖζον ἂν δύναιο;

Id ipsum facit Chaerea, iuvenis audacissimus, in Terentii Eunucho, qui se Iovis furtis ad vitiandam virginem impulsum esse simulat v. 587 sqq.

impendio magis animus gaudebat mihi
deum sese in hominem convortisse atque in alienas tegulas
venisse clanculum per impluvium fucum factum mulieri.
at quem deum! qui templa caeli summa sonitu concutit.
ego hoc homuncio non facerem? ego illud vero ita ac lubens.

Etiam Propertius et Ovidius et anthologiae Palatinae poetae putant, quod Iovi liceat, sibi non improbum esse:

Prop. III 11, 27 sq.

nam quid ego heroas, quid raptem in crimina divos?
Iuppiter infamat seque suamque domum.

Ovid. heroid. IV 133 sq.

Iuppiter esse pium statuit, quodcumque iuvaret,
et fas omne facit fratre marita soror.

Asclepiades epigr. anthol. Pal. V 64, 5

ἕλκει γὰρ μ' ὁ κρατῶν καὶ σοῦ θεός, ᾧ ποτε πεισθείς,
Ζεῦ, διὰ χαλκείων χρυσὸς ἔδυς θαλάμων.

Meleager anthol. Pal. XII 101, 5

φίλε κοῦρε, τί θαμβεῖς;
καὐτὸν ἀπ' Οὐλύμπου Ζῆνα καθεῖλεν Ἔρως.

Addere licet anthol. Pal. V 100; anthol. Pal. XII 117; anthol. Pal. XII 215; Achill. Tat. I 5, 7. Cf. Otto, de fabul. Prop. II p. 6.

Vix opus est de iuvenum excusationibus proferre plura, quare aliam ad rem nos convertamus. Cum amor tam graviter

hominum corpora et animos affligat, de hoc morbo, quamvis amantes dissimulent, tamen nemo celari potest. Itaque dicit Antiphanes frg. 235, K. II p. 114

κρύψαι, Φειδία,
ἅπαντα τἆλλα τις δύναιτ' ἂν πλὴν δυοῖν·
οἶνόν τε πίνων εἰς ἔρωτά τ' ἐμπεσών.
ἀμφότερα μηνύει γὰρ ἀπὸ τῶν βλεμμάτων
καὶ τῶν λόγων ταῦθ'. ὥστε τοὺς ἀρνουμένους
μάλιστα τούτους καταφανεῖς ποιεῖ.

Quocum optime congruit Asclepiadae, qui Callimachi fere aequalis fuit, epigramma anthol. Pal. XII 135

οἶνος ἔρωτος ἔλεγχος. ἐρᾶν ἀρνεύμενον ἡμῖν
ἤτασαν αἱ πολλαὶ Νικαγόραν προπόσεις·
καὶ γὰρ ἐδάκρυσεν καὶ ἐνύστασε καί τι κατηφὲς
ἔβλεπε, χὠ σφιχθεὶς οὐκ ἔμενε στέφανος.

Quid quod Callimachus ipse scripsit epigr. XLIII (anthol. Pal. XII 134)

ἕλκος ἔχων ὁ ξεῖνος ἐλάνθανεν. ὡς ἀνιηρὸν
πνεῦμα διὰ στηθέων — εἶδες — ἀνηγάγετο,
τὸ τρίτον ἡνίκ' ἔπινε, τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα
τὠνδρὸς ἀπὸ στεφάνων πάντ' ἐγένοντο χαμαί.
ὤπτηται μέγα δή τι. μὰ δαίμονας, οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
εἰκάζω, φωρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

Neque praetereas Rufini carmen anthol. Pal. V 87

ἀρνεῖται τὸν ἔρωτα Μελισσιάς, ἀλλὰ τὸ σῶμα
κέκραγ' ὡς βελέων δεξάμενον φαρέτρην,
καὶ βάσις ἀστατέουσα καὶ ἄστατος ἄσθματος ὁρμὴ
καὶ κοῖλαι βλεφάρων ὠτοτυπεῖς βάσιες

aut Luciani verba, de dea Syria 17 *ἔρωτος δὲ ἀφανέος πολλὰ σημήια, ὀφθαλμοί τε ἀσθενέες καὶ φωνὴ καὶ χροιὴ καὶ δάκρυα.* Nonne meo iure contendi tales sententias ex comoediis Atheniensium Alexandrinis interpositis usque ad elegos Romanorum penetrasse, si ibi quoque similia occurrunt? Perlege igitur:

Tibull. I 9, 23 sqq.

nec tibi celandi spes sit peccare paranti:
est deus, occultos qui vetat esse dolos.
ipse deus tacito permisit lingua ministro
ederet ut multo libera verba mero:
ipse deus somno domitos emittere vocem
iussit et invitos facta tegenda loqui.

Tibull. I 8, 1 sqq.

non ego celari possum, quid nutus amantis
quidve ferant miti lenia verba sono eqs.

Ovid. heroid. XV (XVI) 235 sq.

qua licet et possum, luctor celare furorem,
sed tamen apparet dissimulatus amor.

Eandem rem tractant Catullus in carmine 6, Propertius I 9, 5 sq. III 8, 17 sq.

Quibus affine est, quod amantes saepius admonentur, ut occultos dolores amoris professione leniant. Iam Menander hoc remedium commendat frg. 559, K. III p. 170

λύπης ἰατρός ἐστιν ἀνθρώποις λόγος.
ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει θελκτήρια·
λέγουσι δ' αὐτὸν οἱ πάλαι σοφώτατοι
ἀστεῖον εἶναι φάρμακον.

Callimachum autem in elegis eodem fere modo doloris levandi causa miseriarum communicationem suasisse traditur etym. magn. p. 290, 50; Stob. flor. IV 65 M. (Schn. frg. 67)

κουφοτέρως τότε φῶτα διαθλίβουσιν ἀνῖαι,
ἐκ δὲ τριηκόντων μοῖραν ἀφεῖλε μίαν,
ἢ φίλον ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρα συνέμπορον ἢ ὅτε κωφαῖς
ἄλγεα μαψαύραις ἔσχατον ἐξερέῃ.

Deinde a Paulo Silentiario hoc amoris levamentum commendatum videmus anthol. Pal. V 221

μέχρι τίνος φλογόεσσαν ὑποκλέπτοντες ὀπωπὴν
φώριον ἀλλήλων βλέμμα τιτυσκόμεθα;
λεκτέον ἀμφαδίην μελεδήματα.

Denique inferioris aetatis sophistis usque ad medium aevum haec sententia in deliciis erat: Heliodor. IV 5, p. 285 λέγε θαρσήσασα, μηδὲ χορήγει τῷ λυποῦντι μέγεθος σιωπῶσα. πάθος γὰρ ἅπαν τὸ μὲν ὀξέως γιγνωσκόμενον εὐβοήθητον, τὸ δὲ χρόνῳ παραπεμπόμενον ἐγγὺς ἀνίατον. τροφὴ γὰρ νόσων ἡ σιωπή, τὸ δὲ ἐκλαλούμενον εὐπαραμύθητον. Achill. Tat. II 29, 4 λόγος γάρ, γλώσσης βέλος, ἄλλης γλώσσης βέλει θεραπεύεται· καὶ γὰρ τῆς καρδίας ἔπαυσε τὸ λυπούμενον eqs. Aristaenet. I 16. 5 πέφυκε δὲ τοῖς ποθοῦσιν ἔτι μᾶλλον ἐπαύξειν ὁ λαθραῖος ἅμα καὶ σιγώμενος ἔρως· ἅπας γάρ, δι' ὁτιοῦν ἀχθόμενος τὴν ψυχήν, τὸ λυποῦν ἐκλαλῶν ἐπικουφίζει τῆς ἀδημονίας τὸ βάρος. Nicet. Eugenian. I 269 sqq.

λύπης γάρ ἐστι φάρμακον πάσης λόγος,
ψυχὴ δὲ πάντως οὐκ ἂν ἄλλως ἰσχύσοι
πῦρ ἐξαναφθὲν θλίψεων κατασβέσαι,
εἰ μὴ πρὸς ἄλλον ἐξαγάγῃ τὸ θλῖβον
παρηγορεῖν ἔχοντα τοὺς λυπουμένους.

Maxima sane admiratione dignum videtur, ut Menandri verba ab aliis ad alios promulgata usque ad extrema tempora valuerint. Atque rarissime accidit, ut tam lucide totam imitatorum seriem perspicere possimus. Quo maiore gaudio percipimus nos in hac re ne a Romanis quidem Callimachi sectatoribus deseri. Propertius enim et Ovidius scribunt:

Prop. I 9, 38 sq.

quare, ni pudor est, quam primum errata fatere:
dicere, quo pereas, saepe in amore levat.

Tibull. I 8, 7 sq.

desine dissimulare: deus crudelius urit,
quos videt invitos succubuisse sibi.

Sed amatores, quibuscum mihi nunc res est, nondum professione dolorem mitigaverunt et multifariam cruciatum suum deplorant. Imprimis cor eis dolet, quod amoris stimulis perfoditur, velut Bacchid. 1159 'cor stimulo foditur'; Trucul. 853 'ne ista stimulum longum habet, qua usque illinc cor pungit meum'; Pers. 25 'sagitta Cupido cor meum transfixit'; Prop. II 13, 2 'spicula quot nostro pectore fixit Amor'; Ovid. amor. I 2, 7 'haeserunt tenues in corde sagittae'; art. I 23 'quo me fixit Amor, quo me violentius ussit' eqs.; art. I 169 'saucius ingemuit telumque volatile sensit'; Musaei 166 γλυκύπικρον ἐδέξατο κέντρον Ἐρώτων; Ach. Tat. II 7, 6 ἐπὶ γὰρ τὴν καρδίαν κατέρευσε τὸ τραῦμα; Heliodor. I 14, 51 οἷον ἐγκεῖσθαι τῇ καρδίᾳ κέντρον ἀγνοεῖν τὰς ἄλλας ἔλεγεν. Cistell. 64 'at mihi cordolium est'; Ovid. heroid. VI 76 'cor dolet'; Mercator 204 'edepol cor miserum meum, quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem'; Asclepiad. anth. Pal. V 210 ὤ μοι! ἐγὼ δὲ τήκομαι ὡς κηρὸς πὰρ πυρὶ κάλλος ὁρῶν; Agathiae anth. Pal. V 278 Ἔρωτες τήξουσιν κενεὴν ἐχθομένῳ κραδίην.

Quin etiam poenae vel tormenta, quibus dei in historia fabulari sceleratos puniunt, amantium cruciatus, quod quidem

ipsi dicant, aequare non possunt. Sic Charinus lamentatur in Mercatore 467 sqq.

nullus sum, occidi.
Pentheum diripuisse aiunt Bacchas: nugas maximas
fuisse credo, praeut quo pacto ego divorsus distrahor.

In elegis autem similiter infelices iuvenes suum insatiabile desiderium cum Tantali, Sisyphi, Ixionis cruciatibus comparare solent. Ut exemplo utar, adscribam Prop. II 17, 5 sqq.

vel tu Tantalea moveare ad flumina sorte,
ut liquor arenti fallat ab ore sitim,
vel tu Sisyphios licet a! miserere labores,
difficile ut toto monte volutet onus:
durius in terris nihil est quod vivat amante,

et Pauli Silentiarii epigr. anthol. Pal. V 236

καὶ τάχα Ταντaλέης Ἀχερόντια πήματα ποινῆς
ἡμετέρων ἀχέων ἐστὶν ἐλαφρότερα eqs.

Adde Prop. II 1, 65 sqq. Ovid. amor. III 7, 51 sqq. heroid. XVII (XVIII) 181 sq. Paul. Sil. anthol. Pal. V 246, 5 sq. Praeterea componas hos Plautinos et Propertianos versus: Cistell. 206 sqq.

iactor, agitor, stimulor, versor
in amoris rota, miser exanimor,
ferror, differor, distrahor, diripior,

et Prop. I 9, 20 sqq.

et magis infernae vincula nosse rotae (cupies)
quam pueri totiens arcum sentire medullis
et nihil iratae posse negare tuae.

Quarum miseriarum liberationem, cum vinum homines aliis curis solvat, adulescentes nonnumquam a Baccho petunt. Simillimis igitur laudibus ille sollicitorum et pauperum hominum amicus in Diphili fragmento 86, K. II 569 et Augusteorum poetarum carminibus celebratur:

ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προςφιλέστατε
Διόνυσε καὶ σοφώταθ', ὡς ἡδύς τις εἶ,
ὃς τὸν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιεῖς μόνος
τὸν τὰς ὄφρυς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν,
τόν τ' ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν.

Horat. carm. III 21, 13 sq.

tu lene tormentum ingenio admoves
plerumque duro, tu sapientium

curas et arcanum iocoso
consilium retegis Lyaeo,
tu spem reducis mentibus anxiis
viresque et addis cornua pauperi eqs.

Tibull. I 7, 39 sqq.

Bacchus et agricolae magno confecta labore
pectora tristitiae dissoluenda dedit.
Bacchus et adflictis requiem mortalibus affert eqs.

Amatoribus autem, qui in elegis amoris ignem vino extinguere conantur, non modo non auxilium fert, sed etiam cupidinis ardorem magis accendit. [1]) Quam rem praetermittam, cum persona iuvenis amantis, qui furorem frustra vino propellere vult, in fragmentis et fabulis servatis, quod quidem sciam, non occurrat; quamquam tales iuvenes a Baccho deceptos iam in Atheniensium scenam productos esse confido, nam Bacchus multis comicorum locis, de quibus nunc agam, quasi Veneris adiutor et socius apparet, velut in Antiphanis Aeoli fragm. 18, 3, K. II p. 17

εἶτα παραλαβών ποτε
οἶνον στρατηγόν, ὃς μόνος θνητῶν ἄγει
τὴν τόλμαν εἰς τὸ πρόσθε τῆς εὐβουλίας,
νύκτωρ ἀναστὰς ἔτυχεν, ὧν ἐβούλετο.

Plaut. Rud. 566

vel ego amare utramvis possum, si probe adpotus siem.

In Terentii Eunucho dicit adulescens ebrius meretricis ancillae v. 730 sqq.

vah, quanto nunc formosior
videre mihi quam dudum!

Illa autem hoc vinum effecisse demonstrat, cum respondet:

certo tu quidem pol multo hilarior.

Cui responso adulescens assentitur, nam dicit:

verbum hercle hoc verum erit 'sine Cerere et Libero friget Venus'.

Verbosius vero exponit eadem Ovidius, qui simul consensionem

---

1) Tibull. I 2, 1 sqq. Tibull. I 5, 37 sqq. Tibull. III 6, 1 sqq. Prop. III 17, 1 sqq. Ovid. heroid. XV (XVI) 229 sq. Ovid remed. 805 sqq Asclepiad. anth. Pal. XII 50. Meleager anth. Pal. XII 49. Alciphron epist. I 35, 2 fortasse comicum quendam imitatur. Cf. Volkmann, studia Alciphronea, Vratislav. 1886, p. 23 sqq.

quandam praebet cum Diphili fragmento supra allato art. I 237 sqq.

vina parant animos faciuntque caloribus aptos:
cura fugit multo diluiturque mero.
tunc veniunt risus, tum pauper cornua sumit,
tum dolor et curae rugaque frontis abit,
tunc aperit mentes aevo rarissima nostro
simplicitas artes excutiente deo.
illic saepe animos iuvenum rapuere puellae,
et Venus in vinis ignis in igne fuit.
hic tu fallaci nimium ne crede lucernae:
indicio formae noxque merumque nocent.

Cf. Ovid. art. I 525 sq. III 762 sq.; Horat. carm. III 12, 1.

Duos vero Euripidis locos, qui huc pertinent, conglutinaverunt Antiphanes et Menander, nempe Euripidis Bacch. 773 sq.

οἴνου δὲ μηκέτ' ὄντος οὐκ ἔστιν Κύπρις
οὐδ' ἄλλο τερπνὸν οὐδὲν ἀνθρώποις ἔτι,

et Euripidis frg. incert. 895, N. p. 647

ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὔ,

nam comici illi scribunt:

Antiphan. frg. inc. 242, K. II p. 117

πάρεστιν ὄψον χρηστόν, ἐπαγωγὸν πάνυ,
οἶνος τε Θάσιος καὶ στέμματα·
ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις, ἐν δὲ τοῖς κακῶς
πράσσουσιν οὐκ ἔνεστιν Ἀφροδίτη βροτοῖς,

et Menander Misumeni frg. 345, K. III p. 100

οὐπώποτ' ἠράσθης Γέτα;
Γ.: οὐ γὰρ ἐνεπλήσθην·

Quibus apte subiungi possunt Ovidii versus rem. 746 sqq.

divitiis alitur luxuriosus amor.
cur nemost Hecalen, nullast, quae ceperit Iron?
nempe quod alter egens, altera pauper erat.
non habet, unde suum paupertas pascat amorem.

Quoniam Euripidis est facta mentio, statim, si placet, aliud eius enuntiatum, quod de vini ad augendam cupiditatem vi agit, per comicos usque ad elegiacos poetas persequamur. Dico Auges fragmentum 265, N. p. 437, ubi Hercules se hoc modo excusat:

νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ μ'. ὁμολογῶ δέ σε
ἀδικεῖν, τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐχ ἑκούσιον.

In comoediis enim iuvenes, qui ebrii noctu obviam virginem

oppresserunt, effrenatae cupidinis culpam hisce verbis in Bacchum conferre solent[1]) frg. incert. 1274, K. III p. 619

οἶνος μ' ἔπεισε δαιμόνων ὑπέρτατος,

quem versum aliquis Latinus poeta expressit frg. incert. 47, Ribb. p. 143

persuasit animo vinum, deus qui multo et maximus.

Filio hac de causa delictum excusanti negat pater ignosci posse in Philippidis frg. 26, K. III p. 309

οὐκ ἔστιν 'ἐμεθύσθην, πάτερ' λέγοντά σε
'ἥμαρτον', ὥστε πρὸς ἐμὲ συγγνώμης τυχεῖν·
ὃ γὰρ εἰς τὸν ἀσθενῆ βίᾳ τι, Πάμφιλε,
ποιῶν ὑβρίζειν, οὐχ ἁμαρτάνειν δοκεῖ.

Apud Plautum vero et Terentium saepissime adulescentuli eadem proferunt:

Aulul. 744 sqq.

quid tibi ergo meam me invito tactiost?
Lyc.: quia vini vitio atque amoris feci,

et v. 794

ego me iniuriam fecisse filiae fateor tuae,
Cereris vigiliis, per vinum atque impulsu adulescentiae.

Trucul. 828

mihique ignoscas, quod animi impos vini vitio fecerim.

Bacchid. 87

quia istoc inlecebrosius
fieri nil potest: nox, mulier, vinum homini adulescentulo.

Terent. Adelph. 470

persuasit nox, amor, vinum, adulescentia.

Aperte vero ex talibus comicorum locis derivandum est Callimachi epigramma XLII (anthol. Pal. XII 118)

εἰ μὲν ἑκών, Ἀρχῖν', ἐπεκώμασα, μυρία μέμφου,
εἰ δ' ἄκων ἥκω, τὴν προπέτειαν ἔα.
Ἄκρητος καὶ Ἔρως μ' ἠνάγκασαν, ὧν ὁ μὲν αὐτῶν
εἷλκεν, ὁ δ' οὐκ εἴα τὴν προπέτειαν ἐᾶν.
ἐλθὼν δ' οὐκ ἐβόησα, τίς ἢ τίνος, ἀλλ' ἐφίλησα
τὴν φλιήν. εἰ τοῦτ' ἔστ' ἀδίκημ', ἀδικέω.

Quem locum summa concordia Graeci et Romani asseculae Callimachi terunt. Age illorum versus audias: Rufin. anthol. Pal. V 93

ὥπλισμαι πρὸς Ἔρωτα περὶ στέρνοισι λογισμόν,
οὐδέ με νικήσει μοῦνος ἐὼν πρὸς ἕνα.

---

1) Cf. Meineke com. frg. IV p. 694.

θνατὸς δ' ἀθανάτῳ συστήσομαι. ἢν δὲ βοηθὸν
Βάκχον ἔχῃ, τί μόνος πρὸς δύ' ἐγὼ δύναμαι;

Achill. Tat. II 10, 3 *πολλὰ γὰρ ἦν τὰ τότε ὁπλίζοντά με θαῤῥεῖν. οἶνος, ἔρως, ἐλπίς, ἐρημία.* Achill. Tat. II 3, 3 *Ἔρως δὲ καὶ Διόνυσος, δύο βίαιοι θεοί, ψυχὴν κατασχόντες ἐκμαίνουσιν εἰς ἀναισχυντίαν, ὁ μὲν κάων αὐτὴν τῷ συνήθει πυρί, ὁ δὲ τὸν οἶνον ὑπέκκαυμα φέρων· οἶνος γὰρ ἔρωτος τροφή.*

Prop. I 3, 13 sq.

et quamvis duplici correptum ardore iuberent
hac Amor hac Liber, durus uterque deus.

Ovid. amor. I 6, 59 sq.

nox et amor vinumque nihil moderabile suadent:
illa pudore vacat, Liber Amorque metu.

Utinam nobis comicorum Atticorum vestigia in elegis Alexandrinis et Romanis indagantibus semper tam certis testimoniis uti liceret!

Denique cum Philemone concedit etiam Propertius ebrietatem ignoscendi peccati causam esse, nam dicunt:

Philem. frg. inc. 194, K. II 531

ἐμέθυον· ἱκανὴ πρόφασις εἰς θἀμαρτάνειν.

et Prop. II 34, 21

una tamen causa est, qua crimina tanta remitto,
errabant multo quod tua verba mero.

Porro amatores, qui nullo modo desiderium suum lenire possunt ad amatae puellae ianuam veniunt et flebilibus carminibus, quae a Plutarcho amator. 8 *παρακλαυσίθυρα* dicuntur, ut intromittantur, petunt vel exclusi puellae et ianuae duritiam deplorant. Iam in Aristophanis Ecclesiazusis 960 sqq. tale carmen traditur. Tum in Plauti Curculione 145 sqq. Phaedromus lepidissime fores occentat. Hic amatorum mos commemoratur etiam in Plauti Mercatore 406 sq.

quando incedat per vias,
contemplent, conspiciant eqs. ... occentent ostium,

et Pers. 570

at enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores.

Postea Alexandrinorum et Romanorum poetae amatorii huius generis carmina frequentabant, velut Asclepiades anthol. Pal. V 145, V 164, V 189, Callimachus epigr. LXIII (anthol. Pal. V 23), Theocritus id. III et XXIII, Meleager anthol. Pal. V 191, Paulus

Silentiarius anthol. Pal. V 71 et V 281. Proprium vero et singulare *παρακλαυσίθυρον* Alexandrinum est carmen illud, quod ante paucos annos ex Aegyptia terra in lucem protractum a Wilamovitzio in Nachrichten der Königl. Gesellsch. der Wissensch. zu Göttingen 1896, phil.-hist. Kl. p. 209 sqq. et O. Crusio in Philologo LV p. 354 sqq. editum et explicatum est, nam praeter metrum eo ab reliquis diversum est, quod non iuvenis, sed puella ante clausam adulescentis ianuam queritur. Ex Augustei aevi poetis composuerunt *παρακλαυσίθυρα* Alexandrinos imitati Horatius od. III 10, Propertius I 16, Ovidius amor. I 6, quae praetermittam. Operam autem studiumque impendendum mihi puto in Tibulli elegiam I 2, ad quam explicandam haud sine fructu comicos poetas arcessi video. Quod carmen quin inde a versu 7 *παρακλαυσίθυρον* sit, quis est, qui dubitet? Sed quid sibi vult initium carminis v. 1—6?

adde merum vinoque novos compesce dolores,
 occupet ut fessi lumina victa sopor:
neu quisquam multo perfusum tempora Baccho
 excitet, infelix dum requiescit amor.
nam positast nostrae custodia saeva puellae,
 clauditur et dura ianua firma sera.

Exoritur difficillima quaestio, quonam loco Tibullus se potantem et canentem finxerit. Praeterea enucleandum est, quis sit irrisor ille, quem poeta in fine elegiae 87 sqq. alloquatur? Puto equidem Tibullo, vel potius auctori eius Alexandrino, talem scenam ante oculos versatam esse, qualem in Plauti Curculionis exordio videmus. Ibi enim Phaedromus noctu cum servo, qui vinum et vasa, quae ad potandum opus sunt, portat, ad amicae ostium venit, ut ex servi verbis apparet v. 1 sq.

quo ted hoc noctis dicam proficisci foras
cum istoc ornatu cumque hac pompa, Phaedrome?

et v. 82 sq.

eine hic cum vino sinus fertur? Ph.: nisi nevis,
Pal.: nolo hercle, nam istunc, qui fert afflictim velim,
ego nobis afferri censui eqs.

Tum v. 147 sq. Phaedromus clausas fores occentat. Quid nos impedit, quominus Tibullum eadem atque comicum illum iuvenem fecisse statuamus? Venit nimirum poeta cum puero, qui vasa et vinum fert, ad Deliae ianuam, sive ut item ac

Phaedromus lenam [1]) sibi vino propitiam faciat, sive ut ipse cum Delia potet et accubet. Sed magno cum dolore intellegit fores clausas et sibi infecta re domum abeundum esse. Itaque reversurus iubet servum potioni plus meri affundere, ut fortiore poculo sumpto et amoris dolore vino superato domi somnum capere possit. Sed ut plerisque amatoribus etiam Tibullo Bacchus non remedium furoris, sed 'ignis in igne fuit'. Quare poculo epoto ad maiorem cupidinis ardorem incenditur, ita ut querellas, quae inde a versu 7 sequuntur, fundat. Quam ad explicationem confirmandam accedit, quod etiam in reliquo carmine saepius res, quae ex comoediis originem ducunt, usurpantur. Animum enim advertas ad v. 25 sq.

nec sinit occurrat quisquam, qui corpora ferro
vulneret ac rapta praemia veste petat.

Tales grassatores vel fures nocturni ab amantibus timentur etiam Prop. III 16, 5 sq. et Ovid. amor. I 6, 14 sq. et Posidipp. anthol. Pal. V 213, 3 sq.

εἰπὲ δὲ σημεῖον, μεθύων ὅτι καὶ διὰ κλωπῶν
ἦλθον Ἔρωτι θρασεῖ χρώμενος ἡγεμόνι.

Quos iam Alexidi comico non ignotos esse docet frg. 107, K. II p. 333

καὶ γὰρ ἐπὶ κῶμον † † † ἀνθρώπων ὁρῶ
πλῆθος προσιόν, ὡς τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν
ἐνθάδε συνόντων· μὴ γένοιτό μοι μόνῳ
νύκτωρ ἀπαντῆσαι καλῶς πεπραγόσιν
ὑμῖν περὶ τὸν βαλλισμόν. οὐ γὰρ ἄν ποτε
θοἰμάτιον ἀπενέγκαιμι μὴ φύσας πτερά.

Cf. Plauti Mercator. 293 sq.

mi in mentem venit,
illic homo hoc de umero volt pallium detexere.

Tum veneficas lunam de caelo detrahentes, quarum auxilium praeter Tibullum v. 42 sqq. reliqui quoque elegiaci amatores saepius implorant, [2]) iam in Menandri Thessala in scenam productas esse memoriae tradidit Plinius natural. hist. XXX 6. 7, qui scribit: 'miror equidem Achillis populis famam eius (artis

1) Nam Deliam quoque cum tali lena, qualis et in Curculione et in aliis fabulis ocurrit, rem habere I 5, 47 sqq. postea videbimus.

2) vide locos apud Mallet. quaest. Prop. p. 23.

magicae) in tantum adhaesisse, ut Menander quoque ... Thessalam cognominaret fabulam complexam ambages feminarum detrahentium lunam'. Canum vero amatorem, qui adulescentulis ludibrio est v. 89 sqq., comicam personam esse iam supra p 37 vidimus. Deinde consentit accuratissime Tibulli v. 79 sq.

num Veneris magnae violavi numina verbo,
et mea nunc poenas impia lingua luit?

cum senis amantis verbis in Plauti Casina 617 sq.

aut quid ego umquam erga Venerem inique fecerim,
cui sic tot amanti mihi obviam eveniunt morae?

Denique ut Tibulli canus amator v. 93, sic in Plauti Trucul. 115 sq. Diniarchus 'carae puellae ancillam detinet'.

Sed iam te audio interrogantem, quisnam sit homo ille, qui v. 87 sqq. Tibullum ante Deliae ostium canentem irrideat? Habes, ni fallor, grassatorem nocturnum. Dixerat enim poeta v. 33 sqq.

parcite luminibus, seu vir seu femina fiat
obvia: celari volt sua furta Venus.
neu strepitu terrete pedum, neu quaerite nomen,
neu prope fulgenti lumina ferte face eqs.

Nunc vero praeter reliquam calamitatem grassator nocturnus in eum incidit, qui, quamquam non pallium surripit aut infesto ferro membra petit, tamen infelici amatori illudit. Huius interventu aptissime cantus et carmen finitur.[1])

Quibus difficultatibus explanatis ad comicos amatores redeamus, quos non solum flebilibus cantibus, ut a puella recipiantur, rogare, sed etiam vi irrumpere, postes frangere videmus. Adeamus hos hocos:

Aristophanis vesp. 1253 sqq.

ἀπὸ γὰρ οἴνου γίγνεται
καὶ θυροκοπῆσαι καὶ πατάξαι καὶ βαλεῖν,
κἄπειτ' ἀποτίνειν ἀργύριον ἐκ κραιπάλης.

Antiphanis frg. 195, 3 sq., K. II p. 94

τοιουτοσί τίς εἰμι eqs. ...
θύρας μοχλεύειν σεισμός, εἰςπηδᾶν ἀκρίς.

---

1) Aliter de hoc carmine disputant Dissenius in commentario p. 33 et Leo, Philolog. Unters. II p. 34, quorum interpretationes meam eo superare credam, quod nihil in elegiam infero, nisi quod ipsius carminis verbis aut antiquis testimoniis firmatur.

Eiusdem frg. 239, K. II p. 116

οὐδ' ἐλύσατο
πορνίδιον οὐδὲ θυροκοπῶν ὦφλεν δίκην.

Diphili frg. 138, K. II p. 578

θυρυκοπεῖν καὶ θυροκοπία.

Herondae mimiamb. II 63 sqq

πὺξ ἐπλήγην, ἡ θύρη κατήρακται
τῆς οἰκίης μέν, τῆς τελέω τρίτην μισθόν,
τὰ ὑπέρθυρ' ὀπτά.

Terent. Adelph. 88 sqq.

fores ecfregit atque in aedes irruit
alienas: ipsum dominum atque omnem familiam
mulcavit usque ad mortem; eripuit mulierem,
quam amabat.

Turpilii Thrasyleonis frg II, Ribb. p. 128

nemo umquam vidit ebrium ire interdiu
neque turbam facere neque fores exurere.

Congruenti autem ratione Tibulli, Propertii, Ovidii exclusi amatores impetu in ianuam facto ad amatam admitti conantur:

Tibull. I 1, 73 sq.

nunc levis est tractanda Venus, dum frangere postes
non pudet et rixas conseruisse iuvat.

Tibull. I 10, 53 sq.

sed Veneris tunc bella calent, scissosque capillos
femina perfractas conqueriturque fores.

Prop. II 5, 22

nec mea praeclusas fregerit ira fores.

Ovid. art. III 71

nec tua frangetur nocturna ianua rixa.

Ovid. art. III 567

nec franget postes nec saevis ignibus uret.

Ovid. remed. 31

effice nocturna frangatur ianua rixa.

Saepe iuvenes in Plauti et Terentii fabulis exclusi et spreti ante ostium meretricis stant, quamquam multa dona dederunt, quod divitior et largior rivalis eis praefertur. Memineris Plauti Asin. I scen. 2 et 3, Trucul. II 3, II 8, IV 2; Terentii Eunuch. I 1, IV 7. Praeterea manifesto tales novae comoediae scenas imitantur Lucianus dial. mer. XIV et Alciphro epist. I 27 et 35. Videbimus autem elegiacos poetas interdum ipsos talium spoliatorum et exclusorum iuvenum

partes in carminibus suis agere. Cui opinioni exemplis allatis fidem faciam oportet. Lamentatur ergo adulescens, qui multa munera frustra consumpsit, his verbis in Timoclis Neaerae fragm. 23, K. II p. 462

ἀλλ' ἔγωγ' ὁ δυστυχὴς
Φρύνης ἐρασθείς, ἡνίκ' ἔτι τὴν κάππαριν
συνέλεγεν οὔπω τ' ʾεἶχεν, ὅσαπερ νῦν ἔχει,
πάμπολλ' ἀναλίσκων ἐφ' ἑκάστῳ τῆς θύρας
ἀπεκλῃόμην,

et in Plauti Asinaria 135 sqq.

hic elavi bonis.
ingrata atque irrita esse omnia intellego,
quae dedi et quod bene feci, at posthac tibi
male quod potero facere, faciam meritoque id faciam tuo.
ego pol te redigam eodem, unde orta es, ad egestatis terminos.

Neque vero melius Cynthia Propertio meritam debitamque gratiam refert, nam hic dicit II 8, 11 sq.

munera quanta dedi vel qualia carmina feci!
illa tamen numquam ferrea dixit 'amo'.

Et Ovidius suadet infelici amatori remed. 301 sqq.

saepe refer tecum sceleratae facta puellae
et pone ante oculos omnia damna tuos:
'illud et illud habet nec ea contenta rapinast;
sub titulum nostros misit avara Lares;
sic mihi iuravit, sic me iurata fefellit,
ante suas quotiens passa iacere fores,
diligit ipsa alios, a me fastidit amari:
institor, heu! noctes, quas mihi non dat, habet!'

Diniarchus porro narrat in Plauti Truculento 79 sqq.

nam me fuisse huic fateor summum atque intimum,
quod amantis multo pessimum est pecuniae;
eadem postquam alium repperit, qui plus daret,
damnosiorem, † mihi exinde immovit loco.

Quae omnia fere ita profert spoliatus amator in Luciani dial. mer. XIV 1 *νῦν με ἀποκλείεις, ὦ Μυρτάλη, νῦν, ὅτε πένης ἐγενόμην διὰ σέ, ὅτε δέ σοι τὰ τοσαῦτα ἐκόμιζον, ἐρώμενος, ἀνήρ, δεσπότης, πάντ' ἦν ἐγώ· ἐπεὶ δ' ἐγὼ μὲν αὖος ἤδη ἀκριβῶς, σὺ δὲ τὸν Βιθυνὸν ἔμπορον εὕρηκας ἐραστήν, ἀποκλείομαι μὲν ἐγὼ καὶ πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκα δακρύων* eqs. Cum Lucianus certissime non ex Plauto, sed ex comicis Atticis

hauserit, confidenter dicere possumus similes elegiacorum Romanorum locos iterum ex Attica comoedia fluxisse per Alexandrinos poetas. Consentiunt autem cum Plauto et Luciano praeter Ovidii locum modo laudatum hi fere:

Tibulli I 5, 47

haec nocuere mihi, quod adest huic dives amator!

Ovid. amor. III 8, 9 sq.

ecce recens dives parto per vulnera censu
praefertur nobis sanguine pastus eques.

Respondent deinde quodammodo Phaedriae verbis in Terentii Eunucho 159 'ego excludor, ille recipitur' Propertii II 9, 1 'iste quod est, ego saepe fui'. Quibus haud inepte adiungantur:

Plaut. Trucul. 732 sqq.

non ego nunc intro ad vos mittar? Ast.: quidum quam miles magis?
Din.: quia enim plus dedi. Ast.: plus enim es intromissus, quom dabas:
sine vicissim qui dant, ob illud, quod dant operis utier,

et Plaut. Trucul. 234 sq.

dum habeat, dum amet; ubi nil habeat, alium quaestum coepiat.
aequo animo, ipse si nil habeat, aliis qui habent, det locum,

tum Prop. II 16, 9 sq.

deinde, ubi consumpto restabit munere pauper,
dic alias iterum naviget Illyrias.

Neque anthologiae Palatinae poetae nos plane destituunt, nam Marcus Argentarius scribit anthol. Pal. V 113

ἠράσθης πλουτῶν Σωσίκρατες. ἀλλὰ πένης ὢν
οὐκέτ' ἐρᾷς· λιμὸς φάρμακον οἷον ἔχει.
ἡ δὲ πάρος σε καλεῦσα μύρον καὶ τερπνὸν Ἄδωνιν
Μηνοφίλα νῦν σου τοὔνομα πυνθάνεται eqs.

Porro in Terentii Eunucho exclamat Phaedria, cum sibi divitem militem praeferri putet, v. 91 sqq.

o Thais, Thais, utinam esset mihi
pars aequa amoris tecum ac pariter fieret,
ut aut hoc tibi doleret itidem ut mihi dolet,
aut ego istuc abs te factum nili penderem!

Elegiaci quoque Alexandrinorum et Romanorum poetae optant, ut utrique amanti aequus et mutuus amor sit, perlegas enim:

Tibull. IV 5, 13 sq.

nec tu sis iniusta, Venus: vel serviat aeque
vinctus uterque tibi, vel mea vincla leva.

Ovid. metam. XIV 23 sq.

nec medeare mihi sanesque haec vulnera mando,
fineque nil opus est, partem ferat illa caloris.

Similia invenies Tibull. I 2, 63 sq. et IV 6, 8 sq. Auson. epigr. 82 et 83. Ex Graecis conferas Rufin. anthol. Pal. V 88

εἰ δυσὶν οὐκ ἴσχυσας ἴσην φλόγα, πυρφόρε, καῦσαι,
τὴν ἐνὶ καιομένην ἢ σβέσον ἢ μετάθες,

et Aristaenet. epist. I 16, 9 ὡς ταύτην, Ἔρως, βέβληκας τὴν ψυχήν, οὕτως ἴσῃ βολῇ τὴν ἐμὴν κατατόξευσον ἐρωμένην, et Lucilii vel Polemonis epigr. anthol. Pal. V 68.

Diniarcho deinde, ut ad aliam rem pergam, qui in Plauti Truculento omnibus precibus ad meretricem intromitti conatur, semper ancilla respondet v. 752 'non potes, nimium petis'. Quae verba etiam apud Ovidium occurrunt:

amor. I 12, 2

infelix hodie littera 'posse' negat.

art. III 587 sq.

adde forem, et duro dicat tibi ianitor ore
'non potes'.

Eadem vero reperimus in carmine incerti poetae anthol. Pal. V 101, quod totum adscribam, nam alioquin tantam similitudinem praebet cum Diniarchi et Astaphii colloquio Trucul. 115 sqq., ut manifesta novae comoediae imitatio in promptu sit:

A: χαῖρε κόρη. B: καὶ δὴ σύ. A: τίς ἡ προϊοῦσα. B: τί πρὸς σέ;
A: οὐκ ἀλόγως ζητῶ. B: δεσπότις ἡμετέρη·
A: ἐλπίζειν ἔστι; B: ζητεῖς δὲ τί; A: νύκτα. B: φέρεις τί;
A: χρυσίον. B: εὐθύμει. A: καὶ τόσον. B: οὐ δύνασαι.

Ut amatorem foras extrudat, Phronesium capitis dolorem simulat Truc. 632, qua eadem arte meretricia utuntur Delia Tibull. I 6, 36 et Corinna Ovid. amor. I 8, 73; amor. II 19, 11; amor. III 11, 25. Aliae mulierum excusationes commemorantur Plaut. Asin. 760

in foribus scribat occupatam esse'se,

et Mil. 251 sqq., quamquam hoc loco non ad refutandum amatorem pertinent:

non domist, abiit ambulatum, dormit, ornatur, lavat eqs.

Illae quoque apud Tibullum et Ovidium exstant:

Tibull. II 6, 47 sq.

saepo ego cum dominae dulces a limine duro
agnosco voces, haec negat esse domi.

Ovid. art. II 521

dicta erit isse foras, quam tu fortasse videbis.

Nonnumquam Plauti meretrices ipsae amatores suos cum ovibus comparant, quibus aurum detondent, velut Bacchid. 241 sq.

adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hic arietem
Phrixi, itaque tondebo auro usque ad vivam cutem.

Bacchid. 1121 sqq. Mercator. 524 sq. eadem fere dicuntur. Similiter suadet Propertius Cynthiae II 16, 7 sq.

quare si sapis, oblatas ne desere messes,
et stolidum pleno vellere carpe pecus.

Denique simillimis verbis in Plauti Truculento et Ovidii arte meretrices depinguntur, quae semper novas causas inveniunt, quibus iuvenibus dona eliciant:

Trucul. 51 sqq.

priusquam unum dederis, centum, quae poscat, parat:
aut periit aurum aut conscissa pallula est
aut empta ancilla aut aliquod vasum argenteum
aut vasum ahenum antiquom aut lectus † laptiles
aut armariola Graeca, aut aliquid semper est,
quod † petra debeatque amans scorto suo.

Ovid. art. I 419 sqq.

cum bene vitaris, tamen auferet: invenit artem
femina, qua cupidi carpat amantis opes.
institor ad dominam veniet discinctus emacem,
expediet merces teque sedente suas,
quas illa inspicias, sapere ut videare rogabit,
oscula deinde dabit; deinde rogabit emas.
hoc fore contentam multos iurabit in annos,
nunc opus esse sibi, nunc bene dicet emi eqs.
v. 431 quid, cum mendaci damno maestissima plorat
elapsusque cava fingitur aure lapis?
multa rogant utenda dari, data reddere nolunt;
perdis et in damno gratia nulla tuo.

Neque vero aliter haec in amoribus I 8, 87 sqq. exponuntur.

Foedissimam denique nequitiam et avaritiam ostendit Cleareta in Plauti Asinaria, cum iuveni supplicanti identidem ad hunc modum respondet v. 940 sqq.

modo tecum una argentum adferto, facile patiar cetera.
portitorum simillumae sunt ianuae lenoniae:
si adfers, tum patent, si non est, quod des, aedes non patent.

Etiam in Tibulli, Propertii, Ovidii carminibus nil nisi argentum scortorum ianuas aperire potest. Conferas hos locos:

Tibull. II 4, 32 sq.

sed pretium si grande feras, custodia victast,
nec prohibent claves, et canis ipse tacet.

Prop. IV 5, 47 sq.

ianitor ad dantes vigilet: si pulsat inanis,
surdus in obductam somniet usque seram.

Ovid. amor. I 8, 77

surda sit oranti tua ianua, laxa ferenti.

Ovid amor. III 8, 63 sq.

me prohibet custos, in me timet illa maritum:
si dederim, tota cedet uterque domo.

Talia vero non ex Plauto, sed ex comoediis Atticis per Alexandrinorum elegos in Romanos pervenisse probant:

Antipater Thessalonicensis anthol. Pal. V 30, 3 sq.

ἢν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα φέρῃς, φίλος, οὔτε θυρωρὸς
ἐν ποσίν, οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται·
ἢν δ' ἑτέρως ἔλθῃς, καὶ ὁ Κέρβερος.

et Paulus Silentiarius anthol. Pal. V 217, 3 sqq.

χάλκεα νικᾷ
τείχεα καὶ δεσμοὺς χρυσός ὁ πανδαμάτωρ·
χρυσὸς ὅλους ῥυτῆρας, ὅλας κληῗδας ἐλέγχει eqs.,

denique Aristaenetus ep. I 14 τόγε ἡμέτερον οὐ κωλύσει, ἀλλ' ἐὰν ἀργύριον ᾖ, πάντα θεῖ χαλαύνεται.

Huc paucos Plauti, Propertii, Ovidii locos inter se similes suppleam, quibus amatorem sine pecunia nihil impetrare posse affirmatur:

Pseud 306 sq.

non est usu quisquam amator, nisi qui perpetuat data,
det, det usque: quando nil sit, simul amare desinat.

Trucul. 76

amare oportet omnes, qui quod dent, habent.

Prop. II 26, 28

qui dare multa potest, multa et amare potest.

Prop. II 16, 15

ergo muneribus quivis mercatur amorem?

Ovid. art. II 278

auro conciliatur amor.

Quae cum ita sint, et in comoediis et in elegis amatores semper de foeda meretricum avaritia queruntur.

Sed vix operae pretium sit omnes illas querellas hic adscribere, videas, si placet: Plaut. Asin. 167 sq. Trin. 244 sq. Trucul. 542; Terent. Heaut. 234; Tib. I 4, 57 sq. Tib. I 8, 29; Tib. I 9, 17 sq. Tib. II 3, 49; Tib. II 4, 14; Ovid. amor. I 10, 47 sq. amor. III 8, 4 et 30; heroid. V 144; art. III 552 et 653; al. Paucas modo querimonias de nimio feminarum cultu et luxuria prolatas apponam:

Plaut. Epid. 225 sq.

quid istuc tam mirabile est?
quasi non fundis exornatae multae incedant per vias.

Prop. III 12, 11 sq.

matrona incedit censis induta nepotum
et spolia opprobrii nostra per ora trahit.

Itaque avaritiam et aurum, omnium malorum et scelerum causam, semper exsecrari solent. Multa fragmenta mediae et novae comoediae de hac re agunt, quorum haec perlustres:

Diphili frg. 94, K. II p. 572

εἰ μὴ τὸ λαβεῖν ἦν, οὐδὲ εἷς πονηρὸς ἦν.
φιλαργυρία τοῦτ᾽ ἔστιν, ὅταν ἀφεὶς σκοπεῖν
τὰ δίκαια τοῦ κέρδους διὰ παντὸς δοῦλος ᾖς.

Menandri frg. 309, K. II p. 88

ὅστις ὑπέχει χρυσίῳ
τὴν χεῖρα, κἂν μὴ φῇ, πονηρὰ βούλεται.

Apollodori Geloi frg. 4, K. II p. 280

ἀλλὰ σχεδόν τι τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν
εἴρηκας. ἐν φιλαργυρίᾳ γὰρ πάντ᾽ ἔνι.

Adde Antiphanis frg. 250, K. II p. 119; Menandri frg. 323, K. III p. 93; Menandri frg. 557, K. III p. 170; Menandri frg. 854, K. III p. 228.

Eodem fere modo elegiaci Romanorum poetae de perniciosa vi avaritiae et auri loquuntur:

Tibull. II 3, 36 sq.

praeda tamen multis est operata malis.
praeda feras acies cinxit discordibus armis,
hinc cruor, hinc caedes mors propiorque venit.

Tibull, I 10, 5 sq.

nos ad mala nostra
vertimus, in saevas quod dedit ille feras.
divitis hoc vitiumst auri.

Prop. III 7, 1 sq.

ergo sollicitae tu causa, pecunia, vitae es,
per te immaturum mortis adimus iter.

Prop. III 13, 48 sqq.

aurum omnes victa iam pietate colunt,
auro pulsa fides, auro venalia iura:
aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Quae vitia auro effecta verbosius exponi anthologiae latinae carmine 649 monet me Birtius.

Neque vel ipsi diviti aurum beatam aut laetam vitam affert, si quidem vera dicunt amantes, sed curas et sollicitudines. Sic mercatores impellit, ut naves conscendant et vitam atque bona incertis ventis tradant. Tales sententias invenies his locis:

Antiphan. frg. 270, K. II p. 123

τὰ πονηρὰ κέρδη τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει
μικράς, ἔπειτα δ' ὕστερον λύπας μακράς.

Ovid. amor. I 10, 48

non habet eventus sordida praeda bonos.

Menandri frg. 643, K. III p. 190

τὰ μεγάλα κέρδη ῥαδίως ἢ πλουσίους
τοὺς παραβόλως πλέοντας ἢ νεκροὺς ποιεῖ.

Antiphanis frg. 151, K. II p. 73

ἐπὶ χρήμασιν δ' ὢν ἔμπορος φρονεῖ μέγα,
ὧν ἐστι πάντων ἐνίοτ' ἄνεμος κύριος.

Prop. III 7, 35 sqq.

ventorum est quodcumque paras: haud ulla carina
consenuit, fallit portus et ipse fidem,
natura insidians pontum substravit avaris.

Ovid. amor. II 10, 33 sq.

quaerat avarus opes et, quae lassarit arando,
aequora periuro naufragus ore bibat.

Contra inertem paupertatem et auream mediocritatem iam in mediae, quae fertur, comoediae fragmentis saepius laudatam videmus:

Antiphanis frg. 258, K. II p. 120

καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν κακῶς.
τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δ' ἐπιτίμησιν φέρει.

Alexidis frg. 216, K. II p. 376

ὡς ἡδὺ πᾶν τὸ μέτριον. οὔθ' ὑπεργέμων
ἀπέρχομαι νῦν οὔτε κενός, ἀλλ' ἡδέως
ἔχων ἐμαυτοῦ. Μνησίθεος γάρ φησι δεῖν
φεύγειν ἁπάντων τὰς ὑπερβολὰς ἀεί.

Eiusdem frg. 259, K. II p. 392

τὰ περιττὰ μισῶ. τοῖς ὑπερβάλλουσι γὰρ
δαπάνη πρόσεστιν, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἡτισοῦν.

Cf. Philemonis frg. 92, K. II p. 506; Menandri frg. 588, K. III p. 178 Quantus inter Augusteos poetas aureae mediocritatis laudator Horatius sit, vel tironibus notum; quare satis sit unum Tibulli locum conferre I 1, 5 sqq.

me mea paupertas vita traducat inerti,
dum meus adsiduo luceat igne focus.
iam mihi, iam possim contentus vivere parvo
nec semper longae deditus esse viae eqs.

At haec quidem hactenus. Ipsas deinde meretrices, quae avaritia sua amatorum bona devorant, iuvenes cum voracissimis fabularum beluis, cum Scylla, Charybdi, Chimaera, aliis comparare solent. Imprimis Anaxilas multus est in hac comparatione frg. 22, K. II p. 270

ὅστις ἀνθρώπων ἑταίραν ἠγάπησε πώποτε,
οὗ γένος τίς ἂν δύναιτο παρανομώτερον φράσαι;
τίς γὰρ ἢ δράκαιν' ἄμικτος ἢ Χίμαιρα πύρπνοος
ἢ Χάρυβδις ἢ τρίκρανος Σκύλλα, ποντία κύων,
Σφίγξ, ὕδρα, λέαιν', ἔχιδνα πτηνά θ' Ἁρπυιῶν γένη,
εἰς ὑπερβολὴν ἀφῖκται τοῦ καταπτύστου γένους;
οὐκ ἔνεσθ', αὗται δ' ἁπάντων ὑπερέχουσι τῶν κακῶν eqs.

Charybdis etiam in Plauti verbis subaudienda est:

Bacch. 470 sq.

meretricem indigne deperit. M.: non tu taces?
Lyd.: atque acerrime aestuosam: absorbet, ubi quemque attigit.

Trucul. 350 sq.

sed aestuosas sentio aperiri fores,
quae obsorbent, quidquid venit intra pessulos.

Trucul. 568

meretricem ego item esse reor, mare ut est:
quod des, devorat nec datis abundat.

Similia sumpsit, ni fallor, Alciphron ex comoediis Graecis ep. I 6, 2; I 18, 3; III 33, 2.

Iam vero, cum Romanae elegiae huiusmodi nihil praebeant, apud Horatium legimus carm. I 27, 19 sqq.

a miser,
quanta laborabas Charybdi,
digne puer meliore flamma.

Ac forte fortuna evenit, ut etiam unus hexameter servatus testetur Alexandrinae elegiae principem hac comparatione usum esse: frg. 184 (Schn.)

Σκύλλα γυνὴ κατάκασσα καὶ οὐ ψύθος οὔνομ' ἔχουσα.

Congruunt deinde cum Callimacho Meleager anthol. V 190, 4 ἢ πάλι τὴν τρυφερὴν Σκύλλαν ἐποψόμεθα, et Philostratus ep. 50 ἕλκεις με ἀπὸ τῶν ὀμμάτων καὶ σύρεις μὴ θέλοντα, ὥσπερ τοὺς πλέοντας ἡ Χάρυβδις ἀνεῤῥόφει eqs. A quibus non multum diversum est, quod scorta cum navibus praedatoriis conferuntur. Sic monet servus in Plaut. Menaechm. 344 sq.

nunc in istoc portu stat navis praedatoria,
aps qua cavendum nobis sane censeo.

Postquam vero dominus ad eam introiit, exclamat v. 442 'ducit lembum dierectum navis praedatoria'. Similia occurrunt in anthologiae Palatinae lusibus, nam in Hedyli vel Asclepiadae epigrammate anthol. Pal. V 161, 5 sq. legimus

ἀλλὰ σὺν αὐταῖς νηυσὶ τὰ ληστρικὰ τῆς Ἀφροδίτης
φεύγετε, Σειρήνων αἵδε γὰρ ἐχθρότεραι,

et in Rufini anthol. Pal. V 43

Λέμβιον, ἡ δ' ἑτέρα Κερκούριον, αἱ δύ' ἑταῖραι
αἰὲν ἐφορμοῦσιν τῷ Σαμίων λιμένι.
ἀλλά, νέοι, πανδημὶ τὰ ληστρικὰ τῆς Ἀφροδίτης
φεύγεθ'. ὁ συμμίξας καὶ καταδὺς πίεται.

Res ipsa me ducit, ut illos locos adiungam, quibus comici et elegiaci poetae quaestum meretricium cum piscatura vel aucupio comparant. Perspicias igitur haec exempla: Plaut. Asin. 178 sqq. 'quasi piscis, itidemst amator lenae' eqs., Plaut. Bacchid. 102 'piscatus meo quidem animo hic tibi hodie evenit bonus', Trucul. 34 sqq.

temptat, benignusne an bonae frugi sies:
quasi in piscinam rete qui iaculum parat eqs.

Tales sententiae permultae investigari possunt in elegis Romanorum et in anthologia Palatina. Velut Ovid. amor. I 8, 69 'parcius exigito pretium, dum retia tendis'; Ovid. art. III 554 'novus viso casse resistet amans'.

Prop. II 32, 19 sq.

nil agis, insidias in me componis inanes,
tendis iners docto retia nota mihi. [1])

Ovid. art. III 425 sq.

semper tibi pendeat hamus,
quo minime credis gurgite, piscis erit.

---

1) Cf. Belling. Tibull. p. 361. Ceterum cavendum, ne Bellingio nimium credas, cum Romanorum modo elegiacos inter se comparet neque Graecos auctores satis respiciat.

Straton. anthol. Pal. XII 241

ἄγκιστρον πεπόηκας, ἔχεις ἰχθὺν ἐμέ, τέκνον,
ἕλκε μ' ὅπου βούλει, μὴ τρέχε, μή σε φύγω.

Tum multae sententiae ad aucupium pertinent, ex quibus has fere collectas habeo: Plaut. Asin. 215 sqq. 'hic noster quaestus aucupi simillimust', eqs. . . . v. 219 'aedes nobis area est, auceps sum ego, esca est meretrix, lectus inlex est, amatores aves' eqs., Bacchid. 50 'viscus merus vostrast blanditia', Bacchid. 1157 'tactus sum vehementer visco', Meleagri anthol. Pal. V 96 *ἰξὸν ἔχεις τὸ φίλημα.* Aristaenet. II 21, 17 *ἁρπάζεις τὰ πάντων ὄμματα καὶ προςέλκεις καινότερον τρόπον, οἷον οὔτε ἰχθὺν ἁλιεὺς εἵλκυσεν οὔτε ὄρνιν θηρευτὴς οὔτε κυνηγέτης νεβρόν· ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἀπὸ δελεάτων ἢ τῶν ἰξῶν ἄγουσιν ἢ ὅπως ποτέ* eqs. Deinde ex Romanorum elegiacis poetis imprimis ab Ovidio aucupii comparatio adhibetur; hic quidem ita:

art. III 501 sq.

deceptum risi, qui se simulabat amare
in laqueos auceps decideratque suos.

art. III 667 sqq.

quid aperto pectore in hostem
mittor et indicio prodor ab ipse meo?
non avis aucupibus monstrat, qua parte petatur.

Denique retia vel plagas iuvenibus non solum a meretricibus, sed etiam ab Amore ipso tendi hic commemorari potest, legimus enim:

Trin. 237 sq.

numquam Amor quemquam nisi cupidum hominem
postulat se in plagas conicere.

Ovid. heroid. XIX (XX) 45 sq.

ut partem effugias, non omnia retia falles,
quae tibi, quam credis, plura tetendit Amor.

Meleagri epigr. anthol. Pal. V 177, 8 sq.

μήπου νῦν ψυχαῖς ἄλλα τίθησι λίνα ("Ερως).

Quibus rebus peractis avaras meretrices relinquam et de militibus illis gloriosis, qui saepius in Plauti et Terentii comoediis praeda locupletati apud meretrices adulescentium rivales exsistunt, pauca dicam. Reperimus enim, ni fallor, comicos illos milites in Tibulli, Propertii, Ovidii elegis. Quod exemplis allatis corroborem necesse est. In Phoenicidis igitur fragmento 4, K. III p. 334 meretrix de milite quodam, quem inter amatores habuit, ita narrat v. 5 sq.:

διὰ παντὸς οὗτος τὰς μάχας
ἔλεγεν, ἐδείκνυ ἅμα λέγων τὰ τραύματα eqs.

In Terentii Eunucho contra servus dominum suum, qui ab amica militi postponitur, hoc modo prae milite illo laudat v. 182 sq.

neque pugnas narrat neque cicatrices suas
ostentat eqs.

Ecce Ovidius equitem sanguine pastum, qui ipsi a Corinna praefertur, eisdem fere verbis atque comici poetae milites gloriosos describit v. 19 sqq.:

cerne cicatrices, veteris vestigia pugnae:
quaesitumst illi corpore, quidquid habet.
forsitan et quotiens hominem iugulaverit, ille
indicet! hoc fassas tangis, avara, manus?

Huc addas Prop. II 1, 44 'enumerat miles vulnera, pastor oves' et Prop. IV 5, 49 'nec tibi displiceat miles non factus amori'. Milites autem, qui in convivio res a se gestas praedicant, commemorantur a Nicolao comico et a Tibullo:

Nicol. frg. 1, 37 sq. K. III p. 384

παρατάττεταί τις καὶ ποιεῖ πάντας νεκρούς,
δειπνῶν σιωπῇ τοῦτον ὑπομυκτηρίσας
εἰς τὴν τράπεζὰν καὶ σὺ τὴν χολὴν ἄφες.

Tibull. I 10, 29 sqq.

alius sit fortis in armis
sternat et adversos Marte favente duces,
ut mihi potanti possit sua dicere fata
miles et in mensa pingere castra mero.

Sequantur denique ex comicis personis duri illi patres, qui in Plauti Mercatore 46 sqq., Epidico 253 sqq., Pseudolo 415 sqq., Terentii Heautontimorumeno 103 sqq. pecuniam a filiis ad scorta delatam deplorant, cum ne hos quidem Ovidio et Propertio ignotos esse appareat ex

Prop. II 23, 17 sq.

differet haec numquam nec poscet garrula, quod te
astrictus ploret saepe dedisse pater,

et Ovid. remed. 563 sq.

cui durus pater est, ut voto cetera cedant,
huic pater ante oculos durus habendus erit.

Quoniam meretricibus ad perliciendos et spoliandos amatores neque minus iuvenibus ad cavendos scortorum laqueos multis dolis et artibus opus est, non miramur amorem apud Plautum et Terentium saepius ut artem difficillimam[1])

1) Cf. Leo, Plaut. Forsch. p. 131 sqq.

describi, cuius legibus atque praeceptis homines longo usu amatorio docti imperitos instruere soleant. Sic queritur Diniarchus in Plauti Trucul. 1 sq.

non omnis aetas ad perdiscendum sat est
amanti, dum id perdiscat, quot pereat modis eqs.

Postea dicit meretricis ancilla huic despoliato atque repudiato adulescenti v. 735 sqq.

litteras didicisti: quando scis, sine alios discere.
Din.: discant, dum mihi commentari liceat, ni oblitus siem
Ast.: quid erit interea magistrae, dum tu commentabere.

Similiter Cleareta cum Argyrippo altercatur in Plauti Asinaria v. 226 sqq.

haecine te esse oblitum, in ludo qui fuisti tam diu?
Argyr.: tua ista culpa est, quae discipulum semidoctum abs te amoves.
Clear.: remeato audacter, mercedem si eris nactus,

Quibus exemplis multa alia adiungi possunt:

Trucul. 131

mala tu femina es, oles unde es disciplinam.

Terent. Hecyr. 203 sqq.

in eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam.
ei ludo, si ullus est, magistram hanc esse satis certo scio.

Bacchid. 163 sqq.

peior magister te istaec docuit, non ego.
nimio es tu ad istas res discipulus docilior
quam ad illa, quae te docui, ubi operam perdidi.

De Scapha, quae Philematio praecepta amatoria dat, dicit iuvenis Most. 170 sq.

lepidast Scapha, sapit scelesta multum.
ut lepide omnes mores tenet sententiasque amantum,

et v. 279

ut perdocte cunta callet. nihil hac docta doctius.

Magistrae autem huius artis amatoriae sunt plerumque veteres et avarae meretrices, quae militia amoris defunctae iunioribus peritiam suam tradunt. Optimum specimen talis decrepitae lenae praebet Scapha in Plauti Mostellaria, quae v. 156 sqq. dominae suae explicat, quomodo pulchra mulier ornanda sit atque forma sua ad quaestum et lucrum faciendum uti debeat. Ut amatores spolientur et decipiantur, etiam in reliquis fabulis magistrae illae admonere solent. Imprimis matres, quae filiarum quaestu meretricio victum suum capiunt, eas edocent, quomodo argentum ab

amatoribus exigere possint. Memineris, si placet, Clearetae in Plauti Asinaria 504 sqq., lenae in Plauti Cistellaria 38 sqq., avarae matris in Terentii Eunucho 233 sqq. Praeterea praecepta meretricia in Luciani dialogis meretr. 3, 6, 7, 8 certe ex similibus Atticarum fabularum scenis fluxerunt. At non solum a veteribus illis meretricibus imperiti amantes artem amatoriam discunt, sed etiam meretrix maior natu sororem minorem, gnarus adulescens ignarum, meretrix amatorem hac disciplina imbuunt. Sic edocent in Plauti Poenulo Adelphasium minorem sororem, in Luciani dial. mer. 8 Ampelis aliud recens scortum, in Plauti Trinummo Lysiteles, qui 'omnes Amoris vias tenet', Lesbonicum, in Truculento Astaphium despoliatum Diniarchum. Quodammodo inter amoris magistros numerandi sunt servi quoque illi comici, qui eri filiis amantibus nequitiarum adiutores sunt.

Iam vero elegiaci Romanorum poetae similiter amorem quasi artem et disciplinam depingunt. Scilicet in elegis plerumque poeta ipse amoris magister exsistit, velut

Tibull. I 6, 9 sqq.

ipse miser docui, quo posset ludere pacto
custodes: heu! heu! nunc premor arte mea eqs.

Ovid. amor. II 18, 20

ei mihi! praeceptis urgeor ipse meis.

Tibull. I 4, 75 sq.

vos me celebrate magistrum,
quos male habet multa callidus arte puer eqs.

Tibull. I 8, 5 sqq.

ipsa Venus magico religatum bracchia nodo
perdocuit multis non sine verberibus.

Haud aliter Propertius peritiam suam nactus est:

Prop. I 9, 7 sq.

me dolor et lacrimae merito fecere peritum:
atque utinam posito dicar amore rudis!

Prop. III 8, 17 sq.

his ego tormentis animi sum verus haruspex,
has didici certo saepe in amore notas.

Adde Ovid. amor. II 5, 61 sq.

illa nisi in lecto nusquam potuere doceri
nescio quis pretium grande magister habet.

Nimirum artis amatoriae poeta se ipsum multis locis amandi

praeceptorem et magistrum praedicat: art. I 1 sqq. art. II 12. art. II 173 sq. art. II 497 sq. art. II 744. art. III 57 sq. art. III 341 sq. remed. 43 sq.

Propertii autem magistra erat Cynthia, ut ipse dicit I 10, 19 sq.

Cynthia me docuit semper quaecumque petenda
quaeque cavenda forent. non nihil egit Amor.

Prima vero furta a Cynthiae ancilla se didicisse fatetur III 15, 3 sqq.

ut mihi praetexti pudor est sublatus amictus
et data libertas noscere amoris iter,
illa rudes animos per noctes conscia primas
imbuit, heu! nullis capta Lycinna datis.

Nonnumquam elegiaci poetae amicis suis nondum eruditis praecepta amatoria dant. Sic Propertius I 9 Ponticum primo amore captum amoris vim atque naturam docet. Idem Gallo I 10 demonstrat obsequio et blandimentis puellam amatam colendam esse. Porro Lynceo sero amore capto non Socraticam sapientiam aut epica carmina, sed elegos amatorios utilia esse demonstrat II 34. Denique carmine II 4 a perito poeta molestiae, quae puellarum amatoribus perferendae sunt, disseruntur et puerorum amor commendatur.[1]) Etiam Tibullus I 4 puerorum amatoribus, quomodo illi tractandi sint, praecipit. Cynthia autem a Propertio, ut supra demonstravimus p. 25 sqq., haud aliter ac Philematium a Scapha in Plauti Mostellaria admonetur, ne pulchritudinem naturalem fucato nitore perdat.

Verum enim vero Romanos poetas amorem ut artem tractantes iterum Alexandrinos auctores secutos esse eo verisimile redditur, quod apud inferioris aevi sophistas talia haud raro invenimus. Nam apud Achillem Tatium I 10 iuvenis recenti cupidine captus ab amico perito praecepta amatoria longa disputatione accipit. Et in Longi pastoralibus II 6 et 7 senex, cui nomen Philetas est, infantes de amoris natura et facie certiores facit. Neque vero praetermittatur Aristaenet. ep. I 4, ubi adulescens alteri se praedicat: *σὺ δὲ τούτων ἄπειρος ἔτι. ἀλλ᾽ ἕπου καὶ μάνθανε, καὶ συναπόλαυσον ἐρωτικῷ διδασκάλῳ· τοῦτο γὰρ τὸ μάθημα παρ᾽ ὁντινοῦν ποιοῦμαι δεινότατος εἶναι.* Huc pertinet etiam Aristaeneti epist. I 14, 4,

1) Cf. Birt. Mus. Rhen. XXXVIII p. 213 sqq.

in qua nova quaedam meretrix scribit: *ἀλλ' ἔγωγε παλαιᾷ συνοῦσα πορνοδιδασκάλῳ τῇ ἀδελφῇ καὶ τοῖς ἐκείνης ἐρασταῖς κατὰ πρόφασιν ὁμιλοῦσα οὐδὲν ἔδοξα δυσμαθής, ἀλλὰ τὸν ἑταιρικὸν ἤδη μεμελέτηκα βίον* eqs.

Quid quod etiam decrepitas illas meretrices, quas in comoediis artis amatoriae magistras vidimus, in elegis reperimus? Nempe Tibullus exsecratur talem callidam lenam I 5, 47 sqq., cuius praecepta Deliam commoverunt, ut poetam ipsum excluderet atque divitem amatorem reciperet. Idemque queritur II 6, 44 sqq. lenam sibi nocere et amicam perdere. Cuius calamitatis socium Ovidium habet, qui scribit amor III 5, 40 'ingenium dominae lena movebat anus'. Plane autem comicas lenas se praebent anus illae avarae et vinulentae, quas Propertius IV 5 et Ovidius I 8 describunt.

Quarum magistrarum praecepta nunc audiamus. Ac primum quidem pulchrae meretrices admonentur, ut forma et iuventute ad pecuniam comparandam et spoliandos iuvenes utantur, ne postea rugis obortis atque canis capillis ab omnibus amatoribus relictae in tristi paupertate vivant. Quibus de causis Scapha in Plauti Mostellaria Philematium ad avaritiam et quaestum faciendum incitare conatur:

Most. 194 sqq.

stulta es plane,
quae illum tibi aeternum putes fore amicum et benevolentem.
moneo ego te: te ille deseret aetate et satietate.

v. 200 sqq.

nihilo ego quam nunc tu † † † amata sum; atque uni modo gessi morem:
qui pol me, ubi aetate hoc caput colorem commutavit,
reliquit deseruitque me. tibi idem futurum credo.

v. 216 sq.

at hoc unum facito cogites: si illum inservibis solum,
dum tibi nunc haec aetatulast, in senecta male querere.

Cf. Plaut. Pers. 229 sqq.

temperi hanc vigilare oportet formulam atque aetatulam,
ne, ubi versicapillus fias, foede semper servias,

et Terent. Heautont. 389 sqq.

forma impulsi nostra nos amatores colunt;
haec ubi imminutast, illi suum animum alio conferunt,
nisi si prospectum interea aliquid est. desertae vivimus.

Eadem fere suadent Propertii et Ovidii lenae puellis:

Prop. IV 5, 57 sq.

dum vernat sanguis, dum rugis integer annus,
utere, ne quid cras libet ab ore dies.

Ovid. amor. I 8, 49 sqq.

labitur occulte fallitque volubilis aetas,
et celer admissis labitur annus equis.
aera nitent usu, vestis bona quaerit haberi,
canescunt turpi tecta relicta situ:
forma, nisi admittas, nullo exercente senescit,
nec satis effectus unus et alter habent.
certior e multis nec iam invidiosa rapinast eqs.

Veteres autem meretrices, quae sic, ut Scapha Philematio praedicit, iuventute et forma praeterita ab omnibus amatoribus desertae inopem vitam aegre sustentant, describuntur ab Horatio carm. I 25, IV 13; Tibullo I 6, 77 sq. Rufino anthol. Pal. V 21, V 27, V 28; Macedonio anthol. Pal. V 271; Paulo Silentiario anthol. Pal. V 272. Praeterea depinxit iam Epicrates hoc modo Laidem anum in Antilaide sua frg. 2. 3, K. II p. 283.

Sed praecepta meretricia enarrare pergam. Cleareta ergo in Plauti Asinaria filiae, quae pauperi iuveni se dedit, exprobrat v. 524 sqq.

quid dedit? quid ad nos iussit deportari? an tibi
verba blanda esse aurum rere, dicta docta pro datis?
ultro amas, ultro expetessis, ultro ad te accersi iubes,
illos qui dant, eos derides; qui deludunt, deperis.
an te id expectare oportet, si quis promittat tibi
te facturum divitem, si moriatur mater sua?

Quae verba repetenda esse ex comoedia aliqua Attica demonstrat Lucian. dial. mer. VII 1 *νῦν ὁρᾷς παρὰ τοῦ νεανίσκου ἡλίκα λαμβάνομεν, ὅς ὀβολὸν μὲν οὐδεπώποτέ σοι δέδωκεν, οὐκ ἐσθῆτα, οὐχ ὑποδήματα, οὐ μύρον, ἀλλὰ προφάσεις καὶ ὑποσχέσεις καὶ μακραὶ ἐλπίδες καὶ πολὺ τὸ 'ἐὰν ὁ πατὴρ ... καὶ κύριος γένωμαι τῶν πατρῴων καὶ πάντα σά'*. Cf. Terent. Phorm. 520 sq. Alciphron. epist. I 36, 1.

Plane eadem iubent Propertii et Ovidii lenae, nam Clearetae 'verbis blandis' et 'dictis doctis' in elegis respondent 'versus et carmina': Ovid. amor. I 8, 57 sqq.

ecce quid iste tuus praeter nova carmina vates
donat? amatoris milia multa leges.

ipse deus vatum palla spectabilis aurea
tractat inauratae consona fila lyrae.
qui dabit, ille tibi magno sit maior Homero:
crede mihi, res est ingeniosa dare.

Non discrepat, quod Propertii lena monet IV 5, 54 sqq.

versibus auditis, quid nisi verba feres?
'quid iuvat ornato procedere, vita, capillo
et tenues Coa veste movere sinus'?
qui versus Coae dederit nec munera vestis
istius tibi sit surda sine arte lyra.

Similia autem exstant in Aristaeneti epistula I 14 *οὔτε αὐλὸς ἑταίραν οἶδε προτρέπειν, οὔτε λύρα τις ἐφέλκεται πόρνας ἀργυρίου χωρίς. κέρδει μόνον δουλεύομεν, οὐ θελγόμεθα μελῳδίαις. τί οὖν μάτην, ὦ νέοι, διαῤῥήγνυσθε τὰς γνάθους ἐμφυσῶντες τῇ σύῤῥιγγι; τί πράγματα παρέχετε ταῖς χορδαῖς; τί δὲ καὶ ᾄδοντες ἔφητε· 'οὐκ ἐπιθυμεῖς, ὦ παρθένε, γενέσθαι γυνή; μέχρι τίνος παρθένος καὶ κόρη, τὰ τῶν ἀνοήτων ὀνόματα'; ἢ ταῦτα μὲν ἴστε που πάντως, ὡς ἀνάργυρον οὐδὲν ταῖς ἑταίραις ἐστὶ πιθανόν.* Itaque fortasse Propertii et Ovidii carminibus idem exemplar Alexandrinum subest. Simul hoc Aristaeneti loco comparato effici credo versus apud Propertium duos, qui sunt 'quid iuvat' eqs. ex monobiblo repetitos non eiciendos esse, id quod editoribus placuit plurimis, sed a poeta ipso eadem ratione insertos, qua apud Aristaenetum illud *'οὐκ ἐπιθυμεῖς, ὦ παρθένε' κτλ.*

Praetereundo moneam Ovidii carmen 8 etiam cum Herondae mimiambo similitudinem quandam praebere, ibi enim dicit lena v. 50 sqq.

ὁ Ματακίνης τῆς Παταικίου Ψύλλος,
ὁ πέντε νικέων ἆθλα ... eqs.
πλουτέων τὸ καλόν, οὐδὲ κάρφος ἐκ τῆς γῆς
κινέων, ἄθικτος ἐς Κυθηρίην σφρηγίς,
ἰδών σε κατόδῳ τῆς Μίσης ἐκύμηνε
τὰ σπλάγχν' ἔρωτι καρδίην ἀνοιστρηθείς.

Haud aliter in Ovidii carmine lena orationem suam incipit v. 23 sq.

scis heri te, mea lux, iuveni placuisse beato?
haesit et in vultu constitit usque tuo.

Porro veteres meretrices iuniores adhortantur, ut turpissimum et foedissimum quemque amatorem admittant, dummodo

argentum afferat. Audias enim matris et filiae colloquium in Luciani dial. mer. VI 4 *Κόριννα: εἰπέ μοι, ὦ μῆτερ, οἱ μισθούμενοι πάντες τοιοῦτοί εἰσιν οἷος ὁ Εὔκριτος, μεθ' οὗ χθὲς ἐκάθευδον; Κρωβύλη: οὐ πάντες, ἀλλ' ἔνιοι μὲν ἀμείνους, οἱ δὲ καὶ ἤδη ἀνδρώδεις, οἱ δὲ καὶ οὐ πάνυ μορφῆς εὐφυῶς ἔχοντες. Κορ.: καὶ τοιούτους συγκαθεύδειν δεήσει; Κρωβ.: μάλιστα, ὦ θύγατερ· οὗτοι μέντοι καὶ πλείονα διδόασιν.* Congruenti autem ratione dicit Phronesium, quae in Plauti Truculento rudem illum quidem, sed largum agricolam amplectitur v. 934 'quamquam hic horret, scitus et bellust mihi'.

Iam vero eodem tendunt praecepta lenarum apud Propertium et Ovidium:

Prop. IV 5, 49 sqq.

nec tibi displiceat miles non factus amori,
nauta nec attrita si ferat aera manu,
aut quorum titulus per barbara colla pependit,
caelati medio cum saliere foro.
aurum spectato, non quae manus afferat aurum.

Ovid. amor. I 8, 63 sq.

nec tu, siquis erit capitis mercede redemptus,
despice: gypsati crimen inane pedis.

Ovid. art. II 276

dummodo sit dives, barbarus ipse placet.

Quibuscum optime concordant, quae in Philostrati epistula XXXVIII legimus: *μισθώματα λαμβάνεις. καὶ γὰρ ἡ Δανάη χρυσόν· καὶ στεφάνους δέχῃ· τοῦτο μὲν καὶ Ἄρτεμις ἡ παρθένος καὶ γεωργοῖς παρέχεις σεαυτήν· ἡ δ' Ἑλένη καὶ ποιμέσι καὶ κιθαρῳδοῖς· μηδὲ δούλων καταφρονήσῃς, ἵνα κἂν διὰ σὲ δοκῶσιν ἐλεύθεροι. ἀλλὰ μηδὲ ναυτῶν* eqs. Quam ob rem talia quoque ex comoediis Atticis ad Romanos pervenisse verisimile est.

Tum in Plauti Truculento interrogat miles Phronesium, quae cum agresti iuvene accubat v. 933

huncine hominem te amplexari tam horridum ac tam squalidum?

Ovidius vero iisdem fere verbis Corinnam vituperat, quae se equiti dedit amor. III 8, 11 sq.

hunc potes amplecti formosis, vita, lacertis?
huius in amplexu, vita, iacere potes?

Etiam de simulati amoris utilitate convenit Ovidii mere-

tricibus cum Plautinis. In Cistellaria enim suadet lena puellae vero amore captae v. 96 sq.

adsimulare amare oportet. nam si ames, extempulo
melius illi multo, quem ames, consulas quam rei tuae.

Corinnae autem a lena praecipitur amor. I 8, 71 sq.

nec nocuit simulatus amor, sine credat amari
et cave, ne gratis hic tibi constet amor!

Denique usitatissimum scortorum artificium est, ut excludendo et contemnendo aemulationem atque iram amatorum concitent, cum hoc modo maiora munera elici possint. Ita legimus in Terentii Heautont. 366 sq.

haec arte tractabat virum,
ut illius animum cupidum inopia incenderet.

Phronesium vero in Plauti Truculento tres simul amatores aemulatione impellit, ut certatim rem suam perdant et profundant. Tum id ipsum artificium commendat ad spoliandos amatores perita meretrix iuniori in Luciani dial. mer. VIII. Etiam Alciphronis epistulae huc arcessi possunt, ex quibus adscribam II 1, 6 *μέγα τῶν ἑταιρουσῶν ἐστι σόφισμα ἀεὶ τὸ παρὸν τῆς ἀπολαύσεως ὑπερτιθεμένας ταῖς ἐλπίσι διακρατεῖν τοὺς ἐραστάς* eqs. ... *ἵνα μᾶλλον ἐξάπτωνται τοῖς διαστήμασιν ἁπλούστεραι αὐτῶν αἱ ψυχαί, φοβουμένων, μὴ ἄλλο πάλιν γένηται τῆς ἐν τῷ παρόντι τύχης κώλυμα.* Adde Alciphr. I 37, 3; III 50, 1. Ecce neque Propertio neque Ovidio ignotum videtur hac arte amorem augeri et produci, cum ipsi iuvenibus similia suadeant:

Prop. II 14, 19 sq.

hoc sensi prodesse magis! contemnite, amantes:
sic hodie veniet, si qua negavit heri.

Ovid. art. II 435 sq.

sunt, quibus ingrate timida indulgentia servit
et, si nulla subest aemula, languet amor eqs.

Neque vero in elegiacarum lenarum adhortationibus talia desunt:

Prop. IV 5, 29 sqq,

et simulare moram pretium facit: utere causis:
maior dilata nocte recurret amor.
si tibi forte comas vexaverit utilis ira,
post modo mercata pace premendus erit.

Ovid. amor. I 8, 95 sq.

ne securus amet nullo rivale, caveto:
non bene, si tollas proelia, durat amor eqs.

Se ipsum hoc modo capi ac teneri posse a puellis profitetur Ovidius amor. II 19, 5 sqq. cf. Auson. epigr. 36. Tales autem sententias Propertio et Ovidio iterum ab Alexandrinis auctoribus traditas esse non negabis, si hos locos perlustraveris: Asclepiadae epigr. anthol. Pal. XII 153

πρόσθε μοι Ἀρχεάδης ἐθλίβετο· νῦν δὲ τάλαιναν
οὐδ᾽ ὅσσον παίζων εἰς ἔμ᾽ ἐπιστρέφεται.
οὐδ᾽ ὁ μελιχρὸς Ἔρως ἀεὶ γλυκύς· ἀλλ᾽ ἀνιήσας
πολλάκις ἡδίων γίνετ᾽ ἐρῶσι θεός.

Heliodor. VIII 5, p. 359 v. 24 πεφύκασι γὰρ οἱ νέοι θεραπευόμενοι μὲν ὑπερφρονεῖν, βιαζόμενοι δ᾽ ὑπείκειν. Aristaenet. ep. II 1, v. 20 χαριέστατον οἶδα τὸ σμικρὸν ὑποκνίζειν τοὺς νέους· τοῦτο γὰρ τῶν ἀφροδισίων προαναστέλλει τὸν κόρον, καὶ τὰς ἑταίρας ἀποδείκνυσιν ἀεὶ ποθεινὰς τοῖς ἐρασθεῖσι.

Nunc vero de nonnullis praeceptis vel artibus meretriciis loquar, quae ad ornatum et habitum puellarum pertinent. In Luciani ergo dial. mer. VI 3 mater filiam edocet, quomodo scortum in convivio lepidissimis moribus viros delectare et capere possit, et aliam meretricem ei quasi exemplar proponit, in qua haec laudat: ἢν δέ ποτε καὶ ἀπέλθῃ ἐπὶ δεῖπνον λαβοῦσα μίσθωμα, οὔτε μεθύσκεται — καταγέλαστον γάρ, καὶ μισοῦσιν οἱ ἄνδρες τὰς τοιαύτας — οὔτε ὑπερεμφορεῖται τοῦ ὄψου ἀπειροκάλως, ἀλλὰ προσάπτεται μὲν ἄκροις τοῖς δακτύλοις, σιωπῇ δὲ τὰς ἐνθέσεις οὐκ ἐπ᾽ ἀμφοτέρας παραβύεται τὰς γνάθους, πίνει δ᾽ ἠρέμα, οὐ χανδόν, ἀλλ᾽ ἀναπαυομένη. Quae verba originem ex fabulis Atticis ducere inde concludere possumus, quod iam in Eubuli fragmento 42, K. II p. 178 similis scorti venuste edentis laudatio occurrit:

ὡς δ᾽ ἐδείπνει κοσμίως,
οὐχ ὥσπερ ἄλλαι τῶν πράσων ποιούμεναι
τολύπας ἔσαττον τὰς γνάθους καὶ τῶν κρεῶν
ἀπέβρυχον αἰσχρῶς, ἀλλ᾽ ἑκάστου μικρὸν ἂν
ἀπεγεύεθ᾽ ὥσπερ παρθένος Μιλησία.

Cum quibus componere licet ea, quae Ovidius monet. art. III 756 sqq.

carpe cibos digitis: est quiddam gestus edendi,
ora nec immunda tota perunge manu
neve domi praesume dapes, sed desine citra
quam capis: es paulo, quam potes esse, minus eqs.

De bibendo autem praecipit v. 763 sqq.

hoc quoque, qua patiens caput est, animusque pedesque
constant! ne, quae sint singula, bina vide!
turpe iacens mulier multo madefacta Lyaeo:
dignast concubitus quoslibet illa pati.

Unde turpe illud Luxorii anthol. lat. 363. Quodammodo huc spectant etiam Phronesii verba in Plauti Trucul. 854 sq.

blitea et luteast meretrix, nisi quae sapit in vino ad rem suam,
si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium.

Denique artes, quibus Ovidius puellas ad corporis vitia occultanda instruit, magnam ostendunt similitudinem cum artibus meretriciis, quas enumerat Alexis in Isostasii fragmento 98, K. II p. 329; cuius fragmenti versus hic adscribam Ovidii verbis congruentibus suo quoque loco insertis: v. 5 sqq.

εὐθὺς ἀναπλάττουσι ταύτας, ὥστε μήτε τοὺς τρόπους
μήτε τὰς ὄψεις ὁμοίας διατελεῖν οὔσας ἔτι.
τυγχάνει μικρά τις οὖσα, φελλὸς ἐν ταῖς βαυκίσιν
ἐγκεκάττυται· μακρά τις, διάβαθρον λεπτὶν φορεῖ
τήν τε κεφαλὴν ἐπὶ τὸν ὦμον καταβαλοῦσ᾽ ἐξέρχεται.
τοῦτο τοῦ μήκους ἀφεῖλεν.

Etiam Ovidius art. III 263 sqq. feminis artificia subicit, quibus nimiam figurae brevitatem celare possint, sed paulo ab Alexidis differunt. Magis vero congruunt:

Alexidis v. 10 sq.

οὐκ ἔχει τις ἰσχία,
ὑπενέδυσ᾽ ἐραμμέν᾽ αὐτήν, ὥστε τὴν εὐπυγίαν
ἀναβοᾶν τοὺς εἰσιδόντας.

Ovid. art. III 267 sq.

quae nimium gracilis, pleno velamina filo
sumat, et ex umeris laxus amictus eat.

Ovid. art. III 272

arida nec vinclis crura resolve suis.

Alexis v. 13 sq. et Ovidius v. 273 sqq. exponunt, quomodo pectoris forma melior videri possit, sed uterque alia auxilia suadet. At plane consentiunt:

fragmenti v. 16

τὰς ὀφρῦς πυῤῥὰς ἔχει τις, ζωγραφοῦσιν ἀσβόλῳ·

et Ovidii v. 203

nec pudor est oculos tenui signare favilla;

fragmenti v. 17 sq.

συμβέβηχ' εἶναι μέλαιναν, κατέπλασε ψιμμυθίῳ·
λευκόχρως λίαν τίς ἐστι, παιδέρωτ' ἐντρίβεται·

et Ovidii v. 199 sq.

scitis et inducta candorem quaerere creta.
sanguine quae vero non rubet, arte rubet;

fragmenti v. 19

καλὸν ἔχει τοῦ σώματός τι, τοῦτο γυμνὸν δείκνυται·

et Ovidii v. 306 sqq.

pars umeri tamen ima tui, pars summa lacerti
nuda sit a laeva conspicienda manu:
hoc vos praecipue, niveae, decet;

fragmenti v. 20 sq.

εὐφυεῖς ὀδόντας ἔσχεν, ἐξ ἀνάγκης δεῖ γελᾶν,
ἵνα θεωρῶσ' οἱ παρόντες τὸ στόμ' ὡς κομψὸν φορεῖ·

et Ovidii v. 281 sq.

quis credat? discunt etiam ridere puellae,
quaeritur atque illis hac quoque parte decor.

Quae praecepta iterum per Alexandrinorum elegos in artem amandi fluxisse neque ex fabula quadam Graeca ab Ovidio deprompta esse puto, nam praeterquam, quod iam demonstratum est multa huiusmodi praecepta et artes hac circuitione in elegos Romanos pervenisse, recte monuit Fridericus Leo Plautin Forsch. p. 131 Ovidium in arte saepissime res tractare, quae iam in elegis occurrunt, neque ipsum trist. II 445 sqq., ubi suam lascivam artem aliorum artibus amatoriis excusare conetur, ullos scriptores nisi poetas elegiacos nominare.

Quamquam iuvenibus, qui cum scortis versutis consuetudinem habent, tot tantisque opus est dolis, laboribus, artibus, tamen meretricum amorem, cum amanti multo facilior aditus sit, periculoso superbarum matronarum amori praeferendum esse comici poetae saepius affirmant, velut Eubulus in Nannii fragmento 67, K. II p. 187 et Pannychidis fragm. 84, K. II p. 193, Amphis in Athamantis fragm. 1, K. II p. 236, Xenarchus in Pentathli fragm. 4, K. II p. 468, Plautus in Curcul. 31 sqq. Quae eadem eisdem fere de causis contendit Propertius in carmine II 23, Horatius in satura I 2, Martialis in epigrammate IX 32, quos hanc quoque sententiam

ab Alexandrinis poetis accepisse credam, cum etiam Rufinus similia dicat. anthol. Pal. V 18. Longum est tota illa fragmenta et carmina hic adscribere, quare paucos modo versus afferam, qui ex omnibus maxime consentiunt. De difficultatibus et periculis, quae nuptarum vetitus amor contineat agunt haec verba :

Xenarchi fragm. 4, 19 sqq.

ἃς δ᾽ οὔτ᾽ ἰδεῖν ἔστ᾽ οὔθ᾽ ὁρῶντ᾽ ἰδεῖν σαφῶς,
ἀεὶ δὲ τετρεμαίνοντα καὶ φοβούμενον,
δεδιότα ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχοντα.

Horat. sat. I 2, 18 sq.

desine matronas sectarier, unde laboris
plus haurire mali est quam ex re decerpere fructus.

Martialis epigr. IX 32, 5 sq.

poscentem nummos et grandia verba sonantem
possideat crassae mentula Burdigalae.

Prop. II 23, 7 sqq.

deinde, ubi pertuleris, quos dicit fama, labores
Herculis, ut scribat 'muneris ecquid habes'?
cernere uti possis vultum custodis amari,
captus et immunda saepe latere casa? eqs.

Rufin. v. 3 sq.

ταῖς μὲν χρὼς ἀπόδωδε μύρον, σοβαρόν τε φρύαγμα
καὶ μετὰ κινδύνου † ἑσπομένη σύνοδος.

De meretricibus contra haec loquuntur:

Xenarchi frg. 4, 4 sqq.

ἃς ἔξεσθ᾽ ὁρᾶν
εἱληθερούσας, στέρν᾽ ἀπημφιεσμένας,
γυμνὰς ἐφεξῆς τ᾽ ἐπὶ κέρως τεταγμένας.

Prop. II 23, 13 sqq.

contra, reiecto quae libera vadit amictu,
custodum et nullo saepta timore placet.

Martialis epigr. IX 32, 1 sq.

hanc volo, quae facilis, quae palliolata vagatur,
hanc volo, quae puero iam dedit ante meo.

Rufin. v. 1

μᾶλλον τῶν σοβαρῶν τὰς δουλίδας ἐκλεγόμεσθα.

Praecipue autem scortorum concubitum tutiorem esse et multo minoris constare quam matronarum asseverant:

Eubuli frgm. 84, 6 sq.

παρ᾽ ὧν βεβαίως ἀσφαλῶς τ᾽ ἔξεστί σοι
μικροῦ πρίασθαι κέρματος τὴν ἡδονήν.

Horat. sat. I 2, 47 sqq.
tutior at quanto merx est in classe secunda,
libertinarum dico.

Prop. II 23, 17 sq.
differet haec numquam nec poscet garrula, quod te
astrictus ploret saepe dedisse pater.

Martial. IX 32, 3 sq.
hanc volo, quam redimit totam denarius alter,
hanc volo, quae pariter sufficit una tribus.

Rufin. v. 5 sq.
ταῖς δὲ χάρις καὶ χρὼς ἴδιος καὶ λέκτρον ἑτοῖμον
δώροις ἐκ σπατάλης οὐ σελαγιζόμενον.

Neque amatorem vanis dilationibus frustrantur, ut Xenarchus dicit fragm. 4, 13

αὗται βιάζονται γὰρ εἰσέλκουσί τε.

Quem meretricum morem laudat Horatius Philodemum imitatus sat. I 2, 121 sq.

hanc Philodemus ait sibi, quae neque magno
stet pretio, neque cunctetur, cum est iussa venire,

et Prop. II 23, 16 sq.

nec sinit esse moram, si quis adire velit;
differet haec numquam eqs.

Denique respondent Eubuli verbis fragm. 67, 5 et 84, 5 *οἵας Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας* Propertii II 23, 21 'et quas Euphrates et quas mihi misit Orontes, me capiant'.

Haec quidem hactenus, iam disputandi finem faciam, non quo omnes res, quae inter elegiacos et comicos poetas consentiant, dissertae sint, sed ne terminos huiusmodi disputatiunculis concessos transgrediar. Restat enim, ut praeter nonnullas alias res imprimis exponam, quomodo etiam felices amantes, quibus Amor dulcia dedit, ab utriusque generis scriptoribus congruenti ratione describantur. Haec vero alteri huius quaestionis parti reservavi, quam me aliquando alio loco editurum esse spero. Sed ut eorum, quae dixi, summam faciam, exemplis, quae congessi, probatum mihi videtur ex comoediis Atticis non solum sententias aut argumenta amatoria, sed etiam certas comicas personas, velut exclusi amatoris, callidae lenae, militis gloriosi, in Alexandrinorum et deinceps in Romanorum

elegos pervenisse. Quae res mea quidem sententia facillime explicari potest, si Philetae et Callimachi carmina amatoria a Tibulli, Propertii, Ovidii imitationibus haud multo diversa fuisse fingimus. Nam si Alexandrini illi auctores eodem modo ac Romani sectatores suam cum meretricibus consuetudinem in elegis enarraverunt, facillime fieri potuit, ut ad suos amores depingendos colores mutuarentur ex comoediis Atticis, quae Atheniensium iuvenum et scortorum amores in scenam producebant. Quam ob rem assentiar opinioni eorum, qui Callimachum praeter aetia et epigrammata etiam elegos amatorios scripsisse putant.[1]) Denique artis amatoriae quoque multa praecepta meretricia ab Ovidio ex elegis Alexandrinis sumpta originem ex comoediis Atticis ducere verisimile est.

1) Cf. Otto, De fabul. Prop. I p. 2 sqq. W. Lange, De Callimachi Aetiis, Lips. 1882, p. 3 sqq. Rothstein p. XXII sqq.

Vita.

Natus sum *Volkmar Hoelzer* in urbe Erfurt a. d. VII Idus Februarias anno h. s. LXXIII patre *Volkmaro*, quem mihi praematura morte ereptum esse lugeo, matre *Elisabetha* e gente *Kallmeyer*. Fidei addictus sum evangelicae. Postquam per novem annos gymnasium urbis patriae frequentavi, maturitatis testimonium adeptus vere anni XCII academiam Heidelbergensem adii, ut studiis operam darem philologis. Eiusdem anni autumno Ienam me contuli. Cum ibi per quater sex menses scholas audivissem et simul militiae munere functus essem, ut studia perficerem, ad hanc almam Musarum sedem commigravi.

Docuerunt me viri doctissimi *Kuno Fischer, Osthoff, Braune, Goetz, Hirzel, Schrader, Liebenam, Kauffmann, Eucken, Schroeder, Koester, Naudé, Niese, Wissowa, Dieterich, Maass, Birt.* Quibus praeceptoribus gratias ago quam maximas, imprimis vero *Birtio*, qui praeter ceteros studiis meis favit.

CANONESNE POETARUM SCRIPTORUM ARTIFICUM PER ANTIQUITATEM FUERUNT?

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE ALBERTINA REGIMONTANA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXVIII. MENSIS IUNII. A. MDCCCXCVII HORA III

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS ADIECTIS PUBLICE DEFENDET

SCRIPTOR

OTTO KROEHNERT,

GUMBINNENSIS.


ADVERSARII ERUNT:

UDALRICUS FRIEDLAENDER, DR. PHIL. ET MUN. SCHOL. CAND.

GUALTHARIUS KRASSOWSKY, DR. PHIL.

REGIMONTI Pr. MDCCCXCVII (1 :

EX OFFICINA LEUPOLDIANA.



ARTHURO LUDWICH
LUDOVICO JEEP
AUGUSTO BRINKMANN

pio gratoque animo

hasce primitias
sacras esse voluit

scriptor.

ARGUMENTUM.



Ante hos centum et triginta fere annos primus D Ruhnken[1] controversiam de indicibus vel canonibus a grammaticis veteribus confectis movit, quae ne hodie quidem soluta videtur. Etsi apud antiquos similiter atque apud nos poetarum scriptorumque praestantissimorum et ad imitandum maxime idoneorum catalogos vel in scholarum usum vel ad alium finem compositos fuisse, nemo nimirum negat, tamen quo tempore et a quibus hominibus ordines illi redacti fuerint, viri docti persaepe et vehementer inter se discrepuerunt, quorum diversas sententias omnes enumerare atque recensere neque necessarium et longum esse existimo.[2] Tantum referam, Ruhnkenium, quaestionis ut ita dicam patrem, compluribus Quintiliani locis[3] nisum in qualibet praeter philosophos disciplina optimorum virorum ordinem a grammaticis Alexandrinis celeberrimis, Aristophane et Aristarcho, confectum esse pro certo habuisse. Quam sententiam non pauci viri docti ut FA Wolf[4] probarunt, donec, postquam D Wyttenbach[5] primus dubitationes attulit, nonnulli ut A Nauck[6] canonem Alexandrinum quem vocant vix umbram antiquitatis fide suffultam et inter somnia doctorum relegandum esse contenderunt. At amplius de hac controversia adhuc solus Georgius Steffen egit in

1) in hist. crit. orat. Gr. editioni P. Rutilii Lupi praemissa (1768) p. XCIV sqq. — 2) cfr. Steffeni diss. p. 12—15 et praecipue Brzoska, qui in diss. p. 3—7 de quaestionis historia et fundamento accuratissime disseruit. — 3) inst. or. I 4, 3. X 1, 54, 59. — 4) proleg. ad Hom. (1795) p. CXC. — 5) in vit. Ruhnkenii (1799) 144 sqq.; adn. 286 sqq. — 6) Aristoph. Byz. fragm. (1848) 67 sqq.

Ante hos centum et triginta fere annos primus DRuhnken[1]) controversiam de indicibus vel canonibus a grammaticis veteribus confectis movit, quae ne hodie quidem soluta videtur. Etsi apud antiquos similiter atque apud nos poetarum scriptorumque praestantissimorum et ad imitandum maxime idoneorum catalogos vel in scholarum usum vel ad alium finem compositos fuisse, nemo nimirum negat, tamen quo tempore et a quibus hominibus ordines illi redacti fuerint, viri docti persaepe et vehementer inter se discrepuerunt, quorum diversas sententias omnes enumerare atque recensere neque necessarium et longum esse existimo.[2]) Tantum referam, Ruhnkenium, quaestionis ut ita dicam patrem, compluribus Quintiliani locis[3]) nisum in qualibet praeter philosophos disciplina optimorum virorum ordinem a grammaticis Alexandrinis celeberrimis, Aristophane et Aristarcho, confectum esse pro certo habuisse. Quam sententiam non pauci viri docti ut FAWolf[4]) probarunt, donec, postquam DWyttenbach[5]) primus dubitationes attulit, nonnulli ut A Nauck[6]) canonem Alexandrinum quem vocant vix umbram antiquitatis fide suffultam et inter somnia doctorum relegandum esse contenderunt. At amplius de hac controversia adhuc solus Georgius Steffen egit in

1) in hist. crit. orat. Gr. editioni P. Rutilii Lupi praemissa (1768) p. XCIV sqq. — 2) cfr. Steffeni diss. p. 12—15 et praecipue Brzoska, qui in diss. p. 3—7 de quaestionis historia et fundamento accuratissime disseruit. — 3) inst. or. I 4, 3. X 1, 54. 59. — 4) proleg. ad Hom. (1795) p. CXC. — 5) in vit. Ruhnkenii (1799) 144 sqq.; adn. 286 sqq. — 6) Aristoph. Byz. fragm. (1848) 67 sqq.

dissertatione (Lips. 1876) quam „de canone qui dicitur Aristophanis et Aristarchi“ inscripsit; qui quidem in usum scholarum Alexandrinos illos grammaticos poetarum delectum quendam, cuius ut ita dicam classes praeter epicorum et iambographorum ordines incertissimae essent, fecisse, dilucide fere demonstrasse sibi videtur.[1]) Deinde quaestioni nostrae alia dissertatio inauguralis magni est momenti, etsi in ea tantum de decem oratorum Atticorum canone amplissime disputatur. Cuius dissertationis (Vratisl. 1883) scriptor Julius Brzoska, A Reifferscheidii praeceptoris sui praeco[2]), Pergamenam non Alexandrinam canonis originem ostendere magna doctrina multoque ingenio conatus est. Sed non omnes viri docti Brzoskae assensi sunt. Immo vero Hermannus Usener[3]) rursus ut Ruhnken Aristophanem et Aristarchum in omni litterarum genere praestantissimos quosque elegisse ratus Brzoskae sententia nusquam collata oratorum quoque canonem ad Alexandrinorum studia revocavit. Valde probabile esse ille vir doctissimus censet, ordines Dionysi Halicarnassensis, Ciceronis[4]), Quintiliani[5]), Dionis Chrysostomi[6]) quamquam non verbo tenus inter se pares, sed pro cuiusque auctoris consilio atque ratione similes inter sese omnes ex eodem fonte fluxisse, ex ordine aliquo optimorum scriptorum ab Alexandrinis redacto. Contra Paulus Hartmann in dissertatione (Gotting. 1891), cui „de canone decem oratorum“ titulus est, et Pergamenos tantum ad oratorum crisin contulisse, quantum Brzoska nobis persuadere voluit, negat[7]) et, cum prima decadis oratorum mentio fiat apud Caecilium[8]), non multum nos a vero

1) l. l. p. 54. — 2) l. l. p. 1. — 3) in edit. Dionys. Hal. libr. de imit. rel. epilogo (1889) 134 sqq. — 4) i. e. in „Hortensio“, cuius fragm. ex prima parte servata Usener restituta breviterque adnotata l. l. p. 117—123 apposuit. — 5) inst. or. X 1. 46—129. — 6) in or. XVIII 5—14. — 7) l. l. p. 21. — 8) hunc enim *περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων* scripsisse notissimum est. cfr. R Weise „quaestiones Caecilianae“ diss. Berol. 1888).

aberraturos esse putat, si non Alexandrinorum grammaticorum principes, sed Caecilium eundem Calactinum canonem illum composuisse statuerimus.[1]) Quantopere dissentiant de indicibus virorum doctorum sententiae ex eo ipso intellegimus, quod oratorum canonem alii Alexandriae, Pergami alii, alii Romae ortum esse pro certo habent. Cum vero res ita sint, non prorsus inutile esse videatur, totam quaestionem de canonibus institutam denuo retractare. Qua in re maxime ea spectare atque dilucide ostendere volumus, quae certa et sine ullo dubio sunt, cum coniecturis lubricis atque ancipitibus latum campum non concedamus. Porro non angustis cancellis inclusi multo maiore ambitu, quam usque adhuc in hac controversia factum est, Byzantinorum quoque tempora respiciemus et, id quod non minus semper plane neglectum est, inquiramus, num apud Romanos similes poetarum scriptorumque delectus fuerint et quantum per antiquitatem valuerint. Tum singulis ordinibus certis ut epicorum poetarum pentadi, novem lyricorum choro, decem oratorum Atticorum canoni, aliis testimonia vetera a nobis ipsis rursus conquisita in adnotationibus componamus: quod, ut in collectionibus quae exstant comparandis intellegitur, minime est supervacaneum, praesertim cum etiam in MHEMeieri testimoniorum canonis decem oratorum Atticorum congestione[2]) saepe iure ac merito laudata non pauca imperfecta, nonnulla falsa sint. Neque aliter res se habet in similibus collectionibus aliis. Postremo complures catalogos, qui quamquam non nullius momenti, tamen ad id tempus omnino neglecti sunt, explanare eorumque compositionem interpretari conabimur.

---

1) l. l. p. 32. — 2) v. de Andoc. q. v. f. or. c. Alcibiad. comment. IV, nunc in Meieri opusc. acad. I (1861) 123—127.

I.

Si vero ad rem ipsam aggressi quaerimus, unde dissertatiunculae nostrae initium sumamus, optimum utilissimumque esse censemus, primum catalogos e summo litterarum antiquarum naufragio servatos quam accuratissime tractare. Nam neque Alexandrinorum grammaticorum canonem neque alium antiquum ullum genuina forma traditum inter manus nos habere notum est, quia plerumque fortuito tantum, non e certo consilio firmave ratione scriptores in aliquo genere optimi enumerati sunt et recensiti. At e Byzantinorum temporibus duae poetarum scriptorumque in variis disciplinis praestantissimorum tabulae partim consentientes partim valde inter sese discrepantes conservatae sunt, quarum alteram Montefalconius, Cramer alteram e bibliothecarum tenebris in lucem protulit. Quod vero hi indices summi momenti atque totius controversiae fundamentum videntur esse, nos, quod adhuc nusquam factum est, eos pleno atque integro apparatu critico instructos denuo edamus, praesertim cum et codicis Montefalconii nova collatio accuratissima, quae nonnulla eventa omnino inopinata habet, et in Crameri tabula recognoscenda codex adhuc nondum adhibitus nobisque rursus diligentissime collatus praesto sit.

Veteriorem nostrorum catalogorum primus B de Montefalconius e codice Coisliniano CCCLXXXVII (ol. Athoo CCXXIX, membr., saec. X, fol. 153v), quem Georgius Karo, vir doctissimus, Parisiis liberalissime atque cum pulvisculo in usum meum denuo contulit, in „Bibliotheca Coisliniana" (1715) 596—598 publici iuris fecit. Quae tabula ab JAFabricio in „Bibliotheca Graeca" IX (1719) 599—602[1]) repetita

1) sed Fabric. cod. Coisl. CCCLXXXVIII sine dubio e calami lapsu significat, et in edit. „BG" a GChHarlesio iterata index noster frustra quaeritur. Ceterum uterque, et Montefalconius et Fabricius, interpretationem Latinam Graecis verbis addiderunt.


est. Tum P de Lagarde in commentariorum collectione „Symmicta" inscripta I (1877) 173—176 indicem poetarum scriptorumque e codice quodam Bodleyano sumptum, qui apud nos subsequitur, cum Montefalconii laterculo contaminavit, quod A Ludwichio[1]) assensus minime probo; sed accuratissimus apparatus criticus a Lagardeo adiectus laude dignus est. G Steffen autem l. l. p. 8—10 non, ut apud G Christium „Gesch. d. Gr. Litt". (1890) 429 adn 3 est, duas tabulas descripsit, sed tantum catalogorum indolem significavit neque quidquam fere nisi singularum particularum titulos rettulit, et H Usener l. l. p. 130 - 131 partem quamquam parvam, tamen eam illorum indicum denuo edidit, quae, quia in utroque laterculo omnibus paene locis concinit, summi momenti est[2]). Denique si quis existimet, apud Christium l. l. post haec verba: „Der von Montfaucon veröffentlichte Kanon lautet" totam tabulam esse exscriptam, vehementer errat. Christ enim eadem sola, quae Usener l. l. repetivit, rursus affert. His praemissis Montefalconii tabula ipsa (= tab. M) sequatur.

Tab M.

Adnotatio. His compendiis in tab. M edenda usus sum: C = cod. Coisl.; Mf. = Montfaucon, $Mf._1$ = Montefalconii interpretatio Latina; Fb. = Fabricius, $Fb._1$ = Fabricii interpr. Lat.; St. = Steffen; Lg. = Lagarde; Us. = Usener; Ch. = Christ; Ka. = Karo.

I.[3]) *Ποιηταὶ*[4]) ε̄· *Ὅμηρος*[5]), *Ἡσίοδος*, *Πείσανδρος*, *Πανύασσις*[6]), *Ἀντίμαχος*.

1) cfr. commentatio de Joanne Philopono grammatico Ind. lect. acad. Alb. Regim. 1888 III praemissa p. 10 adn. 42. — 2) secundum paragraphos, quas quidem nos distinximus, I—VIII = tab. C(rameri) VII—X. XII. XIII. XI. XIV. — 3) Numeros adieci. — 4) *περὶ ποιητῶν·* <*ἐπῶν*> *ποιηταὶ* sine ulla causa Ch. — 5) Apud Mf. et Fb. in littera initiali hic ut semper accentus spiritusque omittuntur. — 6) *Πανύασσις* cum C Mf., ceteri *Πανύασις*. cf. de huius nominis scribendi ratione Pistothei Tzschirneri „Panyas. Hal. Heracl. fragm." (1842) 4—6.


HARVARD COLLEGE
AUG 23 1897
LIBRARY.

ARTHURO LUDWICH

LUDOVICO JEEP

AUGUSTO BRINKMANN

pio gratoque animo

XIV. *Πίναξ τῶν ἐν*[1]) *ἰατρικῇ*[2]) **διαπρεψάντων·** Δημόκριτος, Ἱπποκράτης, Διοσκορίδης, **Ἀρχιγένης, Ῥοῦφος**[3]), Γαληνός, Φιλάγριος, Θέων, Ἀλέξανδρος Ἀφροδισιεύς[4]), **Ἀλέξανδρος** Τραλλιανός, Δημοσθένης, **Σευῆρος**[5]), **Διοκλῆς, Λεωνίδης**[6]), Ἄντυλλος[7]), **Σωρανός,** Ὀριβάσιος[8]), **Ἀέτιος, Ἰάκωβος** [,Σκύπαλος[9]].

XV. *Οἱ τούτων ὑπομνηματισταί·* **Σώπατρος, Παῦλος,** Ἀθανάσιος, Φοιβάμμων.

XVI. *Ἐν δὲ τῇ φιλοσοφίᾳ*[10]) *ἔπρεψαν·* **Πλάτων**[11]), Ἀριστοτέλης ὁ τούτου μαθητής, ὧν τὸν μὲν **Πλάτωνα** *ὑπομνηματίζουσι* πλεῖστοι· χρησιμώτεροι[12]) δὲ **Γάϊος, Ἀλβῖνος,** Πρισκιανός, Ταῦρος[13]), Πρόκλος, Δαμάσκιος, **Ἰωάννης ὁ** φιλόπονος, ὅστις καὶ κατὰ Πρισκιανοῦ **ἠγωνίσατο, πολλάκις** δὲ καὶ κατὰ Ἀριστοτέλους[14])· *τὸν δὲ* **Ἀριστοτέλην καὶ αὐτὸν** *ὑπομνηματίζουσιν*[15]) πλείονες, ὧν χρησιμώτεροι **Πορφύριος** Φοῖνιξ, Ἀλέξανδρος Ἀφροδισιεύς[16]), **Ἀμμώνιος, Ἀρριανός,** Εὔκαιρος[17]), Ἀτόκιος, Ζαχαρίας καὶ Τριβοῦνος . . .[18]) **ἀδελφός.**

1) *ἐν* <*τῇ*> Lg. — 2) *Ἰατρικῇ* C. — 3) **Ῥούφων** c. C Fb. — 4) **ἀφρο** (with Δ above) C. — 5) **Σεύηρος** c. C Mf. Fb. — 6) **Λεονίδης** c. C Mf., Fb. — 7) **Ἄνταλος** c. C Mf.: *Ἄτταλος* Fb. — 8) *Ὀριβάσιος* c. C Mf., Fb.: **Ὀρειβάσιος** Lg. — 9) v. infra interpretationem medicorum catalogi. — 10) **τηῖ φιλοσοφι** C. — 11) *Πλάτων* <*καὶ*> Lg. — 12) **Χρησιμότεροι** Mf. — 13) **Ταῦρος,** *Πρισκιανός,* Lg. — 14) i. mg. inf. m. p. Ka. teste: ·⨯· **εἰσὶν οἱ παλαιοὶ** *ἱστοριογρ́* (sequitur comp. mihi incompertum) **τῶν ἑλλήνων** (p. comp., sed cert., ut videtur) *οἱ καὶ τὸν σόλωνα διεδέξαντο* (p. cp.): **φερεκύδης ὁ σάριοσ** (*σύριος*?), *πυθαγόρας ὁ σάμιοσ, ἀναξαγόρασ ὁ* **κλαζομένιοσ, πλάτων ὁ** *ἀθηναῖοσ.* i. t. post *Ἀριστοτέλους* sequitur versus omissus: ·⨯· **ὑπομνμ** (supra μ comp. suprascr. est): *ἱπποκράτησ καὶ γαληνοσ: ἀσκληπι* et comp. mihi obscurum. Sed hunc versum non huc sed ad tab. nostrae § XV spectare equidem censeo. — 15) *ὑπομνηματίζουσιν* C teste Ka. — 16) **Ἀφρο** (with Δ above) C. — 17) *Εὔκαιρος* C p. comp., sed certum: c. Mf. ceteri nomen hoc om. — 18) lac. a Mf. indicatam in C hoc comp. *ανοχ* (with τ ῦ above) suppl.

Alterum indicem recentiorem nobis denuo edendum e codice Bodleyano (ol. Meermann. Auct. II. II, chart., 4°, fol. 358v) JACramer primus in „Anecd. Gr. Par.“ IV (1841) 195—197 protulit.[1]) At alter codex nobis praesto est ad contextum huius tabulae (tab. C) recognoscendum, adhuc nondum adhibitus. J Hergenroether enim in opere suo „Photius, Patriarch von Constantinopel“ inscripto III (1869) 257 adn. 37 neque tab. **M** neque tab. C collata e codice Vaticano 1456, membr., fol. 487[2]) indicem initio mutilatum exscripsit, qui medio in medicorum catalogo (V) incipiens usque ad finem (XIV) cum tab. C paene omnino congruit. Eandem tabulam A Catiforum quoque sub titulo *Περὶ τῶν ἐν ἑκάστῃ ἐπιστήμῃ εὐδοκιμησάντων* publici iuris fecisse Hergenroether adnotat; sed quis A Catiforus ille sit et quo loco illud ediderit, explorare nullo modo potui. At a me rogatus ChHuelseno liberalissimo auctore Joannes Graeven, vir doctissimus, Romae tabellam illam denuo accuratissime contulit et de codice illo ad id tempus nusquam, quantum equidem scio, descripto haec benignissime mecum per litteras communicavit: „Der cod. ist ein Palimpsest — Psalmen scheinen der erste Text zu sein — mit allerlei theologischen Traktaten vollgeschrieben. Die Hs. muss sehr viel grösser gewesen sein, wie die alten Seitenzahlen und Quaternionenzahlen verraten. Vor dem fol. 421 (jetzt fol. 110), Quaternionennummer *N.Δ*, muss ein besonders grosses Stück ausgefallen sein, aber auch im folgenden fehlen einzelne Blätter.

1) Ceterum tabulam nostram in fol. 359b codicis illius saec. XV. exarati esse in HOCoxei cat. codd. mss. biblioth. Bodl. I (1853) p. 769 A scriptum videmus. Et quamquam P de Lagarde l. l. Crameri laterculo nusquam commemorato suum codicem ita significat „Bodleyanus miscell. 211 (früher bei Meermann = Auct. T. II 11) seite 358v ff.“, tamen eius librum eundem esse atque quo Cramer usus erat equidem persuasum habeo. De GSteffeno vero et HUsenero in editionis tab. M. praefatiunculam (p. 5) eos qui legant delego. — 2) non fol. 482, ut ap. Hg. falso legitur.

Dies ist auch vor dem fol. 487 (jetzt 174) der Fall. Dies beginnt mit der Hergenroetherschen Liste, die gerade mit fol. 487[b] endigt. Jetzt geht der Liste voran fol. 479—486: *τῷ θεοφιλεστάτῳ ὁσιωτάτῳ συλλειτουργῷ λέοντι ἀρχιεπισκόπῳ καλαβρίας φώτιος ἀρχιεπίσκοπος κωνσταντινουπόλεως.* 5 Capitel verschiedenen Inhalts. Es folgen ihr fol. 488[a] ff.: *Τοῦ ἁγίου γρηγορίου τοῦ θεολόγου σχόλια εἰς τὸν λόγον τοῦ πάσχα εἰς τὸ* (fort. *τὴν*?) *ἀναστάσεως ἡμέρα* (fort. *ἡμέραν*?). Die Liste ist von derselben Hand geschrieben wie ihre Umgebung." Tabula vero est haec.

Tab. C.

Adnotatio. In tab. C recensenda haec compendia a nobis sunt adhibita: B = cod. Bodl.; V = cod. Vat.; Cr. = Cramer; Lg. = Lagarde; Hg. = Hergenroether; St. = Steffen; Us. = Usener; Gr. = Graeven.

I. *Περὶ ποιητῶν ὅσοι διὰ*[1]) *στίχων καὶ ἰάμβων·* *Ὅμηρος στίχους, Μένανδρος ἰάμβους, Ἡσίοδος*[2]) *στίχους, Ἀπολλώνιος ὁμοίως, Εὐριπίδης*[3]) *ἰάμβους, Ἀριστοφάνης ὁμοίως, Σοφοκλῆς ὁμοίως, Θεόκριτος*[4]) *στίχους*[5]), *Καλλίμαχος ὁμοίως, Πίνδαρος ξένα μέτρα καὶ τοῖς νῦν ἄγνωστα, Ἄρατος στίχους, Νίκανδρος ὁμοίως, Διονύσιος ὁμοίως, Ὀππιανὸς ὁμοίως, Λυκόφρων*[6]) <*ἰάμβους*>[7]).

II. *Ὅσοι περὶ γραμμάτων·* [*Λυκόφρων*[8]),] *Διονύσιος ὁ Θρᾷξ*[9]), *Ἀπολλώνιος ὁ δύσκολος*[10]), *Ἀλέξανδρος*[11]), *Ὧρος*[12]), *Ἀστυάγης, Ὠριγένης*[13]), *Ἀγαπητός, Φιλόπονος*[14]), *Σέργιος*

---

1) *διὰ* Lg.: *περὶ* c. B Cr. et St. — 2) *ισιοδος* B teste Lg., Cr. teste *ἴσιοδος*: *Ἡσίοδος* Cr. — 3) *ευριπιδισ* B p. m. — 4) *ευκριτος* B. — 5) *στιχους* B p. m. i. mg., i. t. *ομοιως*: *Στίχους Θεόκριτος ὁμοίως* Cr. — 6) *Λυκοφρων* rubr. B. — 7) *ἰάμβους* addidi. — 8) *Λυκόφρων* hic expungendum esse censeo. — 9) *Θρᾴξ* Cr. — 10) *δισκολος* B. — 11) *Ἀλέξανδρος* Cr. i. t., sed i. not. crit. *Ἀλεξανδρεύς* scribendum esse existimat. — 12) *Ὧρος* Cr. i. not.: *ἄρος* B, quod dittographia ortum aut *Ἄπρος* aut *Ἄρατος* legendum esse opinatur Lg. — 13) *ὁριγένης* B: *Ὀριγένης* Cr. — 14) <*Ἰωάννης ὁ*> *Φιλόπονος* Lg.

νεώτερος, Ἰωάννης ὁ Χάραξ[1]), Αὐξόνιος, Ἄδραστος, Θεαγένης, Ἡρωδιανὸς ὁ μέγας, Γεώργιος ὁ Χοιροβοσκός.

III. Πίναξ τῶν ἐν ῥητορικῇ[2]) διαπρεψάντων· Ἰσοκράτης, Δημοσθένης, Αἰσχίνης[3]), Ὑπερίδης[4]), Ἀντιφῶν, Ἀνδοκίδης, Δίναρχος[5]), Λυκοῦργος καὶ[6]) Λυσίας.

IV. Ὅσοι <συγ>γραφεῖς[7]) ἤγουν[8]) ἱστορικοί[9])· Θουκυδίδης, Ἡρόδοτος[10]), Ξενοφῶν, αγγεζευας[11]) αρχαγγελος[12]), Δομετιανός, Θεότιμος, Στέφανος, Μηνᾶς[13]).

V. Πίναξ τῶν ἐν τῇ[14]) ἰατρικῇ[15]) διαπρεψάντων· Δημόκριτος, Ἱπποκράτης, Διοσκορίδης, Ἀρχιγένης[16]), Ῥοῦφος, Γαληνός, Φιλάγριος, Θέων, Ἀλέξανδρος Ἀφροδισιεύς[17]), Ἀλέξανδρος[18]) Τραλλιανός[19]), Δημοσθένης, Σευῆρος, Φιλούμενος[20]), Διοκλῆς, Λεωνίδης[21]), Ἄντυλλος[22]).

VI. Ἐν δὲ φιλοσοφίᾳ διέπρεψαν· Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ὁ τούτου μαθητής· ὧν τὸν μὲν Πλάτωνα ὑπομνηματίζουσι πλεῖστοι· χρησιμώτεροι[23]) δὲ Γάϊος[24]), Ἀλβῖνος[25]), Ταῦρος, Πρισκιανός, Πρόκλος, Δαμάσκιος[26]),

1) Σέργιος. νεώτερος Ἰωάννης, ὁ Χάραξ coni. Lg. — 2) ῥητορικοῖς St. — 3) αισχινης B. — 4) Ὑπερίδης c. B Cr.: Ὑπερείδης Lg. — 5) Δίναρχος c. B Cr.: Δεινάρχος Lg. — 6) pro καὶ restituendum esse Ἰσαῖος ingeniose proponit Brzoska l. l. p. 103, sentent. controvers. I. — 7) συγγραφεῖς CMueller FHG IV 474: γραφεῖς c. B editt. — 8) ἤγουν CMueller l. l. et Brzoska p. 49 adn. 3: ἤτουν editt. cum B. — 9) ιστορικης B p. m. — 10) Ἡρώδοτος Cr. — 11) αγγεζευας B praebere videtur Lg. teste, teste Cr. ἀγγελεύας. — 12) et αρχα et ος sine dubio in B esse contendit Lg.: Φίλιππος ὁ Θεαγγελεύς coni. Cr. i. not., in add. et corrig. l. l. p. 488 in ἀρχάγγελος fort. latere Χάραξ: Ἀγγεζέας i. t. Lg.: ABrinkmann pro altero nomine verisimillime coni. Ἀγαθάγγελος. — 13) Μηνάς Cr., CMueller: Μηνᾶς recte Lg. (cf. Herodian. I 51, 7; 56, 2. 3. II 636, 24. 25 L. — 14) τῇ om. Cr. — 15) τριαδικη B: τριαδικῇ Cr. i. t., i. not. leg. ἰατρικῇ. — 16) αρχενησ B p. m. — 17) . . . δρος· αφροδησιευς B; incip. in V fol. 487ᵃ Ἀφροδισιεύς. — 18) Ἀφροδισιεὺς Ἀλέξανδρος, V. — 19) Τραλλιάνος V. — 20) φιλωμενος B: Φιλώμενος Cr.: φιλωμένος V teste Gr. (Φιλόμενος Hg.) — 21) Διονίδης (ï) c. B Cr.: Λεωνίδης Lg.: Λεονίδης V. — 22) αντυλλος B: Ἄντελλος V. — 23) χρησιμότερος c. B Cr.: χρησιμώτεροι Lg., V. — 24) Γαΐος V. — 25) Ἀλκῖνος Cr.: Ἀλμᾶνος V. — 26) δακασκιος B: Δακάσκιος V.

Ἰωάννης ὁ φιλόπονος, ὅστις καὶ κατὰ Πρισκιανοῦ[1] ἠγωνίσατο, πολλάκις[2] δὲ καὶ κατὰ Ἀριστοτέλους.

VII. *Περὶ ποιητῶν.* Ποιηταὶ ε̄[3]· Ὅμηρος, Ἡσίοδος, Πίσανδρος[4], <Πανύασσις,>[5] Ἀντίμαχος.

VIII. *Οἱ ἰαμβοποιοὶ*[6] γ̄· Σημωνίδης[7], Ἀρχίλοχος[8], Ἱππῶναξ[9].

IX. *Τραγῳδοποιοὶ*[10] ε̄[11]· Αἰσχύλος[12], Σοφοκλῆς, Εὐριπίδης[13], Ἴων[14], Ἀχαιός[15].

X. *Κωμῳδοποιοὶ*[16] *ἀρχαῖοι*[17] ζ̄· Ἐπίχαρμος, Κρατῖνος[18], Εὔπολις, Ἀριστοφάνης, Φερεκράτης, Κράτης, Πλάτων. *μέσης*[19] *κωμῳδίας*[20] β̄· Ἀντιφάνης, Ἄλεξις Θούριος[21]. *νέας*[22] δὲ ε̄[23]· Μένανδρος, Φιλιππίδης[24], Δίφιλος[25], Φιλήμων <Ἀπολλόδωρος>[26].

XI. *Ῥήτορες* ι̅[27]· Δημοσθένης[28], Λυσίας, Ὑπερείδης[29], Ἰσοκράτης, Αἰσχίνης[30], Λυκοῦργος, Ἰσαῖος[31], Ἀντιφῶν[32], Ἀνδοκίδης, Δείναρχος.

---

1) *τὸ κῑπρῑσανοῦ* B: Cr. i. not. leg. *Πρισκιανός*, sed in add. et corrig. recte *κατὰ Πρισκιανοῦ*: *τό κι πρι σανοῦ* V. — 2) *πόλλακις* Cr. — 3) ε B teste Lg., Us. teste om. B *πέντε*, item om. ε̄ Cr.: V teste Gr. ε̄ (δ̄ Hg.). — 4) *πισανδρος* B: *Πείσανδρος* Lg., Us.: *Πίσανδρος* Cr., V. — 5) *Πανύασσις* propter ε̄ e tab. M inserui. — 6) *οἱαμβοποιοί* B. — 7) *Σημωνίδης* recte Us.: *Σιμωνίδης* ceteri c. codd. — 8) *αρχιλογος* B. — 9) *ιππωναξ* B: *Ἱππόναξ* V: *Ἱππώναξ* Cr.; de verbis post *Ἱππ.* insertis v. adn. 19. — 10) *τραγοδοποιοὶ* B. — 11) ε om. Cr. — 12) *Αἰσχῦλος* V. — 13) post *Ευριπιδης* rubr. B. — 14) *Ἰών* V. — 15) Gr. teste *ἀχαιός* V (*Σχαῖος* Hg.). — 16) *κωμοδοποιοι* B: *Κοιμῳδοποιοὶ* V. — 17) *αρχαιοι* B: *ἀρχαίας* St. — 18) *κροτινος* B: *κροτίνος* V teste Gr. (*Κράτινος* Hg.) — 19) *μέσης* — *Φιλήμων* seu *Ἀπολλόδωρος* inter *Ἱππῶναξ* et *Τραγῳδοποιοὶ* et B et V inseruerunt. — 20) *κομοδιας* B: *κοιμῳδίας* V. — 21) *αλεξιθουριος* B: *Ἄλεξις Θουρίος* Cr.: *Ἀλεξιθούριος* V. — 22) *νέας* <*κωμῳδίας*> St. — 23) *δε* B, quod Cr. om.: *δ̄* Lg.: *δὲ ε̄* V. — 24) incip. in V fol. 487ᵇ. — 25) *δϊείφῖλος* B: *Δείφιλος* V. — 26) *Ἀπολλόδωρος* V praebet, om. B eiusque editt. — 27) ι om. Hg. — 28) *ημοσθενης* B. — 29) *Ὑπερίδης* Cr. — 30) *αισχινης* B: *Αἰσχίνης* V. — 31) *ἴσαιος* B: *Ἴσαιος* V. — 32) *Ἀντιφών* V.

ϛ XII. *Ἐλεγείων ποιηταί·* *Καλλῖνος*[1]), *Μίμνερμος*[2]), *Φιλητᾶς*[3]), *Καλλίμαχος*[4]).

ϛ XIII. *Λυρικοὶ* $\overline{\vartheta}$[5])· *Ἀλκμάν*[6]), *Ἀλκαῖος*, *Σαπφώ*[7]), *Στησίχορος*[8]), *Πίνδαρος*, *Βακχυλίδης*[9]), *Ἴβυκος*[10]), *Ἀνακρέων*, *Σιμωνίδης*.

ζ XIV. *Ἱστορικοὶ* $\overline{\iota}$[11])· *Θουκυδίδης*, *Ἡρόδοτος*[12]), *Ξενοφῶν*[13]), *Φίλιστος*[14]), *Θεόπομπος*, *Ἔφορος*, *Ἀναξιμένης*[15]), *Καλλισθένης*[16]), *Ἑλληνικός*[17]), *Πολύβιος*.

Qui vero harum tabularum indolem inspicit, primo obtutu cum Steffeno, qui brevissime minimeque accurate de hac re (l. l. p. 9—10) disseruit, intelleget et tab. M et tab. C e duabus diversissimis partibus compositam esse et ita quidem, ut tab. M prior atque certo multo antiquior (I—VIII) cum particula posteriore tab. C (VII—X. XII. XIII. XI. XIV) omnibus fere locis consentiat, alteri tab. M parti (IX—XVI) cum tab. C priore tantum affinitas quaedam intercedat. In tab. C enim paragraphi XI—XIII. XV omnes desunt et in § XVI catalogus commentatorum Aristotelis non invenitur. Contra in tab. C § III oratores novem vel decem (v. p. 11) enumerantur raro ordine dispositi et § IV scriptores historici ii, quorum plurimi prorsus ignoti sine dubio recentissimorum temporum Byzantinorum sint quique in tab. M non legantur. Et tab. M particula prior, quae summi momenti est, praesertim cum nullum Polybio

---

1) *καλλυνός* B: *Καλλινός* Cr.: *Κάλληνος* V. — 2) *μημενμνος* B teste Lg., Cr. teste *μήμεμνος*: *μήμερμνος* V teste Gr. (*Μήμερμος* Hg.) — 3) *φιλιτας* B: *Φιλίτας* Cr., V. — 4) *αλλιμαχοσ* B. — 5) $\overline{\vartheta}$ om. Cr. et St. — 6) *λκμαν* B: *Ἀλημάν* V. — 7) *σαμφῶ* B: V Gr. teste *σαμφώ* (*Σαπφὼ* Hg.). — 8) Lg. teste B *ξϊυσϊχωροσ*, *στιωσίχωρος* teste Cr.: *Στησίχωρος* V. — 9) *βακχυμδησ* B. — 10) *βῦκος* B. — 11) $\overline{\iota}$ om. V. — 12) *ηρωδοτος* B.: *Ἡρώδοτος* Cr., V. — 13) *Ξενοφάν* Cr.: Gr. teste V *Ξενοφών* (*Ξενοφῶν* Hg.). — 14) *Φίλιστος* Us.: *Φίλιππος* c. codd. editt. — 15) *ανεξιμενης* B. — 16) *καλλιστενης* B: *Καλλισθενὴς* V. — 17) *ἐλληνικός* B Lg. teste, teste Us. *ἑλληνικός*: *Ἑλληνικός* Cr.: *Ἑλλάνικος* Lg. et Us.: *Ἑλληνικὸς* V; mihi nomen valde suspectum est.

aetate inferiorem scriptorem contineat, eo a simili tab. C discernitur, quod non quinque poetas epicos, sed Panyaside omisso tantum quattuor praebet, item quattuor tantum recentioris comoediae poetas Apollodoro (a B solo) neglecto. Praeterea compluribus particulis transmutatis ab tab. M tab. C differt, quod mediae recentiorisque comoediae poetae falso inter iambographos et poetas tragicos atque oratorum index inter comicos poetas et elegiacos interponantur. Postremo et in grammaticorum et in medicorum tab. M catalogo (X et XIV) compluria nomina, quibus tab. C (II et V) caret, insunt; sed de his indicibus postea plenius nobis disputandum erit. Quod denique ad codicem V primum a nobis adhibitum attinet, apographum tab. C ille agnoscitur. Nam praeter multas lectiones laude dignas id solum maioris momenti est, quod V ut tab. M quintum poetis novae comoediae Apollodorum addit.

Interpretanti autem summam difficultatem atque mea quidem sententia paene tollendam tab. M § IX et tab. C § I afferunt, ubi poetae diversissimi sub inscriptione *ὅσοι διὰ στίχων καὶ ἰάμβων* enumerantur. Hoc unum constare mihi videtur, in harum particularum archetypo duas columnas fuisse, quarum altera poetas *ὅσοι διὰ στίχων*, altera eos *ὅσοι διὰ ἰάμβων* scripserint, complexa sit. Sed num archetypus ille ea forma ipsa, quam Lagarde l. l. sibi refinxit, fuerit, mihi certum omnino non est. Immo vero nomina illa sine ulla ratione ut ita dicam logica composita et nonnulla etiam interpolata esse mihi videntur. Sed ad hos indiculos illustrandos haud scio an adducere liceat monstruosam hanc poetarum tabellam, quam e commentarialo ab incerto Byzantii aevi scriptore[1]) compilato A Hilgard in dissertatione

1) Hilg. l. l. p. 23. sed IBekker „AG“ III (1821) 1162 habet eadem verba inscripta *διομήδους σχολιαστικοῦ εἰς τὴν διονυσίου πεχνην* (sic) h cum Ven. app. 11, 4. Vat. 1356 et 1751. Voss. 76.

(Heidelb. 1880) „de artis gramm. ab Dionysio Thr. compos. interpret. vet.“ inscripta (p. 25) edidit.

Ποιηταὶ δέ εἰσιν· Ὅμηρος, Ἀριστοφάνης, Θεόκριτος, Ἀλκαῖος[1]), *Πίνδαρος, Ἡσίοδος, Ἰσοκράτης, Εὐριπίδης, Θουκυδίδης*[2]), *Φωκυλίδης καὶ οἱ λοιποὶ δὲ πάντες ποιηταί· . . .*

At multo melius nostrae causae alius catalogi prima particula proderit, qui propter alias quoque res notatu dignus, sed adhuc genuina forma nondum editus est. Prima huius laterculi mentio fit apud Ignat. Hardtium in cat. codd. mss. biblioth. reg. Bavar. I, 3 (1806) p. 77—78, qui nil nisi tria prima nomina et ultimum descripsit. Deinde JHergenroether „Photius, Patriarch von Constantinopel“ III (1869) 257 adn. 38 hunc catalogum minime accurate nominibus in linguam Germanicam versis protulit. Quem nunc primum genuina forma e codice Monacensi 256, chart., 4⁰, saec. XIV, fol. 143 a b publici iuris faciamus ex apographo accuratissimo a bibliotheca et aulica et publica Monacensi summa cum liberalitate nobis misso atque breviter explanemus.

Ἐκλογὴ καὶ σύγκρισις[3]) *ποιητῶν, ῥητόρων, φιλοσόφων καὶ θεολόγων κατὰ δωδεκάδας.*

I. <*Ποιηταί·*>[4]) *Ὅμηρος*[5]), *Πίνδαρος, Ἡσίοδος, Θεόκριτος, Διονύσιος ὁ περιηγητής*[6]), *Ὀππιανός, Ἄρατος, Μουσαῖος, Αἰσχύλος*[7]), *Σοφοκλῆς*[8]), *Εὐριπίδης, Ἀριστοφάνης.*

II. *Ῥήτορες· Δημοσθένης, Ἀριστείδης, Θουκυδίδης, Ἰσοκράτης, Δίων, Λιβάνιος, Ἑρμογένης, Ἀφθόνιος, Αἰσχίνης*[9]), *Πολύβιος, Ξενοφῶν, Ἡρόδοτος.*

---

1) *Ἀληκμαῖος* L: *Ἀλκμαῖος* H, R: fort. *Ἀλκμάν, Ἀλκαῖος*, sed tum undecim (!) nomina legerentur, quod probabile esse mihi non videtur. — 2) *Θέογνις* dubito an restituendum sit. — 3) *συγκρίσεις* Hardt. — 4) *Ποιηταί* om. cod. — 5) singulis quattuor partium nominibus numeri Graeci $\overline{\alpha}$—$\overline{\iota\beta}$ appositi sunt. — 6) Dionysius, Periegates mirum in modum Hergenroether. — 7) *Αἴσχυλος* cod. — 8) *Σοφοκλὴς* cod. — 9) *Αἰσχύνης* cod.

III. *Φιλόσοφοι·* *Ἀριστοτέλης, Πλάτων, Πυθαγόρας, Πλωτῖνος*[1], *Πτολεμαῖος ὁ Κλαύδιος, Εὐκλείδης, Κλεομήδης, Διόφαντος*[2], *Δαμάσκιος, Πρόκλος, Ἐπίκτητος, Συνέσιος.*

IV. *Θεολόγοι·* *Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, Ἀθανάσιος ὁ μέγας, Βασίλειος ὁ μέγας, Γρηγόριος ὁ θεολόγος, Ἰωάννης ὁ χρυσόστομος, Γρηγόριος ὁ Νύσσης, Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, Μάξιμος ὁ ὁμολογητής*[3], *Γρηγόριος ὁ θαυματουργός*[4], *Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος καὶ μάρτυς, Γρηγόριος ὁ διάλογος*[5] *καὶ Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός*[6].

Quamvis hic catalogus non summi momenti sit ad litterarum Graecarum historiam melius cognoscendam, tamen non prorsus contemnendus esse mihi videtur, quia solus omnium, quos noverim, *κατὰ δωδεκάδας* dispositus nobis ostendit, qui posterioribus Byzantinorum temporibus optimi poetae, oratores, philosophi, theologi aestimati sint. Quod primum ad duodenarium numerum attinet, Byzantinorum aetate numerum illum ob eam rem libenter saepissimeque adhibitum esse inter omnes constat, quod Jesus Christus duodecim ipsos apostolos dimisit. Cum dein, qui in indice nostro recentissimus nominatur, Ioannes Damascenus, octavo p. Chr. n. saeculo vixerit et codex noster decimo quarto exaratus sit, laterculus post Ioannem Damascenum et ante decimum quintum saeculum, m. qu. sent. tempore propius secundo termino accedente confectus est. Ut de paucis singulis agamus, primum eo, quod in oratorum numero historicos quoque scriptores collocatos videmus, nemo offendatur. Byzantinorum enim more id fieri solet, ut Psellus[7] inter *ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμηκότας* Thucydidem et Herodotum enumerat;

1) incip. fol. 143b. — 2) *Διόφαντος* ego: *Διοφάντης* cod.: Diophantes Hg. — 3) Maximus Confessor Hg. — 4) Gregor von Neocäsarea Hg. — 5) *διάγογος* (? *διάλογος*?) apogr. meum: Gregorius Dialogus Hg. — 6) *δαμασηνὸς* Hardt. — 7) v. Pselli orat. ex tempore ad Pothum Vestarcham hab., quam e cod. Bodl. 189 fol. 195 ed. Coxe in Cat. codd. mss. bibl. Bodl. I (1853) p. 743.

atque etiam philosophi in oratoribus ducuntur ab anonymo *περὶ τοῦ τελείου λόγου*[1]), qui *ἀκροτάτους τοὺς τέσσαρας* (sc. *ῥήτορας*) Demosthenem, Aristidem, theologum (i. e. Gregorium Naziancenum), Psellum appellat. Item inter philosophos diversissimos etiam astronomos astrologosve et mathematicos scriptores legi minime est mirum. Sed in theologorum indice nomen *Γρηγόριος ὁ διάγογος* multum difficultatis praebet, cum et *διάγογος* cognomen Graecum, quantum scio, nusquam inveniatur et Gregorii ipsi innumeri paene vixerint posterioribus temporibus. Quare in *διάγογος* corruptelam inesse constare mihi videtur. Primum *διάγογος* in *διάκονος* non graviter commutandum esse conieceram. Nam praeter Gregorium hagiographum Armenium et diaconum in monasterio, quod Atom vocabatur, qui nono p. Chr. n. saeculo floruit[2]), etiam Gregorium quendam, cui cognomen diaconus seu referendarius erat et qui decimo p. Chr. n. saeculo fortasse vivens *ἐγκώμιον* in Demetrium sacrum[3]) scripsit, novimus. At Hergenroether nullo verbo addito Gregorium Dialogum scripsit quasi certum atque clarissimum. Equidem vero Dialogum cognomen apud nullum scriptorem invenire potui: sed nomen proprium, philosophi ut videtur et commenticium, in duobus Anth. Pal. epigrammatibus[4]) legitur. Cum Gregorium ullum Dialogum cognominatum nusquam, neque in Wetzeri et Welteri „Kirchenlexikon" ² V (1888) neque in Herzogi et Plittii „Real-Encyklop. f. protest. Theologie u. Kirchengesch." V (1879), laudatum repperissem, in altera editione libri Krumbacheriani nuper in lucem prolata[5]) A Ehrhard Gregorii Magni, primi papae (590—604), dialogos a Zacharia, qui 741—752 in Petri sella

1) ed. Bekker „AG" III (1821) 1080—1082 et Ch Walz „RhGr" III 572—574. — 2) cf. PhHKuelb in Erschii et Gruberi „allgem. Encyklop." I Sect. 90 (1871) 1. — 3) ed. Theophilos Joannu in „*Μνημεῖα ἁγιολογικά*" (1884) 54—66. cfr. Kuelb l. l. I S. 89 (1869) 421 et Krumbacher Gesch. d. byz. Litt. ²(1897) § 81, 10 — 4) app. 2,262 *α. β.* cf. CIG I nr. 938. — 5) GdBL § 87,3.

sedit, in Graecam linguam transversos[1]) Gregoriumque ipsum Dialogi cognomine ornatum esse contendit. Etsi Ehrhard locos, qui hanc rem demonstrent, afferre omisit, tamen Hergenroetherum secuti in nostro indice Gregorium, papam primum, nominatum esse existimemus. Quod vero ad cognominis formam inusitatam attinet, hoc nomen similiter fictum omnes dubitationes expellet. Apud Suetonium[2]) enim est: „Hyginus . . . imitatus est Cornelium Alexandrum, quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi, quidam Historiam vocabant.“

Si nunc quaerimus, quo consilio quaque ratione is, qui hunc catalogum quadruplicem confecerit, usus sit, equidem certum consilium intellegi posse nego, praesertim cum certus ordo vel litterarum vel aetatum non sit adhibitus. Tantum hoc concedendum esse existimo, numerum quaternarium in indiculis constituendis momenti cuiusdam fuisse. Nam in primo indice quattuor nomina ultima, tres illi poetae tragici et comicorum poetarum princeps, dilucide ab aliis secernuntur. Deinde in altero rhetorum catalogo quattuor sophistarum nomina, quae in medio sunt, e ceteris eminent. Non minus in tertia philosophorum tabella quattuor mathematicorum nomina item medium tenentia evidenter ab aliis seiunguntur. Denique in theologorum indice prima bis quattuor nomina ordine aetatis severe fere servato leguntur, cum ultima quattuor nomina eo, ut duodenarius numerus perficiatur, adiecta esse mihi videantur. Ceterum omnes conatus transmutationibus nominum aliisque commutationibus gravioribus certi ordinis restituendi m. qu. sent. a limine reiciendi sunt. Immo potius in eo nobis acquiescendum est, tabulam nostram quadruplicem, solam adhuc *κατὰ δωδεκάδας* constitutam, ut *κρίσεως* Byzantinae documentum non contemnendum esse.

1) lat. et gr. in Mignei „Patrolog. Lat.“ LXXVII (1849) 149—430. — 2) de gramm. c. 20 p. 115 Rff.

II.

Postquam hos tres indices magnos e Byzantinorum temporibus servatos recensuimus, ad controversiam difficillimam accedamus, num et quo modo nostrae poetarum scriptorumque tabellae censura illa Alexandrinorum aut aliorum grammaticorum contineantur atque qua auctoritate usae in antiquitate ipsa pervulgatae fuerint. Qua in re tractanda ordinem singulorum generum in tab. M bene adhibitum sequemur et ea, quae iam Steffen l. l. recte m. qu. sent. atque satis accurate dixit, nimirum non repetemus.

1.

At incipiendum nobis est a poetis illis, qui apud omnes nationes omnium primi fuerint, ab **epicis poetis.** Horum vero censum ab Aristarcho atque Aristophane, poetarum iudicibus, datum esse, in cuius numerum neminem sui temporis ut ne Apollonium quidem redegerint, Quintiliano teste (X 1, 54) inter omnes constat. Sed quos et quot poetas grammatici illi elegerint, neque Quintilianus neque alius quisquam nobis tradidit. Quam ob rem hac quaestione nunc quidem in medio relicta potius de pentade epicorum poetarum certa quam brevissime disseremus. Omnia pentadis illius testimonia[1]) inter se plane

---

1) Pentadis epicae testimonia secundum aetatem disposita, quorum singulis nominum ordo adiectus est, sunt haec: Procl. chrest. in R Westphali „script. metr. Gr.“ I (1866) 230 duobus locis *τοῦ ἔπους ποιηταὶ κράτιστοι* et *ἐπῶν π. κρ.* (Homerus, Hesiodus, Pisander, Panyassis, Antimachus); Andronic. *περὶ τάξεως ποιητῶν* in Bekkeri „AG“ III (1821) 1461 *π. ἀπροσδιόριστοι κατ' ἐξοχήν* (Ho. A. Pa. Pi. He.); tab. M I = tab. C VII *π.* (Ho. He. Pi. Pa. A.); Io. Tzetz. introd. in Hesiod. in „poet. min. Gr.“ II (1823) 13—14 Gaisf. *π. ἀνωνύμως κ. κατ' ἐξοχήν.* (Ho. A. Pa. Pi. He.); (Is. seu potius) Io. Tzetz. (cf. Krumbacher GdBL² § 219, 9) proleg. in poet. ed. MChGMueller „schol. in Lycophr.“ I (1811) 251 *ὀνομαστοὶ π.* (Ho. He. Pa. A. Pi.); Io. Tzetz. (cf. Krumb. l. l. § 219, 10) schol. in Opp. Hal. ed. U Cats Bussemaker (1849) 260 *π. κυρίως κατ' ἐξοχήν* (Ho. He. A. Pi. Pa.); Io. Tzetz. *στίχοι περὶ διαφορᾶς ποιη-*

consentientia hos quinque poetas quamquam non eodem ordine enumerant, Homerum Hesiodum Pisandrum Panyasin Antimachum. Etsi vero apud Proclum prima poetarum epicorum pentadis mentio invenitur, tamen eius auctorem quoque Proclum fuisse non pro certo habeo. Sed canonem Alexandrinum quem vocant quinque illos poetas complexum esse, ob eam causam non verisimile esse puto, quod et Quintilianus (X 1, 56), qui compluries Alexandrinorum grammaticorum censum respicit, Pisandrum tantum obiter laudat et quod in Dionysi Hal. de imitatione librorum epitoma nomen Pisandri omnino deest. Quae cum ita sint, posterioribus temporibus, ut testimonia docent, pentas nostra in multorum oribus et usu fuit. Nam ut in tab. C Panyassis non reperiatur, e librarii mendo factum esse cum Steffeno (p. 32) arbitror. Quam libenter numerum quinquenarium ipsum in poetis elegendis Byzantini adhibuerint, his quoque rebus demonstrari mihi videtur. Ut Is. Tzetzes in tractatu *περὶ Πινδαρικῶν μέτρων* inscripto[1]) exempla poetarum, qui *κατὰ στίχον* scripserunt, hos quinque, Homerum Lycophronem Theocritum Oppianum Dionysium (i. e. Periegetam), praebet et Anonymus ille *περὶ τοῦ τελείου λόγου* supra iam laudatus (p. 17 adn. 1) duobus locis (p. 574 W; 1082 B) *ἀρχέτυπα ἐν τοῖς ἡρῴοις ποιήμασιν* Homerum Oppianum Periegetam Tryphiodorum Musaeum commendat. Atque idem scriptor *ἀρχέτυπα εἰς ἐπιστολὰς* rursus quinque ipsos, Gregorium Magnum, Gregorium Nyssaeum, Synesium, Libanium, Psellum enumerat et postea Leucippen, Charicleam, Lucianum, Syn-

των ed. Cramer „AGOx." III (1836) 340 *ποιητικὸν πᾶν ἀνωνύμως· . . . πεντάς* (Ho. He. Pa. Pi. A.); Anonym. *περὶ ποιητῶν καὶ τῶν αὐτῶν ποιημάτων* e cod. Gr. Cambr. Bd. XI 70^2 (15) fol. 79 saec. XV. ed. in „ACat. of the mss. preserved in the library of the university of Cambridge" (1856) 462 *κατ' ἐξοχὴν π.* = cod. Mutinens. III C 14 misc. saec. XV. ed. G Studemund in „Philolog." XLVI (1888) 18 adn. 14 *κατ' ἐξοχὴν λεγόμενοι π.* (Pa. Pi. A. Ho. He.). — 1) ed. Cramer „APG" I (1839) 60. —

esium, Alciphronis epistulas proponit.[1]) Denique in transcursu commemorare nobis liceat, hominum, qui in aliquo poeseos genere minore carmina fecere, indiculos, interdum ut videtur certos, apud nonnullos legi. Exempli gratia eadem bucolicorum poetarum trias, qua hodie quoque utimur, Theocritus Moschus Bion, hoc ordine a Suida i. vv. *Θεόκριτος* et *Μόσχος* nominatur.[2]) Dein duae diversae poetarum tabellae, qui *φαινόμενα* scripserunt[3]), in Arati vitis sunt. Et denique *ἐποποιοὺς ἁλιευτικὰ γεγραφότας* Athenaeus I 22 enumerat. Haec de poetarum epicorum indicibus.

Ad **iambographos** progressi hic quaestionis firmissimum fundamentum invenimus. Quin enim tres ipsi scriptores iamborum Graeci ab Alexandrinis grammaticis in canonem recepti sint, Quintiliani testimonio (X 1, 59) dubium esse nemini potest, sed Archilochi, iudicio Aristarchi ad ἕξιν maxime pertinentis, solius nomen ab auctore nostro comperimus. Cum vero complures non incerti scriptores[4]) cum tabb. M et C consentientes optimos clarissimosque iambographos Archilochum Semonidem Hipponactem enumerent, hos tres iam a grammaticis Alexandrinis vel certe ab Aristarcho[5]) in ordinem compositos esse, equidem persuasum paene habeo. At momenti cuiusdam quamquam non magni apud Io. Tzetzam locus (schol. in Lycophr. I 254) est, quo primus e tribus *ἀριπρεπέσι ἰαμβογράφοις* Semonidis loco *Ἀνανίας* appellatur; sequuntur ut alibi Archilochus Hipponax. Cum Ananiae nomen apud

1) cf. Photii epist. Amphilochio metropolitae Cyzici ed. R Hercher ‚Epistologr. Gr.“ (1873) 16. — 2) v. Diomed. GL I 487, 8—10 K. — 3) in Westerm. *Βιογρ.* (1845) 55. 57 cf. p. VIII; v. etiam Diomed. l. l. p. 483, 2—3. — 4) voll. Herculan. coll. II. Vol. IV (1864) p. 201 col. 105 (A. H. S.); Lucian. pseudol. c. 2 (A. S. H.); Procl. l. l. p. 243 (A. S. H.); tab. M II = tab. C VII (S. A. H.). — 5) cfr. Steffen p. 45, qui *ὑπέρσκεψιν* quandam ostentat.

Hebraeos solos usitatum[1]) atque semel tantum Macedonum regi inditum sit, de qua re infra disseretur, facillima coniectura *Ἀνάνιος* pro *Ἀνανίας* ante pedes iacet, et hoc viri docti contenti fuerunt. Sed explicandum vel explicare conandum erat, cur Tzetza Ananium inter optimos iamborum scriptores posuerit. Nam Ananius minime clarus celeberque sed certe mediocris poeta[2]) fuit. Quin etiam B ten Brink[3]) Ananium poetam fuisse negavit, cum Hipponactem ficto Ananii nomine hominem gulae deditum perstrinxisse contenderet. Quamquam haec sententia iam diu optimo iure repulsa est, tamen equidem, quia in eo, quod Tzetzae catalogus praestantissimorum iambographorum notissimi Semonidis loco Ananium poetam multo ignotiorem praebet, valde offendo, putem, Ioannem nostrum hoc, ut aliis quoque locis non perraro, vehementer errasse. Atque corruptelam illam ex his Procli verbis (l. l. p. 243), quo auctore Tzetza saepius usus esse mihi videtur, fluxisse coniciam: *ἰάμβων δὲ ποιηταὶ Ἀρχίλοχός τε . . . καὶ Σημωνίδης . . . καὶ Ἱππῶναξ . .· ὧν ὁ μὲν πρῶτος ἐπὶ Γύγου, ὁ δὲ* (i. e. Semonides) *ἐπ Ἀνανίου τοῦ Μακεδόνος, ὁ δὲ Ἱππῶναξ κατὰ Δαρεῖον ἤκμαζεν.* Ananius aut Ananias hic rex Macedonum nominatus apud alium auctorem non legitur[4]), quare viri docti nomen corruptum esse rati varias coniecturas protulerunt. Ut F Sylburg pro *Ἀνανίου* *Ἀμύντου*, Clinton et ten Brink *Ἀργαίου* proposuerunt et ERohde in celeberrima commentatione „*Γέγονε* in den biographica des Suidas“ inscripta[5]) haec dixit: „Vielleicht darf man sogar ver-

1) Strab. ap. Joseph. VIII 10 saepiusque; Joseph. ips. X 188. XI 118 et saep.; act. apost. 5, 1. — 2) perpauca fragm. coll. Th Bergk „PLG“ 4II (1882) 501—503. — 3) in „Philolog.“ XIII (1858) 607. — 4) In A de Gutschmidii commentat. „die makedonische Anagraphe“ inscripta de Ananio Macedonum rege quidquam invenire non potui. [Symb. philol. Bonn. in hon. F Ritschelii coll. (1864) 101—134 = Kl. Schr. v. A v Gutschmid hrsg. v. FRuehl IV (1893) 33 sqq.] — 5) „Mus. Rhen.“ NS XXXIII (1878) 197 adn. 1.

muten, dass durch völlige Zerrüttung der Ueberlieferung des Proclus (b. Phot.) oder durch irgend eine arge Nachlässigkeit des Photius selbst der Jambograph Ananius, dessen Proclus in der Aufzählung der berühmtesten Jambographen so gut gedenken konnte wie etwa Tzetzes (proleg. ad Lyc. p. 254 M), zu einem Könige von Macedonien geworden ist, wozu die Namensnennung irgend eines solchen Königs in der Nachbarschaft Anlass geben konnte." Cum haec Rohdii sententia O Crusio[1]) probetur, equidem contrarium fere probabile esse existimo. Quid impedit nos, quaero, quominus veteri cuidam Macedonum regi nomen Ananii aut Ananiae fuisse putemus, cum praesertim de antiquiore Macedonum historia perpauca sciamus? Nihil mea quidem sententia. Ergo Tzetzam, Proclo Photioque multo stultiorem, summa neglegentia Procli locum falso comprehendentem duo nomina (ὁ δὲ i. e. *Σημωνίδης . . . ἐπ᾽ Ἀνανίου ἤκμαζεν*) commutasse et e genitivo *Ἀνανίου Ἀνανίας* nominativum factum, cum exitus *ας* eius aetate multo tritior esset quam *ος*, in praestantissimorum iambographorum catalogum inseruisse coniciam. Ceterum Tzetzae ipsi, qui iamborum scriptores legisse non videatur[2]), Ananias poeta fortasse suspiciosus factus est, cum ut Diomedes (G L I 485 K) in opusculo politicis versibus composito et *στίχοι περὶ διαφορᾶς ποιητῶν* inscripto tantum Archilochum Hipponactemque *ἰαμβογράφους γλωττοτοξότας* commendet. Sed utut est, apud Graecos Archilochum Semonidem Hipponactem omnibus fere temporibus[3]) praestantissimos iamborum scriptores aestimatos esse, equidem persuasum habeo. Similiter tres Romanos quoque iambographos, Catullum Bibaculum Horatium in triadem Quintilianus (X 1, 96) comprehendit,

1) Pauly-Wissowa RE d. kl. Altertumsw. I (1894) col. 2057. — 2) cf. Krumb. GdBL²p. 236. — 3) nimiam enim auctoritatem m. qu. sent. Steffen (p. 34) Plinio (epist. IV 3, 3), qui Heroden vel Herondam iambographorum principem celebrat, attribuit.

quibus Diomedes (l. l. p. 485, 16. 17 K) non bene Lucilium anteposuit, quem carminum minimam tantum partem iambicis septenariis composuisse notum est[1]). Et e satiricis poetis cum iamborum scriptoribus intimis affinitatis vinculis coniunctis Quintilianus idem (X 1, 93. 94) tres, Lucilium Horatium Persium, elegit, quos eodem ordine Diomedes (l. l.) repetiit, cum apud Graecos satirarum poeta solus Pratinas ab Io. Tzetza[2]) nominetur.

Si nunc ad **tragicos poetas** transeuntes quaerimus, utrum index in tabb. M et C traditus, in quo Aeschylus Sophocles Euripides Ion Achaeus praestantissimi tragoediarum scriptores praedicantur, apud veteres multum valuerit necne, cun Steffeno (p. 39) huius normae ne umbram quidem captari posse contendo. Hoc tantum adiciam, apud Io. Tzetzam (prol. in Lyc. p. 256 M) illos quinque poetas tabularum ordine servato sed Arione Thespide Phrynicho in capite agglutinatis praeter *ἑτέρους μυρίους νέους τραγῳδοὺς ποιητὰς* enumerari, cum idem Tzetza in *στίχοις π. διαφορᾶς ποιητῶν* (p. 337,5 sqq. Cr.) *τραγῳδίας τοὺς διδασκάλους* eosdem sed primo nomine Arione omisso repetat. Contra a plurimis vel cunctis fere[3]) auctoribus antiquis optimi artis tragicae principes hi tres soli, Aeschylus Sophocles Euripides, laudantur[4]). Hos vero poetas tragicos primum ex Alexandrinorum illorum gramma-

1) cf. WSTeuffelii „Gesch. d. Röm. Litt.“[5] (1890) § 143, 4. — 2) prol. i. Lyc. p. 257 M et *στ. π. δ. π.* p. 337, 9 Cr. — 3) duos tantum, Sophoclem Euripidem, Mar. Vict. GL VI 50 K et Euripidem Sophoclem Paus. I 21, 1 nominat. — 4) quod hi loci testentur: Aristoph. ran. 1413. 1518. 1519; Heraclid. Heracl. ap. Diog. Laert. V 88; Cic. de orat. III 7, 27; Dionys. Hal. de imit. libr. epit. p. 422—423 R; Vell. Paterc. I 16; Quint. X 1, 66. 67; Dio Chrys. or. LII p. 548 M; Plut. de glor. Athen. c. 5 p. 348 D (E. S. A.); Ps.-Plut. vitt. X oratt. p. 841 F; Aristid. or. L. II 559—560 G Dind. (S. A. E.); Phrynich. ap. Phot. bibl. cod. 158 p. 101b B; Diomed. s. Melamp. schol. in Dionys. Thr. art. gramm. ed. Bekker „AG“ II 746 (E. S. A.); Andronic. l. l. p. 1461; Io. Tzetz. introd. in Hes. l. l. p. 13.

ticorum censura praestantissimos commendatos esse, omnino non putandum est. Multo prioribus enim aetatibus Aeschylus Sophocles Euripides tragoediarum scriptorum exempla in omnium ore erant, quod, ut Steffen (p. 40) recte admonet, Lycurgi notissima lege, qua praescriberetur, ut poetarum illorum aureae imagines in magno Dionysi theatro ponerentur, demonstratur. Item ante hoc tempus Heraclides Heracleota Laertio Diogene (V 88) teste *περὶ τῶν τριῶν τραγῳδοποιῶν*, quos Aeschylum Sophoclem Euripidem fuisse nemo dubitarit, complures libros scripsit. Quin etiam m. qu. sent. iam Aristophanes, comicorum poetarum princeps et illorum tragicorum fere aequalis, triadem nostram tragicam in fabula *Βάτραχοι* inscripta implicite primus constituit, quod exempli gratia e his versibus effici mihi videtur (1413. 1518. 1519):

(*Διόνυσος*) *τόν μὲν* (i. e. *Αἰσχύλον*) *γὰρ ἡγοῦμαι σοφόν, τῷ* (*Εὐριπίδει* sc.) *δ' ἥδομαι. . . .*

(*Αἰσχύλος*) *τοῦτον* (i. e. *Σοφοκλέα*) *γὰρ ἐγὼ σοφίᾳ κρίνω δεύτερον εἶναι.*

Cum igitur res ita se habeant, equidem in tabb. M et C tantum de hac causa, ut pentadi epicae tragica pentas opponatur, tribus magnis tragoediae poetis Ionem et Achaeum additos esse existimo. Quod vero interdum apud nonnullos auctores, ut apud Athenaeum (I 39), vitae Aeschyli ($\overline{\alpha}$) scriptorem (Westerm. *Βιογρ.* p. 122), Horatium (epist. II 1, 161—163), alia tragoediarum scriptorum nomina leguntur, momenti ullius esse nego. Et apud Romanos similiter atque apud Graecos tres e poetarum tragicorum multitudine optimos esse electos neque demonstrari posse neque verisimile esse censeo, quamquam Ciceronem (de orat. III 7, 27) tres ipsos, Ennium Pacuvium Accium, cum Graecis illis tribus poetis comparare concedo. At praeter hos tragoediarum scriptores Graecos *τῆς πρώτης τάξεως*, ut ita dicam, alius poetarum tragicorum delec-

tus sub πλειάδος nomine poetico notus est. Septem enim viri, qui singulis caeli signi illius celeberrimi astris similes Ptolemaeo Philadelpho regnante tragoedias scripserunt, pulcherrimo illo titulo certe ante Strabonem, qui primus (XIV 15) pliadis tragicae mentionem facit, coniuncti sunt; sed iam inde, quod eorum nomina maxime inconstanter enumerantur[1]), pliadem illam minime certam normam fuisse intellegendum est. Vero optime sensisse mihi quoque ut Steffeno (p. 39) videtur GBernhardy, cum (in hist. litt. Gr.[3] II 2 (1872) p. 72) de πλειάδος notione dicat: „Dieser figürliche Titel verrät mehr einen epigrammatischen Witz als den nüchternen Gebrauch der Grammatiker, und weit eher begreift man, dass ein ehrsüchtiges Zeitalter das Zusammentreffen mehrerer Bühnendichter als einen Lichtpunkt bezeichnete.“ Ut vero pliadis tragicae poetae in canonem Alexandrinum reciperentur, propterea fieri non potuit, quod, ut supra iam saepius commemoratum est, Aristophanes et Aristarchus sui temporis neminem in censum admiserunt.

Non magis quam tragicorum poetarum pentas **poetarum comicorum** heptas in tabb. M et C nobis servata, quae Epicharmum Cratinum Eupolin Aristophanem Pherecratem Craten Platonem complectitur, per antiquitatem pervulgata fuit. Nusquam[2]) enim septem illorum ne levissimum qui-

1) schol. A. in Hephaest. c. 9, 11 ed. Westphal „script. metr. Gr.“ I 181. 182: Alexander, Dionysiades aut Aiantiades, Euphronius aut Sosiphanes, Homerus iun., Lycophro, Philiscus, Sositheus; schol. in Theocr. ed. Ahrens „bucol. Gr. rell.“ II 2 = Io. Tzetz. prol. i. Lyc. p. 263—264 M: Aratus, Aiantiades aut Apollonius, Nicander, Homerus iun., Lycophro, Philiscus, Theocritus.: in summa tredecim diversi poetae nominantur. — Commemoratur vero plias etiam a Suida i. vv. Ἀλέξανδρος Αἰτωλός, Διονυσιάδης, Λυκόφρων, Ὅμηρος, Σωσίθεος, Σωσιφάνης, Φιλίσκος, Σοφοκλῆς (!) et ab Eustath. in comm. in Od. V 272. — 2) Uno loco solo, apud anon. περὶ κωμῳδίας in „schol. Gr. in Aristoph.“ ed. FDuebner (III) p. XIV, similitudinem minimam videmus, quo hi septem, Magnes Cratinus

dem vestigium invenire potui. E contrario ternarius numerus atque in tragicis perinde in comicis poetis elegendis summi momenti est. Nam apud permultos auctores antiquos[1]) hi tres, Aristophanes Cratinus Eupolis, praestantissimi comoediarum scriptores laudantur. Si interdum pro alio alium poetam substitui concedatur, tamen numerus ternarius plerumque[2]) retinetur[3]). Ceterum, cum unus e magna poetarum comicorum turba quasi omnium princeps nominandus sit, mirum in modum multo saepius quam Aristophanes, qui nobis iudicibus in artis comicae summum cacumen evasit, Menander praedicatur, quem posterioribus temporibus non raro cum Homero comparatum videmus[4]). Postremo commemoretur, τῶν τῆς

Crates Pherecrates Phrynichus Eupolis Aristaphanes enumerantur, quibus, quin primum GDindorf recte Epicharmum anteposuerit, valde dubito. — 1) apud hos dico: Horat. sat. I 4, 1—2 (E. C. A.); Ps. — Dionys. Hal. ars rhet. 8, 11 p. 302 R (C. A. E.); Vell. Paterc. I 16 (C. A. E.); Quint. X 1, 66 (A. E. C.); Pers. 1, 123—125 c. schol. (C. E. A. et C. A. E.); Platonius *π. διαφορᾶς κωμῳδιῶν* ed. Duebner l. l. (I) p. XIII (A. C. E. bis); Euanth. et Donat. comm. de comoed. rec. AReifferscheid ind. schol. Vratisl. (1874—1875) p. 4 (E. C. A.); Mar. Vict. GL VI 78 K (E. C. A.); Diomed. GL I 488 K (A. E. C.); Diomed. s. Melamp. schol. in Dionys. Thr. ed. Bekker l. l. p. 749 (C. E. A.); Andronic. l. l. (A. C. E.); vit. Aristoph. in Westerm. *Βιογρ.* (α̅) p. 155. 157 (A. C. E.); Anon. *π. κωμῳδίας* ed. Duebner l. l. (IXa) p. XVII (A. E. C.). — 2) duo tantum ap. Pers. l. l. (C. E.) et anon. *π. κωμ.* ed. Duebner l. l. (IV) p. XVI (A. E.) sed quattuor a Ps. - Dionys. Hal. in art. rhet. 11, 10 p. 413 R (A. C. E. Menander) nominantur. — 3) Aristoph. equitt. 518—520. 526. 537 (Magnes, Cratinus, Crates); Aristot. poet. c. 5 p. 1449b (Epicharmus, Phormis, Crates); Diomed. GL l. l. p. 488 (Susarion, Mullus (?), Magnes); Io. Tzetz. introd. in Hes. l. l. (Aristophanes, Eupolis, Pherecrates); Cod. Vat. Gr. 62 (R) saec. XVI. f. 108r ed. Studemund in „Philolog." XLVI (1888) 9 = ib. p. 3 (Susarion, Cratinus, Aristophanes); Aristophanes, Cratinus, Menander: Anon. *π. κ.* ed. Duebner l. l. (IXa) p. XVII (A. C. M. seu M. A. C.) = Diomed. s. Melamp. schol. l. l. p. 747 (M. A. C.) = Cod. Cantabrig. Dd. XI 70² (14) f. 76 saec. XV. ed. in „A Cat. of the mss. pres. in the libr. of the univers. of Cambridge" p. 462. 4) cuius rei documento pro multis hos locos affero: App. epigramm.

ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητῶν ὀνόματα (VII!) καὶ δράματα (ed. Duebner l. l. (VIII) p. XVII) non electus normaeque, sed solum catalogi a bibliothecario quodam facti formam prae se ferre mihi videri. Quae vero adhuc diximus, et de comicis Graecis communiter et de eis antiquae comoediae quae vocatur praecipue valet. Nunc paucis verbis de mediae et novae comoediae poetis nobis disserendum est: quam partitionem in antiquitate minime apud omnes pervulgatam fuisse, sed diversissimis rationibus poetas comicos inter aetates dispertiendi scriptores veteres usos esse referam[1]). In nostris tabulis duo, Antiphanes et Alexis Thurinus, mediae comoediae poetae nominantur, quod tantum in anonymi περὶ κωμῳδίας tractatu (ap. Dueb. l. l. (III) p. XIV) repperi et illo loco demum, postquam Dobraei[2]) coniectura Alexidis nomen Stephani traditi loco m. qu. sent. e libidine in textum impositum est. Contra a plerisque praeter Io. Tzetzam, qui (in στ. π. δ. π. p. 336, 26—337, 1 Cr.) sex enumerat, τῆς νέας κωμῳδίας ἄστρον Plato solus laudibus effertur. Atque Menander et Philemo in tabb. M et C cum ceteris electi apud alios quoque leguntur; sed quam vehementer auctorum sententiae in hac re discedant, haec tabella doceat:

II: Menander, Philemo:	Quint. X 1, 69. 72; vit. Aristoph. l. l. p. 157; Anon. π. κωμ. ed. Duebner l. l. (IX a) p. XIX; Io. Tzetz. proleg. in Aristoph. ed. FRitschl in opusc. I 203; Io. Tzetz. στ. π. δ. π. l. l. p. 337, 4. —
III: „ „	Philistio: Io. Tzetz. proleg. in poet. l. l. p. 257 M. —
III: „ „	Diphilus: Vell. Paterc. I 16; Mar. Vict. l. . p. 78 K; Diomed. l. l. p. 489 K. —

286 Jac. et S. Fulgentii episc. Ruspensis (cfr. Teuffel G d RL[5] § 480) vit. ed. Migne „Patrol. Lat." LXV (1847) col. 119. — 1) cfr. Steffen p. 42—44. — 2) non Meinckii, ut Steffen (p. 43) adnotavit.

IV: Menander, Philemo, Diphilus, Philippides: tab. C cod. B. —
IV: „ „ „ „ Apollodorus: tab. M; tab. C cod. V. —
VI: „ „ Diphilus, Philippides, Apollodorus, Posidippus: Anon. π. κ. ed. Duebner l. l. (III) p. XV. —

Quod dein attinet ad illam antiquae comoediae poetarum distinctionem, cuius vestigia apud Suidam i. vv. *Ἀριστομένης* et *Φρύνιχος* conservata a viris doctis diversissimo modo explanata sunt[1]), equidem A Meinekeo (FCGrI 211) plane assentior, qui veteres criticos poetas antiquae comoediae interdum in duas quasi classes dispescuisse existimavit, in antiquiores, qui ante bellum Peloponnesiacum inclaruissent, et sequiores, qui ipsis belli temporibus florerent. At Steffen (p. 43 adn. 28) in hoc valde admiratus offendit atque *τοὺς ἐπιδευτέρους* potius inferiores aetate intellegendos esse censuit. Sed m. qu. sent. non iure ac merito, cum praesertim distinctionem illam, in eos qui ante et eos qui post belli Peloponnesiaci tempora vixerint, in oratorum delectibus reperiamus. Et eadem partitione Dionysius Hal. quoque in historicis scriptoribus recensendis[2]) usus est. Denique num apud Romanos poetarum comicorum norma certa inveniatur, inquirentes census alicuius ne minimam ansam ita accipere possumus, ut Volcacii Sedigiti[3]) canonem illum, qui decem fabularum palliatarum scriptores mira ratione atque ad hunc diem nondum satis explicata compositos continet, silentio praetermittamus. Nam grammatici alicuius ludicrum et sine ulla auctoritate istum fuisse equidem persuasum paene habeo. Postremo commemoratum esse volo, cinaedologorum poetarum, qui argumento quamvis in deteriorem partem aberrante cum poetis comicis coniungi possint, complures catalogos partim inter se congruentes

1) cf. Suid. ed. Bernh. app. crit. i. v. Ἀριστομένης. — 2) de Thuc. iud. c. 5 p. 818. 819 R. — 3) cfr. Teuffel GdRL^5 § 147, 2.

apud Strabonem (XIV 41), Athenaeum (XIV 13), Suidam (i. v. Σωτάδης) legi. Sed illos maioris momenti non esse libenter concedo.

Persecuti vero tab. M compositionem ad **elegiacos poetas** venimus: quattuor poetas, qui et hic et in tab. C nominantur, Callinum Mimnermum Philetam Callimachum reperimus apud Proclum solum (chrest. l. l. p. 242). Hinc cum Ruhnkenio, ut Proclus poetarum elegiacorum delectum ab Alexandrinis petierit, efficere mihi quoque nimis audax vel potius prorsus perversum videtur esse, cum ubique de Aristarchi Aristophanisque elegiacorum poetarum censu ullo altissimum silentium teneatur. Quintilianus enim (X 1, 58) modo elegiae principem haberi Callimachum, secundas a plurimis Philetae delatas esse, memoriae tradidit. Et ab aliis minime inter se consentientibus diversi poetae exemplaria praebentur[1]). Quod vero ad Romanos attinet, ab Ovidio (trist. IV 10, 47—54) et Quintiliano (X 1, 93) eidem quattuor ipsi, Tibullus Propertius Ovidius Gallus enumerantur, cum Diomedes (l. l. p. 484 K) Ovidium in elegiarum praecipuorum scriptorum indiculo omiserit.

Restat nobis, ut de **lyricis poetis**, qui in tab. M poetarum variorum generum agmen claudunt, breviter disseramus. Novem poetas hic (et in tab. C) appellatos in canonem certum redactos fuisse, qui non parva auctoritate apud veteres usus sit, e multis testimoniis[2]) elucet. Quam-

1) fragm. Censorino adser. c. 9 p. 63 FHultsch = GL VI 607 K: Callinus Mimnermus Euenus (v. app. crit.); Diomed. l. l. p. 484K: Callimachus Euphorion; Schol. Bob. Cic. pro Arch. 10, 3 p. 358 Orell: Callinus Antimachus Archilochus Mimnermus Solon; Io. Tzetz. proleg. in poet l. l. p. 257 M: Callimachus Mimnermus Philetas. — 2) Anth. Pal IX 184 (P. B. Sa. An. St. Si. I. Alca. Alcm.); AP IX 571 (P. Si. St. I. Alcm. B. An. Alca. Sa.); A P app. nov. III 73 (Alca. Sa. St. I. An. P. Si. B. Alcm.); Anon. περὶ λυρικῶν ποιητῶν in Pind. ed. Boeckh II 7—8 (Alcm. Alca. Sa. St. I. An. Si. B. P. τινὲς δὲ καὶ τὴν

quam Quintilanus (X 1, 61—64) praeter Pindarum, quem novem lyricorum longe principem iudicat, de tribus tantum, Stesichoro Alcaeo Simonide, verba facit, tamen a vero non aberrabimus, si iam Quintiliano novem illos, Alcaeum Alcmana Anacreontem Bacchylidem Ibycum Pindarum Sapphonem Simonidem Stesichorum normam firmam fuisse putamus. Contra vero sententiam Steffeni, qui (p. 36) e his Petroni (sat. c. 2) verbis „Pindarus novemque lyrici“ poetarum lyricorum decadem efficiens inter Quintilianum et Petronium, qui aequales essent, consensum non exstitisse contendit, rectam esse cum Brzoska (p. 48 adn. 1) nego, cum mihi quoque illa Petroni verba nihil aliud nisi ‚*οἱ περὶ Πίνδαρον ἐννέα λυρικοί*‘ esse videantur. Porro et anonymi[1]) catalogus, quo octo tantum *λυρικοὶ* Sapphone omissa leguntur, novenarii numeri usui m. qu. sent. non repugnat. Fortasse enim, ut Brzoska l. l. contra Steffenum pro certo habuit, casu quodam Sapphonis nomen neglectum est, fortasse vero e grammatici istius libidine viri soli enumerantur, excluditur consulto femina. Sed utrum C Lachmann Horatii versus (od. I 1, 35.36):

„quodsi me lyricis vatibus inseres,
sublimi feriam sidera vertice“

et Porphyrionis scholiastae (ed. G Meyer (1874) 4 adnotationem in illos factam „Graecis utique intelligendum. nam nondum erant Romani“ recte interpretatus sit necne, decernere non ausim. Lachmann vero[2]) haec dixit: „sic ille Flaccus mo-

---

*Κόριννα*ν); Diomed. s. Melamp. schol. l. l. p. 751 (*λυρικοὶ καὶ οἱ πραττόμενοι ἐννέα* (An. Alcm. Alca. B. I. P. St. Si. Sa. *καὶ δεκάτη Κόριννα*); tab. M § VI = tab. C § XIII (Alcm. Alca. Sa. St. P. B. I. An. Si.). — Antip. Thess. AP VII 18 (*Ἀλκμᾶνα . . . ὃν Μουσέων ἐννέ' ἀριθμὸς ἔχει*); Auson. epigr. in simulacr. Sapph. p. 204 Sch (Sappho ... *ἐνάτη λυρικῶν*); Auson. griph. ter. num v. 30—33 p. 130 Sch (lyrici vates numero sunt Mnemosynarum); Suid. i. v. *Ἀλκμάν* (*Α., εἷς τῶν* <*θ̄*> *λυρικῶν*). — 1) in „lexico Vindob.“ ed A Nauck (1867) 321. — 2) in „Lucret. comm.“ [3](1866) 358 (VI 148).

destius, qui cum se lyr. vat. insertum iri speret, Maecenati docto poetarum iudici a deo probari cupit, ut ab eo in ordinem lyricorum redigatur decimus et idem unus Italus." Quod utcunque est, per antiquitatem apud plurimos *ἐννεάδα* lyricam valuisse serio negari non potest, quamvis a nonnullis auctoribus non semper omnes novem sed duo tantum vel tres quattuorve artis lyricae exemplaria commendari, tacere nolim. Ut Quintilianus (l. l.) eosdem quattuor atque Dionysius Hal. (de imit. 420. 421 R) praedicat, qui vero alio loco (de comp. verb. c. 19 p. 131 R) pro Simonide Sapphonem nominat. Et alii alios laudibus efferunt. Etsi dein lyricorum poetarum numerum novenarium ad Musarum numerum accommodatum esse, ab omnibus concedi existimo, tamen non tam ad grammaticorum illorum Alexandrinorum munus quam ad ludicrorum epigrammatum scriptores ordinem novem poetarum lyricorum referendum esse, quod Steffen (p. 38) quemque maxime emunctum animo aequissimo esse concessurum speravit, equidem non pro certo habeo. Quod denique ad lyricorum poetarum decadem certam attinet, non, ut Steffen (p. 35) dicit, a plerisque novem illis decima Corinna adscribitur, sed, quod maioris momenti mihi videtur esse, decas illa modo apud anonymum Boeckhii et Diomedem seu Melampodem (v. p. 30 adn. 2) et tum ab Io. Tzetza[1]) commemoratur. Appendicis loco adnotem, eorum poetarum, qui singulis poeseos lyricae generibus operam dederunt, apud auctores antiquos dispersim catalogos esse traditos. Exempli gratia e dithyrambicorum poetarum choro apud Diodorum (XIV 46,6) *ἐπισημότατοι* Philoxenus Cytherius, Timotheus Milesius, Telestes Selinuntius, Polyidus enumerantur, quos Polyido omisso apud Dionysium Hal. (de comp. verb. c. 19 p.

1) proleg. in poet. l. l. p. 252 M: *λυρικοὶ ὀνομαστοὶ δέκα* et *στίχ. π. δ. π.* p. 331, 23—27 Cr.: *δεκὰς ἀρίστη παντελὴς πληρεστάτη.*

132 R) reperimus. Cum vero praestantissimum dithyramborum poetam Xenophon (Mem. I 4,3) ex Aristodemi *τοῦ μικροῦ ἐπικαλουμένου* sententia Melanippidem laudet, ab Io. Tzetza Philoxenus celebratur (proleg. in poet. l. l. p. 252 M et *στ. π. δ. π.* p. 339, 15—16 Cr.). Et ut de aliis taceam, musicorum antiquissimorum indiculos praeter alios scriptores[1]) Plutarchus (c. 3 p. 1131 F — 1132 C et c. 5 p. 1132 F — 1133 D de musica) ex Heraclidis et ex Alexandri *συναγωγαῖς* nobis servavit.

2.

Postquam quaestionem de variorum generum poetarum delectibus vel normis, quantum potuimus, usque ad finem deduximus, in **scriptores pedestres** transgressi, utrum horum certi canones per antiquitatem valuerint necne, inquiramus. Initium vero ab **oratoribus sophistis**que facimus, qui in tab. M scriptorum oratione soluta usorum agmen ducunt. Qua in re summae difficultates oriuntur et nunc quidem nobis non tollendae. Quamvis enim decem oratorum Atticorum nomina, quae congruenter multis scriptorum veterum recentiorumque testimoniis exhibentur, in ordinem firmum a plerisque respectum redactos esse inter omnes constet, tamen de tempore et de loco, quo canon ille compositus sit, viri docti per unum totum et alterius saeculi dimidium vehementissime inter sese discrepantes disceptarunt. Et hodie controversiam illam haud ambiguam esse nemo cum bona fide contendat. Cum singulorum virorum doctorum, qui de canone decem oratorum disserue-

1) Strab. X 3, 17 (Orpheus, Musaeus, Thamyris, Eumolpus); Paus. IX 30 (Thamyris, Arion, Sacadas, Hesiodus, Orpheus); Ael. v. hist. XII 50 (Terpander, Thaletas, Tyrtaeus, Cydas Caphyeus (?), Alcman); Censorino fragm. adscr. l. l. p. 63 H (Timotheus, Polyidos, Hyperides, Phyllis, Aristoxenus); Phot. bibl. cod. 239 p. 320 B (Arion, Chrysothemis Cres, Terpander, [Arion Methymnaeus,] Phrynis Mitylenaeus, Timotheus).

runt, sententias iam in dissertatiunculae exordio perstrinxerim, restat solum, ut iudicium meum de hac re adiciam. Equidem vero existimo, Aristophanem et Aristarchum decem oratorum normam omnino non composuisse, sed potius Romae primo p. Chr. n. saeculo vertente ab hominibus artis rhetoricae studiosis, fortasse a Caecilio Calactino ipso, canonem illum factum esse Hartmannum (et ante eum Meierum l. l. p. 140) recte censuisse. Sed huic sententiae vim ullam tribui nolim, quod rerum earum omnium, quae in hac quaestione tractanda ponderis alicuius sunt, ego nunc quidem non satis peritus sum. Quam ob rem contentus ero, si testimoniis decadis oratorum Atticorum denuo a me collectis[1]) nonnulla pauca adnotavero. Primum

1) Ps.-Plut. vitt. X oratt. (Ant. And. Lys. Iso. Isa. Ai. Lyc. De. H. Di.); Phot. bibl. codd. 259—268 p. 485—496 B (Ant. Iso. And. Lys. Isa. Ai. De. H. Di.); Schol. i. Hermog. proleg. c. 7 ed. Walz „Rhet. Gr.“ IV 15 (Ant. Lys. Iso. Isa. And. De. Ai. Lyc. H. Di.); Anon. proleg. *τῶν στάσεων* ed. Walz. „Rh. Gr.“ VII 1, 26 (Ant. De. H. Di. Lyc. Ai. Iso. Lys. And. Isa. — *οἱ ῥήτορες οἱ διαπραττόμενοι*); [de his cfr. Studemund „Ein Verzeichnis der 10 attischen Redner“ in „Herm.“ II (1867) 434—449] cod. Coisl. 249 s. X = cod. Reginaehradec. s. XIV/XV = cod. misc. Ambr. D 15 s. XV = cod. Pal. misc. 132 fol. 180 s. XV = cod. Barocc. 125 fol. 92 (Isa. H. Iso. Ant. Di. Lys. Lyc. And. Ai. De.); cod. Par. 2991 A (De. Di. Isa. Lys. H. Lyc. Iso. And. Ant. Ai.); tab. M VII = tab. C XI (De. Lys. H. Iso. Ai. Lyc. Isa. Ant. And. Di.); — Demetr. Magn. ap. Dionys. Hal. de Din. iud. c. 1 p. 631 R (*Δεινάρχοις · · · ὧν· ὁ μὲν ἐκ τῶν ῥητόρων τῶν Ἀττικῶν*); Harpocr. i. vv. *Ἰσαῖος* (*εἷς · · τῶν ι̅ ῥητ.* cf. i. v. *Ἀντιφῶν*) et *Λυκοῦργος*; Lucian. Scyth. c. 10 (*τῇ Ἀττικῇ δεκάδι*); Schol. in Luc. Scyth. c. 10 ed. Hemst. et Reitz (1743) 870 (*δέκα ῥητ.*); Philostr. vitt. soph. II 1, 14 (*τῶν δέκα*); Sopatr. proleg. in Aristid. ed. G Dind. III 737 (*ἡ πραττομένη τῶν ῥητ. δεκάς*); vit. Isocr. in Westerm. *Βιογρ.* p. 256 (*τῶν ι̅ ῥητ. τῶν κριθέντων τε καὶ ἀναγινωσκομένων*); Phot. bibl. cod. 61 p. 20a B (*Αἰσχίνης εἷς · τῶν δέκα ῥητ.*); id. cod. 159 p. 102b B (*Ἰσοκράτης . . ., ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἐννέα ῥήτ.*); id. cod. 158 p. 101b B: Phrynich. Arab. *Δημοσθένην μετὰ τοῦ ῥητορικοῦ τῶν ἐννέα χοροῦ*); Suid. i. v. *Ἀνδοκίδης* (*τῶν πρωτευόντων δέκα εἷς*); id. i. v. *Δείναρχος* (*τῶν μετὰ Δημ. ἐγκριθ. εἷς*); id. i. v. *Ἰσαῖος* (*εἷς . . τῶν δέκα ῥητ.*); id. i. v. *Λυκοῦργος* (*τῶν μετὰ Δημ. ἐγκριθ. ῥητ.*);

m. qu. sent. non silentio praetereundum est, apud Harpocrationem i. v. *Ἀντιφῶν* cod. F *ιβ̄* pro *ῑ* praebere, cum apud Favorinum in eadem voce *δώδεκα* legi dicatur, quod corruptum esse Meier fortasse recte persuasum habet. Huc vero accedit, quod praeter tabulae nostrae Monacensis indicem duodecim *ῥητόρων* Hermogenes quoque[1]) duodecim oratores enumerat. Deinde a multis scriptoribus antiquis saepissime paucos tantum e decem oratoribus nominari, mirum non est. Sed posteriore Byzantinorum aetate in oratoribus quoque elegendis, ut alibi non raro, numerum quinquenarium, decadis, *τελείου ἀριθμοῦ*[2]), dimidium adhibitum esse commemoretur. Anonymus enim ille *περὶ τοῦ τελείου λόγου*[3]) quinquenario numero compluries usus est, sed pentadi non in servitutem se dedit, cum (l. l. p. 574) *ὑπὲρ πάντας τελείους ῥητορικοὺς λόγους ἀρίστους ἀκροτάτους τοὺς τέσσαρας οὕτους, τὸν περὶ στεφάνου Δημοσθενικόν, τὸν Παναθηναϊκὸν τοῦ Ἀριστείδου, τὸν εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον ἐπιτάφιον τοῦ θεολόγου* (i. e. Gregorii theologi) *καὶ τὸν τοῦ Ψελλοῦ εἰς τὴν μητέρα* commendaret. Contra apud Romanos certus oratorum census numquam fuit, cum alii alios e cuiusque libidine et iudicio praestantissimos enumerent. Quod denique ad alteram decadem Graecam rhetores vel sophistas recentioris aevi complectentem attinet, brevitatis erga ad Steffenum (p. 51) refero, quippe qui de hac re quamvis paucissimis tamen satis accurate disseruerit.

Oratorum canonem in tab. M decem **historicorum** scriptorum index excipit, qui cum tab. C § XIV congruens miram dispositionem praebet, quam primus Usener (l. l. p. 131 sqq.) recte interpretari coepit. Cuius sententia haec

id. i. v. *Λυσίας* (*εἷς τῶν μετὰ Δημ. δέκα ῥητ.*); id. i. v. *Ὑπερίδης* (*τῶν πρώτων κεκριμένων δέκα εἷς.*); Maxim. Plan. schol. in (Hermog.) *ἰδ.* t. *β̄* ed. Walz „Rh. Gr.“ V 561 (*μετὰ τοὺς δέκα ῥήτ.*). — 1) *περὶ ἰδεῶν* II 11 ed. LSpengel „Rh. Gr.“ II 410—416. — 2) cfr. Brzoska p. 47 adn. 1. — 3) p. 17 adn. 1.

paria in tabula illa sunt composita: principes Herodotum et Thucydidem imitatores principum Xenophon et Philistus sequuntur, quibus secundi ordinis auctores Theopompus et Ephorus adiuncti sunt; sed tum solum propterea, quod res ab Alexandro Magno gestas descripserint, Anaximenem et Callisthenem in canonem illum redactos esse pro certo non habeam. Item quintum par ex antiquioribus Hellanicum, Polybium ex posterioribus fortasse numeri denarii causa additum esse, minime mihi probatur. Equidem in Hellanici nomine, quod neque huic neque alii catalogi nostri loco aptum est, vehementissime offendens corruptelam graviorem sanandam esse existimo. Et mea quidem sententia est haec, indicem illum e *πίνακι* quodam ortum esse, qui primo non nomina sola sed, ut soleret, etiam opera unicuique scriptoris nomini adiecta continuerit. In archetypo igitur *Καλλισθένης Ἑλληνικά* . . . fuisse et librarii vel auctoris canonis ipsius mendo ex operis titulo nomen scriptoris et non ignoti esse factum coniciam. Huc quamvis leve argumentum accedit, quod et cod. B et cod. V *Ἑλληνικός*, non *Ἑλλάνικος* praebent. Sententia mea vero comprobata non decem, sed novem tantum scriptores leguntur. At in altero historicorum scriptorum indiculo (tab. C IV) nomina partim foedissime corrupta numerum novenarium item non transscendunt.

Nunc ad multo graviorem quaestionem aggressi, num ille tab. M index vel alius per antiquitatem vulgo valuerit requiramus. Hoc omnimodo luce clarius est, ut Polybius ab Alexandrinis illis in praestantissimorum auctorum canonem, si modo scriptorum quoque indices praeter poetarum delectus constituerint, reciperetur, fieri non potuisse. Quamquam dein multum nos non impedit, quominus Brzoskae, qui (p. 49) non ita multo post Polybium mortuum, primo a. Chr. n. saeculo catalogum nostrum in lucem prodiisse demonstrare conatur, quod Polybius apud Stoicos potissimum et Romanos tunc summa valens auctoritate veteribus histo-

ricis adiunctus sit, assentiamur, tamen nec canonem illum nec Ruhnkenii (p. XCV l. l.) historicorum scriptorum heptadem prorsus ficticiam, Herodotum Thucydidem Xenophontem Theopompum Ephorum Anaximenem Callisthenem continentem ab ullo umquam auctore antiquo veri specie confirmatam comprobatamque videmus. E contrario nulla consensio de hac re per antiquitatem invenitur, cum alios alii e cuiusque opinione libidineque optimos rerum scriptores laudent. Ne hos permultos locos afferam, modo saepissime[1]) Herodotum Thucydidem Xenophontem Philistum a diversissimis auctoribus nominari commemorem. Sed, ut repetam, neque apud Graecos neque apud Romanos historicorum scriptorum canonem ullum ne aliquantulae quidem auctoritatis fuisse contra nonnullos viros doctissimos contendo. — Non magis eorum, qui de rebus ad *γεωγραφίαν* pertinentibus scripserunt, catalogos in antiquitate valuerunt. Sed ubi eiusmodi indices, qui non nullius momenti esse mihi videntur, inveniamus, breviter adnotare mihi liceat. Praeter hos Strabonis locos (I 1, 1. I 1, 11. I 2, 1. VIII 1, 1), quibus geographi in universum Homero eorum patre et principe nominantur, singillatim *τοὺς περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντας* Strabo idem II 1, 9; XV 1, 12 enumerat, cum altero loco quattuor his Deimacho Megastheni Onesicrito Nearcho Ctesiam adiciat. Porro scriptores de pyramidibus Plinius XXXVI 17 laudat et eos, qui de rebus Aegyptiacis aliisque aliquid nobis tradiderunt, apud Ps.[2]) — Symeonem Logothetam (in chronic. e cod. Reg. Par. 1712 (fol. 23 ed. a Cramero „AGP“ I annot. p. 14—15) appellatos atque a Georgio Cedreno (CHByz. p. 23, 11—16) repetitos videmus. Quam magna vero inter illos consensus sit, hoc modo planissime ostendam:

1) ut ap. Dionys. Hal. in ep. ad Pomp. c. 3 p. 767 R et de imit. 424—428 R. — 2) cf. Krumb. GdBL² § 149.

Ps.-Symeon Logotheta.

Οἱ συγγραφεῖς Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων· Μανεθὼν ὁ τῶν Αἰγυπτίων ποιησάμενος συγγραφήν, Βήροσσος¹) ὁ τὰ Χαλδαϊκὰ συναγαγών, Μῶχός τε καὶ Ἑστιεὸς²) καὶ πρὸς τούτοις Αἰγύπτιος Ἱερώνυμος· οἱ δὲ τὰ Φοινικὰ συγγραψάμενοι, Ἰσίοδος τε καὶ ἀκτεὸς, ἑλαϊκὸς καὶ Ἀκουσίλαος Ἔφορός τε καὶ Νικόλαος.

Georgius Cedrenus.

συγγραφεῖς δὲ τῶν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων οὗτοι· Μάνεθος ὁ τὴν τῶν Αἰγυπτίων ποιησάμενος συγγραφήν, Βηροσσὸς¹) ὁ τὰ Χαλδαϊκὰ συναγαγών, Μῶχός τε καὶ Ἑστιαῖος²), καὶ πρὸς τούτοις Αἰγύπτιος Ἱερώνυμος. οἱ δὲ τὰ Φοινικὰ συγγραψάμενοι Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος, Ἑλλάνικος καὶ ὁ Ἀκουσίλαος, Ἔφορός τε καὶ Νικόλαος.

Dein. auctores, qui libros miraculorum fabularumque plenos composuerunt, Gellius IX 4, 2—3 nominat, quibus scriptores erotici apud Photium (bibl. cod. 94 p. 73ᵇ B et cod. 166 p. 111ᵇ B) enumerati argumento non raro illis affines adiungantur. Et historicorum scriptorum agmen Byzantini illi claudant, qui in Montefalconii „Bibl. Coisl." (1715) 207—208³) et non multis commutatis apud Georgium Cedrenum (ed. Bekker I 3—5) inveniuntur. Postremo etsi non scriptores laudantur, de eorum canonibus, qui primi orbis tabulam fecerunt, non omnino taceam. Agathemerus enim (in „Geogr. Gr. min." ed. CMueller II 471) Anaximandrum Hecataeum Hellanicum Damasten Democritum Eudoxum primos, qui *τὴν οἰκουμένην ἐν πίνακι ἔγραψαν*, enumerat, quos Hellanico Damasteque omissis eodem ordine scholiasta in Dionysium Periegetam (Mueller l. l. p. 428) repetiit. Hac tenus haec.

Cum adhuc in opusculo nostro elaborando dissertationes Brzoskae atque praecipue Steffeni saepissime laudatae nobis non contemnendo exemplo et fundamento essent, nunc in terram incultam paene inexploratamque ingredi audemus. Numquam enim ad id tempus, quantum equidem scio, ab ullo viro docto de grammaticorum et medicorum catalogis

1) *Βηρωσσὸς* scribo. — 2) fort. *Ἑστιαία.* — 3) *σύνοψις ἱστοριῶν συγγραφεῖσα παρὰ Ἰωάννου κουροπαλάτου καὶ μεγάλου δρουγγαρίου τῆς βίγλας, τοῦ Σκυλίτζη* repet. Bekker i. Georg. Cedr. edit. I (1838) 3—5 i. adn.

illis, qui in tabulis M et C servati magnitudine amplitudineque inter omnes ceteros longe praestant ac multis locis non parvas difficultates praebent, longius disputatum est. Primum vero de **grammaticorum** indicibus disseram eosque, ut potero, explicare atque in formam genuinam reducere conabor. Sed ut tab. M cum tab. C facilius conferri possit, hanc compositionem, cuius sinistrum cornu tab. M nomina tenent, dextrum tab. C, praemitto. Numerus autem, qui inter ambo tabellae latera est, uniuscuiusque grammaticorum ἀκμήν, quantum satis certe eam enodare potui, significat. Qua in re summa difficultas eo continetur, quod compluribus diversissimae aetatis grammaticis eadem nomina propria sunt, ut, quis quoque loco intellegendus sit, saepe non statim atque interdum omnino non perspiciatur.

	tab. M	ἀκμή	tab. C
	Ὅσοι γραμματικοί		Ὅσοι περὶ γραμμάτων
1	deest!	c. 265 a. Chr. n.	Λυκόφρων
2	Διονύσιος ὁ Θρᾷξ	c. 150 » » »	Διονύσιος ὁ Θρᾷξ
3	Ἀπολλώνιος Δύσκολος	c. 130 p. » »	Ἀπολλώνιος ὁ δύσκολος
4	Ἀλέξανδρος	(?) c. 150 » » »	Ἀλέξανδρος
5	deest!	c. 150 » » »	(?) Ὧρος
6	Ἀστυάγης	(?) c. 180 » » »	Ἀστυάγης
7	deest!	c. 225 » » »	Ὠριγένης
8	Ἀγαπητός	c. 510 » » »	Ἀγαπητός
9	deest!	c. 520 » » »	Φιλόπονος
10	Σέργιος ὁ νεώτερος	(?) c. 520 » » »	Σέργιος νεώτερος
11	deest!	c. 530 » » »	Ἰωάννης ὁ Χάραξ
12	Αὐξόνιος	(?) c. 350 » » »	Αὐξόνιος

tab. M	ἀκμή	tab. C
13 Ἄδραστος	(?) c. 150 p. Chr. n.	Ἄδραστος
14 Θεαγένης	(?) c. 130 = = =	Θεαγένης
15 Ἡρωδιανός	c. 160 = = =	Ἡρωδιανὸς ὁ μέγας
16 deest!	c. 575 = = =	Γεώργιος ὁ Χοιροβοσκός
17 Θεοδόσιος ὁ τοῦ ..	(?) c. 390 = = =	deest!
18 Τρύφων	c. 10 a. = =	=
19 Δίδυμος ὁ νεώτερος	(?) c. 55 p. = =	=
20 Νικοκλῆς	c. 350 = = =	=
21 Εὐδαίμων	c. 350 = = =	=
22 (?) Ὧρος	c. 150 = = =	=
23 Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασεύς	c. 15 a. = =	=
24 Πορφύριος	c. 265 p. = =	=
25 Ἀχιλλεύς	(?) c. 300 = = =	=
26 Ἀρκάδιος	c. 120 = = =	=
27 Ὡραπόλλων	c. 380 = = =	=
28 Τιμόθεος Γαζαῖος	c. 500 = = =	=

In tab. C grammaticorum agmen ducit **Lycophro** (1), notus ille tragoediarum poeta Alexandrinus, qui unus e tragicis septem illis sub nomine *πλειάδος* comprehensis est. Quamquam Suidas (i. v.) Lycophronem grammaticum quoque fuisse dicit, tamen nostro loco *Λυκόφρων* expungendum esse censeo, cum nomen illud m. qu. sent. ex antecedente indicis particula *περὶ ποιητῶν ὅσοι διὰ στίχων καὶ ἰάμβων* inscripta, cuius ultimum locum *Λυκόφρων* tenet, falso repetitum sit. Ceterum iam Lagarde (l. l.) in editione tab. M falso cum tab. C contaminatae nomen Lycophronis omisit. Vere primus grammaticus est **Dionysius Thrax** (2), qui

ἀγράφως ἀσκήσας τὴν τέχνην ἐγγράφως πρῶτος ἐξέδωκεν[1]): quamobrem Dionysius iure ac merito grammaticae artis auctor atque parens dici potest. Maiore temporis spatio Apollonius Dyscolus (3), Herodiani Magni pater, sequitur, quem Priscianus (inst. gr. XI 1, 1. GL II 548 K) maximum auctorem artis grammaticae appellat. Proximum nomen Ἀλέξανδρος (4) Cramer (l. l.) sine ulla causa in Ἀλεξανδρεὺς commutari atque cum antecedente Apollonio Dyscolo coniungi voluit. At si Ἀλέξανδρος alius grammatici nomen esse retinemus, dubium est, quis Alexander nostro loco sit intellegendus, cum complures grammatici Alexandri nomen habeant. Sed m. qu. sent. hic Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεύς, Asclepiadis filius, commemoratur, qui Marci Aurelii imperatoris praeceptor a Stephano Byz. (i. v. Κοτιάειον) γραμματικὸς πολυμαθέστατος nominatus est. Ἄρος (5) vero, quod in tab. C sequitur, dittographia ex antecedente (Ἀλέξαν)δρος factum aut Ἄπρος aut Ἄρατος legendum esse Lagarde coniecit, cum Cramer, cuius sententiam equidem sequar, Ὦρος pro Ἄρος scriberet. Quod attinet ad Ori aetatem, F Ritschl in commentatione celeberrima, cui „de Oro atque Orione“ nomen est[2]), eam sic definivit: „Phrynicho grammatico ferme aequalem Herodiano supparem vixisse (sc. Orum) suspicor, ut non videatur aut non multum certe saeculum p. Chr. n. alterum eius aetas excessisse“. De Astyage (6), qui in utraque tabula legitur, Suidas solus (i. v.) haec pauca verba tradidit: Ἀστυάγης, γραμματικός. Τέχνην γραμματικήν, περὶ διαλέκτων, περὶ μέτρων, κανόνας ὀνοματικοὺς καὶ εἰς Καλλίμαχον τὸν ποιητὴν ὑπόμνημα. Huc accedit, ut Astyages quidam semel in Orionis Etymologico (p. 69, 9) laudetur. Sed de Astyagis grammatici aetate nihil notum est atque

---

1) Iriarte cat. reg. bibl. Matrit. codd. Gr. mss. I (1769) p. 314. — 2) opusc. I 582—669.

apud nullum virum doctum recentiorem de eo aliquid dictum inveni praeter unum A Graefenhanium, qui sine gravibus causis Astyagem non paulo post Apollonium Dyscolum et Herodianum, fortasse circa centesimum octogesimum annum p. Chr. n. vixisse contendit[1]). Quae cum ita sint, cum L Cohnio[2]) artem nesciendi exercemus. Origenes (7), ad quem nunc accedimus, theologus ille notissimus est, *ὁ καὶ Ἀδαμάντινος, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος καὶ κατὰ πᾶσαν παιδείαν εἰς ἄκρον ἐξησκημένος* a Suida (i. v.) nominatus. De Agapeto (8) vero W Schmid[3]) haec fere dicit: sophistam Agapetum initio sexti p. Chr. n. saeculi Alexandriae primum, tum Elusae floruisse et fortasse eundem esse atque illum a Cyrillo in grammaticorum catalogo apud Cramerum l. l. edito laudatum. Etsi Agapetum sophistam a grammatico nostro non diversum videri concedatur, cum alium Agapetum grammaticum ignoremus et nomen Agapeti m. qu. sent. ad posteriora saecula spectet, tamen in Schmidii ultimis verbis vehementissime offendo. Unde, quaeso, Cyrillum illa grammaticorum nomina contulisse, Schmid scit vel potius scire opinatur? An ideo, quod maximam quidem codicis, in cuius fine tab. C invenitur, partem (fol. 79—314v) *λεξικὸν μέγα τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου κατὰ ἀλφάβητον* continet? At inter Cyrilli librum et nostram tabellam nonnulla leguntur, quae ad Cyrillum illum omnino non pertinent, ut in fol. 323r *περὶ ἐτυμολογιῶν κατὰ στοιχεῖον πρὸς τὸ ἐξ αὐτῶν γινώσκειν πολλάκις τὰς δυνάμεις τῶν πραγμάτων ἐκ τῶν κατὰ Ὠρίωνα τὸν Θηβαῖον* et in fol. 341 *ὅροι διάφοροι κατὰ τὴν παράδοσιν καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας λεγόμενοι, συλλεγέντες ἀπὸ Κλήμεντος καὶ ἑτέρων ὁσίων καὶ μακαρίων πατέρων.* Sed gravissimum supremumque argumentum

---

1) Gesch. d. kl. Philologie i. Alt. III (1846) 83 sqq. et compl. loc. — 2) Pauly-Wissowa RE d. kl. Altert. II (1896) col. 1865. — 3) Pauly-Wissowa RE i. v. Agapetus 4.

contra Schmidium affero, quod cum Cyrillus anno quadringentesimo quadragesimo quarto p. Chr. n. mortuus esset, tabula nostra non minora quam sex grammaticorum nomina, qui post illud tempus floruerunt, continet (8. 9. 10. 11. 16. 28). Unde apparet, nullo modo Cyrillum, nisi graves iustaeque causae afferuntur, catalogi auctorem putari posse[1]). Philoponus (9), qui sequitur, Ioannes Philoponus grammaticus esse mihi videtur, de quo praeceptoris mei doctissimi, A Ludwichii commentatio „de Ioanne Philopono grammatico" inscripta et supra iam laudata (p. 5 adn. 1) conferenda est. Magnam vero difficultatem proximum nomen Σέργιος (ὁ) νεώτερος (10) affert. Lagardei coniecturam, qui temere cognomen (ὁ) νεώτερος ad Ioannem sequentem trahit, a limine reiciendam esse iam Ludwich (l. l. p. 10 adn. 42) recte censuit. Montefalconii autem sententiam (l. l. p. 57) a G Hoerschelmanno[2]) et Ludwichio (p. 9—10) comprobatam, nostrum Sergium et Sergium eum, qui cum Severo patriarcho Antiochensi initio sexti saeculi p. Chr. n. florente per litteras communicavit, eundem fuisse, equidem quoque credo. Item coniecturae A Hilgardi, Sergium Anagnosten Emesenum, cuius ἐπιτομὴν τῶν ὀνοματικῶν κανόνων Αἰλίου Ἡρωδιανοῦ Hilgard edidit[3]), atque nostrum Sergium iuniorem diversos homines esse negantis assentiatur aliquis, nisi A Baumstark[4]) non ex vano Sergium lectorem Emesenum ab omnibus aliis eiusdem nominis secernendum esse demonstrasset. De Ioanne Charace (11), qui in tab. C sequitur, ad Ludwichii libellum (p. 9) reicio. Summa vero difficultate nomen proximum Αὐξόνιος (12) est, cum

1) Krumbacher GdBL² § 243 mirum in modum eodem errore quo Schmid affectus videtur esse. — 2) de Dionys. Thr. interpr. vet. partic. I (1874) 73—75. — 3) progr. gymn. Hdlbrg. 1886—87. — 4) Jfkl PhSpp XXI (1894) 371: Lucubrationes Syro-Graecae, cap. 1 de Sergio Resaïnensi librorum Graecorum interprete Syro; cfr. de Sergiis etiam Teuffel GdRL⁵ § 41, 5.

neque apud scriptorem ullum Graecum neque in inscriptione ulla, quantum equidem scio, adhuc inventum sit. Quamquam coniectura facillima Αὐσόνιος pro Αὐξόνιος ante pedes iacere mihi videtur, tamen ea permultum non lucramur, quod grammaticum Ausonium ignoramus. Quare hoc in medio relinquere optimum fore putamus. Sequitur Adrastus (13), qui si idem est atque philosophus ille peripateticus Aphrodisiensis, quod nequaquam certum est, altero p. Chr. n. saeculo medio fuit. Et Theagenis (14) aetas, cum non Rheginus ille[1]) grammaticus, qui Cambysis aetate primus de Homero scripsisse dicitur, sed Theagenes Cnidius, quem Philostrato teste (vitt. sophistt. II 71) Herodes Atticus in arte critica praeceptorem habuit, hic intellegendus esse mihi videatur, facile deduci potest. Quod vero Aelium Herodianum Magnum (15) nomino et de Georgio Choerobosco (16) ad Ludwichii commentationem iam saepe laudatam remitto, lectori benevolo sufficiat. Sed Theodosius (17), cuius patris nomen in compendio codicis inest, θαυμάσιος ille γραμματικός, a Synesio (epist 4 p. 645 Herch.) commemoratus, esse mihi videtur, cuius εἰσαγωγικοὺς κανόνας περὶ κλίσεως ὀνομάτων καὶ ῥημάτων A Hilgard (GGr IV (1894) denuo edidit. Trypho (18) vero, unus e veteribus atque optimis grammaticis, Augusto imperatore floruit et Δίδυμος ὁ νεώτερος (19) idem mihi quidem videtur esse, de quo Suidas (i. v. Δίδυμος νέος) haec tradit: Ἀλεξανδρεύς, γραμματικός, ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ: quare Neronis temporibus Didymum illum fuisse veri simile est aut Tiberii et Claudii aetate, ut Graefenhan (l. l. III 63, 64), qui cum Bernhardyo Didymum iuniorem et Claudium Didymum eundem et Didymi Chalcenteri filium esse ratus mavult. Nicocles (20), Laco ille grammaticus, Socrate (III 1) teste Iuliani imperatoris praeceptor atque idem, qui ab Etymologici Magni

1) v. Tatian. adv. Graec. c. 31. cf. schol. in Il. Y Ven. B.

auctore i. v. Σκάλοιψ laudatur, et Eudaemon (21) Pelusiota aequalisque Libanii, cuius ὀρθογραφίαν praeter Suidam et Etymologicum Magnum Stephanus Byz. i. v. Αἰλία confert, videtur esse. In tab. M sequitur Orus (22), quem iam in tab. C (5) lectum breviter tractavimus. Si vero hoc loco Orion, quod nomen persaepe cum Oro commutatum esse constat, recte ut mihi videtur scribamus, Orionis Thebani aetas medium saeculum quintum Ritschelii commentatione illa notissima (opusc. I 589) extra dubitationem ullam positum est. De Dionysio Halicarnassensi (23) autem, scriptore illo historico atque rhetore celeberrimo, verba facere non opus est. At sequens nomen difficultatem maiorem movet, cum non certum sit, utrum Porphyrius (24) grammaticus hic commemoratus atque philosophus ille neoplatonicus Tyrius, Plotini summus discipulus, qui Longino praeceptore Athenis primo studiis grammaticis et rhetoricis operam dedit, idem sit necne. Quod vero Porphyrium Dionysii Thr. interpretem optimum a philosopho claro non diversum esse cum MSchmidtio[1]) puto, quamvis Christ[2]) valde dubitet, et quod alius grammaticus eiusdem nominis notum non est, Porphyrium philosophum hic nominari, veri simillimum esse mihi videtur. Si dein Achilles (25) grammaticus non alius est atque Arati commentator, qui, ut scriptor ille rerum amatoriarum fabulosarumque notissimus Achilles Tatius Alexandrinus, item cognomen Tatii vel Statii habuisse dicitur, alterius p. Chr. n. saeculi fine et initio tertii floruisse et ERohde et HDiels censent. Contra SGuenther[3]) Achillem commentatorem circa annum trecentesimum fuisse putat et HWSchaefer[4]) ex Iulio Firmico (math. IV 10) terminum, ante quem Achilles vixerit, annum trecentesimum tricesi-

1) „Philolog." VIII (1853) 244—246. — 2) GdGL² (1890) § 398 adn. — 3) Gesch. d. ant. Naturw. = IvMueller Handb. d. kl. Altert. V 1² (1894) § 29,6. — 4) Pauly-Wiss. RE I (1894) col. 247 sqq.

mum sextum p. Chr. n. adnotat. Sequitur Arcadius (26), celeber ille grammaticus Antiochenus, cuius aetas non certe definiri potest, quamquam ante Herodianum Arcadium vixisse constare videtur. Quominus Horapollinem (27) eundem esse existimemus atque de quo Suidas (i. v.) haec memoriae tradidit, m. qu. sent. nulla res nos impedit: *Ὡραπόλλων, Φαινεβύθεως, . . ., γραμματικὸς διδάξας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, εἶτα ἐν Κωνσταντινοπόλει ἐπὶ Θεοδοσίου* . . . scripta ennumerantur[1]) . . . *λαμπρὸς μὲν ἐπὶ τῇ τέχνῃ ἄνθρωπος καὶ τῶν πάλαι λογιμωτάτων γραμματικῶν οὐδέν τι μεῖον κλέος ἀπενεγκάμενος*. Quo loco efficitur, ut Horapollo grammaticus quarto p. Chr. n. saeculo exeunte floruerit. Atque catalogi ultimus est Timotheus Gazaeus (28), qui sub Anastasio I. cum alia tum *κανόνας καθολικοὺς περὶ συντάξεως* scripsit.

Omnibus vero duodetriginta amplissimi huius grammaticorum Graecorum indicis nominibus breviter explicatis nunc quomodo catalogus noster compositus sit quaeramus. Primo adspectu dilucide videmus, eum qui tabulam confecerit ordine alphabetico aut *ἀντιστοιχίᾳ* illa a Suida adhibita non usum esse. Itaque nil aliud relinquitur, nisi ut nomina, si modo ratio quaedam servata est, secundum aetatem, qua singuli grammatici floruerint, sint composita. Et est hoc in nostri indicis parte priore, in grammaticis illis, quos numeris 2—11 significavi, dum aetates eorum recte a me delineatae sint. Hic paululum consistamus. Adhuc tantum de una tabula, modo de tab. M modo de tab. C, numquam de ambarum inter sese ratione dixi, et hoc ideo factum est, quod tabulas M et C intimis propinquitatis affinitatisque vinculis coniunctas ex eodem fonte fluxisse censeo. Cur autem, dixerit quispiam, in tab. M nomina 1, 5, 7, 9, 11, 16 et in tab. C 17 – 28 desunt?

1) Horap. Niloi hieroglyphica ed. C Leemans (1835).

Nomen primum Λυκόφρων in tab. C expungendum esse iam supra demonstrasse mihi videor (p. 40). Quod vero ad nomina 5, 7, 9, 11 omissa attinet, equidem ex hac archetypi forma declarem:

2		Διονύσιος	ὁ	Θρᾷξ
3		Ἀπολλώνιος	ὁ	Δύσκολος
4	5	Ἀλέξανδρος		Ὦρος
6	7	Ἀστυάγης		Ὠριγένης
8	9	Ἀγαπητός		Φιλόπονος
10	11	Σέργιος ὁ νεώτερος		Ἰωάννης ὁ Χάραξ

Cum scriptor tab. C singulos versus a sinistra parte ad dextram recte describeret, tab. M librarius praeter duo nomina prima, quibus cognomina addita erant, indicem in duas columnas distribuens alteram, ut figura docet, prorsus omisisse mihi videtur. Fortasse vero casu quodam illa quattuor nomina (Orus Origenes Philoponus Ioannes Charax) exciderunt. Ceterum coniciam, primo grammaticorum indicem haec decem tantum nomina continuisse, quam sententiam sane planissime demonstrare non possum. Sed decem illa nomina simplici naturalique modo nos invenisse aequus iudex concedet atque decadem ipsam et in indicibus conficiendis, ut unum exemplum luculentissimum oratorum Atticorum decadem commemorem, et in omnibus rebus grammaticis summi momenti esse, haec fulciant sustineantque, quae HSteinthal[1]) protulit: „die alten Grammatiker — doch gewiss nicht vor dem 3. Jht. p. Chr. n. — hatten die Neigung, in allen Zahlen, die in den grammatischen Verhältnissen erschienen, einen tieferen mystischen Grund

1) Gesch d. Sprachw. b. d. Gr. u. Röm.² II (1891) 206 adn. et 365 sqq. cf.² I (1890) 346 adn.; de eadem re HUsener quoque egit „Ein altes Lehrgebäude d. Philologie" S.-B. d. k. bair. Ak. d. W. philos.-philolog. u. hist. Cl. 1892 Hft. 4 et in universum cfr. theologumena arithmeticae ed. FAst (1817) passim.

zu suchen. Es giebt 10 προσῳδίαι καὶ οὐ πλείους ἢ ἐλάσσους, weil 10 die vollendete Zahl ist nach pythagoreïscher Ansicht und Etymologie, oder weil wir 10 Sinne haben, αἰσθήσεις τοῦ σώματος καὶ ψυχῆς, nämlich ὅρασιν, ὄσφρησιν, γεῦσιν, ἀκοὴν καὶ ἁφήν, νοῦν, λόγον, δόξαν, φαντασίαν καὶ αἴσθησιν". At vere alibi quoque decem ipsos grammaticos in ordinem esse redactos hoc exemplum insigne evincat. In codice enim Matritensi LXXXIII fol. 55, qui totus propemodum Constantini Lascaris manu exaratus est[1]), tabula ἀρχαίων γραμματικῶν invenitur, quae hos decem, Heliodorum, Apionem, Tryphonem, Habronem, Aristarchum, Apollonium Dyscolum, Herodianum, Dionysium Thracem, Theodosium Alexandrinum, Ioannem Philoponum, complectitur. Primo igitur, ut denuo repetam, decem tantum grammaticos in tabulis nostris consociatos fuisse veri simillimum esse contendam. Quod vero attinet ad cetera catalogi nostri nomina, in quibus certam compositionis rationem invenire non possum, ea a diversis diversorum saeculorum hominibus e libidine primae grammaticorum tabellae decem tantum nomina continenti agglutinata esse mihi quidem videntur.

Restat, ut de tribus grammaticorum indiculis, quos sola tab. M memoriae tradidit, breviter disseramus. Horum vero primum, qui ὅσοι περὶ ὀρθογραφίας inscriptus est, iam Ludwich (l. l. p. 10—11) accuratissime tractavit. Quare modo tabellam illam cum singulorum grammaticorum aetatis numeris atque perpaucis adnotationibus instructam appono:

1	Ἀπολλώνιος		c. 125 p. Chr. n.
2	Ἡρωδιανός		c. 160 „ „ „
3	Ὦρος		c. 150 „ „ „
4	Ῥωμανός		c. 475 „ „ „
5	Θεοδόσιος	(?)	c. 390 „ „ „

1) cfr. Iriarte Reg. bibl. Matrit. codd. Gr. mss. I (1769) p. 314, vide quoque p. 304; repetiit illam tabellam Fabricius-Harles „BG" VI (1798) 310—311 adn. ss).

6	ὁ Φιλόπονος	c. 525 p. Chr. n.
7	ὁ Χάραξ	c. 530 „ „ „
8	ὁ Χοιροβοσκός	c. 575 „ „ „

Praeter unum Romanum de omnibus his commemoratis grammaticis iam supra disputavimus. Romanus (4) vero nemo alius est nisi Philoponi praeceptor, de quo Ludwich (adn. 10 et 35) conferatur. Et quod ad catalogi compositionem attinet, Ludwichio, qui severissime fere aetatum ordine servato nomina distributa esse primo obtutu intellegi contendit, plane assentior. Theodosius solus alio loco, ante Romanum exspectatur, ut hic nominatus atque grammaticus ille a Synesio laudatus (cf. p. 44) idem sit: at constare hoc nemo existimet. Fortasse autem Theodosii nomen, quod Romanum magistrum ab eius discipulo Philopono separat, a librario quodam hoc loco male interpolatus est. Sed cum haec prorsus incerta sint, potius ad alterum catalogum parvolum accedamus, cui ὅσοι περὶ διχρόνων titulus est. Eodem modo quo antecedens indiculus adornatus hic repetatur:

1	Ὧρος	c. 150 p. Chr. n.
2	Παμπρέπιος	c. 475 „ „ „
3	Αἰθέριος Ἀπαμεύς	(?) c. 480 „ „ „
4 (?)	Ὠρίων	c. 450 „ „ „
5	Στέφανος ὁ Κωνσταντίνου πόλεως	c. 460 „ „ „

De Ori (1) aetate iam supra dixi. Et Pamprepius (2) idem videtur esse, de quo Suidas (i. v.) cum permulta alia nobis tradidit tum haec: οὗτος μέγα παρὰ Ζήνωνι ἐδυνήθη, . . . οὕτω διεπονεῖτο καὶ εἰς τοσοῦτον διεγυμνάζετο ὁ Παμπρέπιος, ὥστε ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ λογιμώτατος τῶν αὐτόθι (i. e. Athenis) παιδείας μετειληχότων · · ·. Ultimi vero huius tabellae grammatici, Stephani Constantinopolitani (5), aetas certe definiri non potest. Cum in thesauro illo „Pauly's RE" inscripto (VI (1852) 1415) Stephanum Byzantium medio sexto p. Chr. n. saeculo aequalem Petri Patricii paulo post annum quingentesimum sexagesimum secundum

mortui fuisse contendatur[1]), secundum Krumbacherum (Gd BL² §108,3), quem sequor, Stephanum nostrum quinto p. Chr. n. saeculo floruisse probabile est. Nunc de duobus nominibus antea omissis disseramus. Bis in eodem indice idem nomen Ori (4) consulto scriptum esse nemo putet; sed contra Ritschelium, qui[1]) *Ἡρωδιανὸς* altero loco restituendum esse coniecit, mihi quidem veri simillimum videtur esse, pro Oro secundo *Ὠρίων* fuisse, cum praesertim Ori atque Orionis nomina persaepe commutata esse non ignoremus. **Summa** autem crux est tertium nomen *Αἰθέριος Ἀπαμεύς* (3). **Quis** est, quaero, qui quidquam umquam de Aetherio grammatico dixerit? Ego quidem neminem invenire potui. Et in libris illis, qui de litterarum Graecarum historia conscripti sunt, cum de aliis Aetheriis tum de Aetherio grammatico altissimum silentium tenetur. Num Aetherius, qui adiectivi formam *αἰθέριος* habet, quaerat quispiam, proprium nomen Graecum est? Sane quidem respondeo atque id demonstrabo. Quod primum ad formam attinet, haec grammaticorum nomina eodem modo ficta, *Ἀγαπητός*, *Εἰρηναῖος*, *Εὐδαίμων* exempla luculenta sunt. Sed tantum his duobus locis equidem Aetherii grammatici nomen inveni. E codice Parisino suppl. 133 s. XIV., qui excerpta e Choerobosci orthographia et varia de spiritibus continet, Cramer[3]) descripsit: *Ἀρχὴ τῶν τονιζομένων λέξεων παρεξελεχθέντων τούτων ἐκ τῶν Ὥρου, Χοιροβοσκοῦ, Αἰθερίου γραμματικοῦ, Φιλοπόνου καὶ ἑτέρων* · · ·. Alter locus est in catalogo bibliothecae Laurentianae a Bandinio confecto (II (1768) col. 388): Plut.

1) B = ChFBachr. — 2) opusc. I 623. — 3) AGP I 397. Congruunt fere cum hoc loco hi duo: Cod. Par. suppl. Gr. 202 f. 133ʳ ap. PEgenolffium „d. orthoëpischen Stücke der byz. Litt." progr. gymn. Mannh. (1886—87) 32—33: *Ἀρχὴ τ. τονιζ. λ. παρεκβληθέντων τούτων ἐκ τοῦ Ὥ., Χοιροβοσκοῦ αἰθερίου γραμματικοῦ, Φ. κ. ἑτέρων*; Laur. plut. LV cod. 7 (Bandini col. 263): *Ἀρχὴ τ. τονιζ. λ., παρεξεβλήθησαν δὲ ταῦτα ἐν τῶν ὅρων* (!) *Χοιροβοσκοῦ αἰθερίου γραμματικοῦ κ. ἑτέρων*. Argumento huc conferendum est cod. Vat. 1751 f. 130 ap. Bekkerum AG III 1169 adn.

LVII cod. 34. f. 17: *περὶ τόνων ἐκ τῶν Χοιροβοσκοῦ, Αἰθερίου*[1]) *καὶ ἑτέρων*. Mea sententia vero est haec: iniuria atque falso *αἰθέριος γραμματικὸς* Choerobosci cognomen esse adhuc viri docti, etiam PEgenolff, opinati sunt. Immo vero duobus quoque illis locis in adnotatione allatis Aetherii grammatici cuiusdam nomen restituendum esse censeo. Unde, quaeso, viri illi doctissimi Choeroboscum *αἰθέριον γραμματικὸν* nominatum esse sciunt? Etsi multa variaque cognomina Georgio illi grammatico praeter notissimum *Χοιροβοσκὸς* addita sunt, ut *μέγας, τεχνικός, Βυζάντιος, χαρτοφύλαξ, διάκονος, οἰκουμενικὸς διδάσκαλος*[2]) nusquam tamen, quantum equidem scio, nec Choeroboscus *αἰθέριος γραμματικὸς* appellatus est neque alius grammaticus Graecus. Nihil igitur impedire mihi videtur, quominus illis quattuor locis neminem alium nisi Aetherium grammaticum laudatum esse, qui de spiritibus atque orthographia scripserit et, quod una cum Choerobosco Philoponoque affertur, fortasse sexto p. Chr. n. saeculo floruerit, coniciamus. Nunc redeamus ad indiculum nostrum. Cum vero hic Aetherius Apameensis ab illo Aetherio grammatico diversus esse non videatur, e tabella nostra efficitur, ut Aetherius grammaticus Apamea quadam ortus idem de ancipitibus (vocalibus syllabisve) tractarit et, si ut in aliis eiusdem tab. M indicibus in hoc quoque temporum ordinem servatum putemus, quinto p. Chr. n. saeculo exeunte vixerit. Cur autem, recte quispiam quaerat, Aetherius *γραμματικὸς* appellatur, quod cognomen in grammaticorum enumeratione prorsus supervacaneum videtur esse? At fortasse necesse erat, Aetherium grammaticum ab alio eiusdem nominis eiusdemque aetatis discerni. Quamquam

1) *Χοιροβοσκοῦ Αἰθερίου*, · · de accentibus ex Choerobosci Aetherii, · · sine interpunct. Bandini: *Χοιροβοσκοῦ αἰθερίου*<*γραμματικοῦ*> · · Egenolff. l. l. — 2) GGr IV p. LXI--LXII.

enim nusquam, quantum scio, a viris doctis recentioribus ullus Aetherius commemoratur, de tribus tamen illius nominis hominibus praeter Aetherium grammaticum nonnulla etsi perpauca memoriae tradita sunt. Hoc loco solus Aetherius poeta quidam epicus conferri possit, qui Suida uno teste[1]) ἔγραψε διάφορα καὶ ἐπιθαλάμιον δι' ἐπῶν εἰς Σιμπλίκιον τὸν ἴδιον ἀδελφόν. De huius aetate sane nihil certum est, nisi Simplicium, Aetherii poetae fratrem, eundem atque philosophum illum Simplicium, qui anno quingentesimo undetricesimo p. Chr. n. una cum Damascio aliisque in Persiam emigraret, esse coniciamus[2]). Sed ad Aetherii poetae aetatem definiendam ea condicione ut Aetherius hic nominatus ab Aetherio poeta diversus non sit, haec Suidae (i. v. Πανόλβιος) verba sunt idonea: Πανόλβιος, ἐπῶν ποιητής, ἔγραψε διάφορα καὶ πρὸς Αἰθέριον[3]) μετὰ τὴν νόσον δι' ἐπῶν καὶ πρὸς Ἐρύθριον καὶ πρὸς . . . καὶ ἐπιτάφιον Ὑπατίας θυγατρὸς Ἐρυθρίου. Nam Erythrius eodem Suida (i. v.) auctore ἔπαρχος γεγονὼς ἐπὶ Ζήνωνος· . . . Itaque Panolbius quoque ut Aetherius Zenonis imperatoris aetate i. e. quinto p. Chr. n. saeculo exeunte floruit. Cum vero grammaticum Aetherium item quinto saeculo exeunte floruisse supra demonstrare conatus sim, sententia, Aetherium grammaticum, ut ab poeta Aetherio aequali discerneretur, hoc ipso cognomine γραμματικὸς appellatum esse, nimis audax nobis non videtur. Solum, ut deverticulum meum de Aetheriis perficiam, duos reliquos eiusdem nominis breviter nominem. Aetherius vero architectus in incerti auctoris epigrammate in domum chalcen cognominatam et ab Anastasio rege in Palatio conditam inscripto commemoratur (A P IX 656, 3). Deinde

1) i. v. I 2, 24 Bh.; propter ἀντιστοιχίαν a Suida adhibitam ille locus a plerisque Zellero solo excepto neglectus esse mihi videtur. — 2) cfr. E Zeller „Gesch. d. gr. Philos.“ III 2 (1881)[3] 844 adn. 1 et p. 850. — 3) Ἐθέριον PV.

Rufini cuiusdam, Aetherii filii, epitaphium in Anth. Pal. (VII 558 ἄδηλ.) legitur. Haec habui, quae cum de grammaticorum tabella nostra tum de Aetheriis prorsus in oblivione iacentibus enucleare possem.

Postremo ultimum tab. M indiculum grammaticorum paucis tractemus. Sub titulo ὅσοι <περὶ> ἐθνικῶν haec quattuor nomina leguntur:

1	Ὠρίων Θηβαῖος	c. 450 p. Chr. n.
2	Μητρόδωρος	?
3	Φιλόξενος	c. 525 „ „ „
4	Λογγῖνος	c. 250 „ „ „

Cum de Orione Thebano (1) iam supra satis dictum sit, qui Metrodorus (2) hic intellegatur, diiudicari m. qu. sent. non potest. Nam circiter tredecim Metrodoros elegendos habemus, quorum neminem περὶ ἐθνικῶν scripsisse constat. Fortasse, nisi Metrodorus ille Homeri interpres, qui a Platone in dialogi Ionis nomine significati prooemio commemoratur, hoc loco fortasse, inquam, philosophus Epicureus ille Lampsacenus aut Metrodorus Scepsius a Quintiliano pluribus locis laudatus comprehendendus est. Sed res est incertissima. Philoxenus (3) vero, qui sequitur, idem atque lexicographus ilie[1]), qui sub Iustino anno quingentesimo vicesimo quinto p. Chr. n. consul fuit, videtur esse. Sed utrum Longinus (4), huius catalogi ultimus, secernendus sit necne a Longino illo Aristarchi alterius cognomine exornato, qui etiam κριτικὸς κατ᾽ ἐξοχήν, κριτικώτατος, ἐν κρίσει πρῶτος ὢν καὶ ὑπειλημμένος ἄχρι νῦν[2]) et ab Eunapio[3]) βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον appellatus est, disceptare non ausim. At indiculum nostrum ut nunc sit neque κατὰ στοιχεῖον neque aetatis uniuscuiusque ordine servato compositum esse plane

1) cf. Krumb. GdBL² § 232. — 2) Suid. i. vv. Πορφύριος et Φρόντων; Phot. bibl. cod. 265 p. 492ᵃ B; Porphyr. vit. Plotin. — 3) vitt. sophistt. p. 456 ed. denuo JF Boissonade (1878).

videmus. Sed de his grammaticorum catalogis satis dixi metuoque, ne nimium putes.

Denique nullum grammaticorum indicem auctoritatis ullius per antiquitatem fuisse per se patet. Hoc solum Aristarchum una cum Cratete illustrissimos Graecorum grammaticos a Dione Chrysostomo (or. LIII p. 553 M) et Gellio (II 25, 4) laudari commemoretur. Denique hic silentio non praeteream primam dissertatiunculae „Ein byzantinisches Schulgespräch" inscriptae et a MTrevio[1]) primum editae particulam ad Dionysii Thr. interpretes pertinentem neque illum ampliorem indicem conferre obliviscar, qui a Pachomio Rhusano, decimi sexti fere saeculi monacho, praefationi libri de arte grammatica compilati insertus et in codice Nan. Gr. 305 servatus eos grammaticos continet, quorum scripta ad Manuelis Moschopuli usque aetatem Byzantini frequentissime adhibuerint.[2])

Appendicis loco grammaticorum cuiusdam speciei, eorum enim, qui de re culinaria scripserunt, catalogos non raro apud auctores Graecos inveniri adnoto. Ut in Batonis ἐν Εὐεργέταις fragmento (ap. Athen. XIV 81) et a Polluce (VI 70) complures seu plurimi ὀψοποιητικῆς πραγματείας σοφισταὶ enumerantur. Dein eos, qui δείπνων ἀναγραφὰς fecerunt, Athenaeus (I 8) et Suidas (i. v. Τιμαχίδας Ῥόδιος); eos, qui de ἰχθύων ἐπιμελείᾳ καὶ τέχνῃ disseruerunt, Athenaeus (I 22) et, qui πλακουντοποιικὰ συγγράματα composuerunt, idem Athenaeus (XIV 51) nominat. Postremo eorum nomina, qui περὶ τῆς καρύκης σκευασίας disputarunt, rursus apud Athenaeum (XII 12) collecta videmus.

Non minus quam indices grammaticorum **medicorum** catalogus in tab. M et tab. C asservatus ampliore explicatione eget, quam equidem primus faciam. Sed priusquam

1) Byz. Ztschr. II (1893) 96—105 cum commentario. — 2) cfr. A Baumstark lucubrat. Syro-Graec. in JbfclPhil Sppl XXI (1894) 370.

ad tabulam medicorum explanandam atque interpretandum aggrediar, eos libros, quibus maxime nisus inquisitionem philologis viris non prorsus expeditam prodere audeam, laudabo. Praeter illas particulas, quae in G Christii[1]), F Susemihlii[2]), K Krumbacheri[3]) litterarum Graecarum historiis ad medicinam pertinent, sunt hi: K Sprengel, „Geschichte der Arzneikunde" edit. III, cuius vol. I solum, quod doleo, J Rosenbaum optime denuo tractavit (1846); H Haeser „Lehrbuch d. Gesch. d. Medizin" ed. III (1875); Th Puschmann „Gesch. d. medizin. Unterrichts" (1889); S Guenther „Gesch. d. ant. Naturw." = „Hdbch. d. kl. Altsw." V 1² (1894); Ch Daremberg „Histoire des sciences médicales" (1870) eiusdemque „Notices et extraits des manuscrits médicaux grecs, latins et français" I (1853); IA Fabricius „BG" XIII (1726) et eiusdem operis praeclarissimi multae aliorum voluminum partes; IG Schneider „Eclogae physicae" I (1801). II (1801); CG Kuehn „Opuscula acad. medica et philologica" I (1827). II (1828); IL Ideler „Physici et medici Gr. minores" I (1841). II (1842); denique nonnulli libri et medicorum veterum opera ipsa infra laudata. Similiter vero ut supra in grammaticorum indicibus enumerationem nominum cum uniuscuiusque medici aetatis numero instructorum praemitto.

tab. M	ἀκμή	tab. C
1 Δημόκριτος	c. 425 a. Chr. n.	Δημόκριτος
2 Ἱπποκράτης	c. 425 = = =	Ἱπποκράτης
3 Διοσκορίδης	c. 80 p. = =	Διοσκορίδης
4 Ἀρχιγένης	c. 100 = = =	Ἀρχιγένης
5 Ῥοῦφος	c. 110 = = =	Ῥοῦφος

1) Hdbch. d. kl. Altsw. VII² (1890). — 2) I (1891). II (1892). — 3) Hdbch. d. kl. Altsw. IX 1² (1897).

tab. M	ἀκμή	tab. C
6 Γαληνός	c. 170 p. Chr. n.	Γαληνός
7 Φιλάγριος	c. 310 " " "	Φιλάγριος
8 Θέων	c. 350 " " "	Θέων
9 Ἀλέξανδρος Ἀφροδισιεύς	c. 200 " " "	Ἀλέξανδρος Ἀφροδισιεύς
10 Ἀλέξανδρος Τραλλιανός	c. 560 " " "	Ἀλέξανδρος Τραλλιανός
11 Δημοσθένης	c. 40 " " "	Δημοσθένης
12 Σευῆρος	(?) c. 100 " " "	Σευῆρος
13 ! deest	(?) c. 250 " " "	Φιλούμενος
14 Διοκλῆς	(?) c. 400 a. " "	Διοκλῆς
15 Λεωνίδης	c. 90 p. " "	Λεωνίδης
16 Ἄντυλλος	c. 140 " " "	Ἄντυλλος
17 Σωρανός	c. 120 " " "	! deest
18 Ὀριβάσιος	c. 370 " " "	"
19 Ἀέτιος	c. 510 " " "	"
20 Ἰάκωβος	c. 460 " " "	"
21 (?) Σκύπαλος	(?)	"

Easdem difficultates, quas in grammaticorum catalogis invenimus, etiam medicorum index praebet, cum saepissime compluribus medicis idem nomen sit. Agmen ducit Democritus (1), philosophus ille Abderites, qui cum alia multa tum scripta physica et medicinalia confecisse dicitur. Secundum nonnullos auctores Democritus quoque unus e magistris Hippocratis[1]) (2), Coi magni et medicorum principis, qui in nostro indice Democritum subsequitur, fuit. Tertius Dioscorides (3), cuius nomen melius Dioscurides scribitur et qui certo Pedanius ille Dioscurides Anazarbeus

1) ed. Littré 10 voll. (1839—1861); Hippocratis opera quae feruntur omnia I (1894) cer. H Kuehlewein.

putatur, medicus dogmaticus atque scriptorum Hippocraticorum διασκευαστής; praecipue vero Dioscurides propter opus ad herbarum scientiam spectans, quod totum nobis servatum[1]) περὶ ὕλης ἰατρικῆς inscribitur, celeberrimus est[2]). Sequitur Archigenes (4), pneumaticus medicus praeclarus, qui ab Alexandro Tralliano[3]) ὁ θειότατος nominatus, Suida teste πολλὰ ἰατρικά τε καὶ φυσικὰ scripsit. Proximus Rufus (5) Ephesius sub Traiano floruit[4]) et Claudius Galenus (6) omnes medicos Hippocrate solo excepto et doctrina et fama facile superavit[5]). Philagrius (7) Valentis tempore floruit atque Theon Alexandrinus (8), Hypatiae illius recentioribus quoque notissimae[6]) pater, quarto p. Chr. n. saeculo archiater fuit. Multum vero difficultatis nomen Ἀλέξανδρος Ἀφροδισιεύς (9) habet. Nam medicum diversum esse a philosopho eiusdem nominis peripatetico, qui multa Aristotelis scripta optime interpretatus est, ut ὁ ἐξηγητὴς κατ' ἐξοχὴν nominaretur, iam Fabricius probabile esse putavit. Praeterea nunc ab omnibus viris doctis unus Alexandri Aphrodisiensis philosophi libellus, qui ad medicinam pertinet, ἰατρικὰ ἀπορήματα καὶ φυσικὰ προβλήματα, ab illo abiudicatur[7]). Quare illum librum ab Alexandro quodam Aphrodisiensi medico, qui certo non ante medium tertium p. Chr. n. saeculum vixerit, scriptum esse coniciatur. At veri similius esse mihi videtur, iam brevi προβλήματα illa sub Alexandri Aphrodisiensis philosophi notissimi nomine propagata et in tabulis nostris hunc locum

1) ed. K Sprengel (1829) = voll. XXV. XXVI med. Gr. Kuehn. — 2) de nostro Dioscuride et de aliis eiusdem nominis hominibus v. EHF Meyer „Gesch. d. Botanik. Studien“ I (1854) 237 sqq. II (1855) passim [cf. „Ernst Meyer als Gelehrter und Dichter. Oeffentl. Vortrag, geh. am 22. II. 1870 v. Prof. Dr. G Zaddach“ publici iuris fact. in „Altpreuss. Monatsschr.“ XXIII (1896) Hft. 1. 2]. — 3) II 265 Puschm. — 4) Oeuvres de Rufus d'Ephèse edd. Daremberg et Ruelle (1879). — 5) ed. Kuehn 21 voll. (1821—1833), compluria scripta nunc in Bibl. Teubn.; cfr. Pass „Galeni vita eiusque de medicina merita et scripta“ (1854). — 6) cf. fabulas Milesias a C Kingsleyo et F Mauthnero compositas. — 7) cfr. A Gercke ap. „Pauly-Wissowa RE“ I col. 1455.

philosophum Alexandrum propterea tantum nactum esse, quod eiusdem nominis medicus notus, Alexander Trallianus (10), sequitur, iatrosophista ille Iustiniani imperatoris tempore clarus[1]). Demosthenes (11) Philalethes Neronis aetate erat celeber ophthalmologus, qui tres libros de oculis apud multos medicos commendatos reliquit. Severus (12), ad quem nunc accedimus, idem, quem et Galenus et Aetius saepius laudant, videtur esse. Fortasse Severus noster non diversus est a Σεβήρῳ quodam, qui in opusculo περὶ σταθμῶν a Lagardeo[2]) primum edito nominatur. Recentiores libri ad medicinam spectantes de Severo medico altissimum silentium tenent, quamvis ex eo, quod non raro Galenus aliique illum conferunt, sequi mihi videatur, ut Severus medicus non nullius auctoritatis fortasse primo seu altero p. Chr. n. saeculo floruerit[3]). Philumenus (13), quem primo p. Chr. n. saeculo fuisse omnes viri docti existimaverunt, nunc a M Wellmanno[4]) iustis causis etsi non gravissimis in tertium p. Chr. n. saeculum transponitur. Quod vero in tab. M Philumeni nomen excidit, fortuito hoc factum esse puto. Sequitur in ambabus tabulis Diocles (14) Carystius ille notus, tum Leonides (15) Alexandrinus a Galeno ἐπισυνθετικὸς nominatus. Antyllus (16) post Archigenem, ante Galenum floruit et Soranus (17) Ephesius, methodicus medicus, sub Traiano atque Hadriano Romae vixit. Oribasius (18), Iuliani imperatoris amicus, Pergamenus seu Sardianus fuit[5]) et

---

1) Th Puschmann „Alexander von Tralles, Originaltext u. Uebers.“ 2 voll. (1878. 1879). Addita. in „Berl. Stud. f. Philol.“ V (1886) 2. — 2) „Symmicta“ I 167—173. — 3) Addam, Harlesio teste „BG“ ²X (1807) 625 Severi librum medicinalem esse inter mss. lat. bibl. Iacobaeae cod. DVIX num. 8634 cat. mss. Angliae II saec. XII., qui, quantum equidem scio, adhuc non editus est. — 4) „Die pneumatische Schule bis auf Archigenes“ = Philolog. Untersuchg. edd. A Kiessling et UvWilamowitz-Moellendorff. Hft. XIV (1895) 129—130. — 5) Oeuvres d'Oribase edd. Boussemaker et Daremberg. 6 voll. (1851—1876).

Aetius (19) Abydenus aut, ut alii rectius scribunt, Amidenus medio sexto p. Chr. n. saeculo vel paulo ante Constantinopoli archiater factus est. Iacobus[1]) (20), ad quem pergimus, idem videtur esse, qui a Suida *διαγνωστικὸς καὶ προγνωστικὸς* appellatus sub Leone primo Byzantii vixit. Relinquitur nobis nomen *Σκύπαλος* (21), quod nullo alio loco legitur. Quadecausa *Σκύπαλος* nomen proprium non fuisse sed aliquo modo e cognomine antecedentis Iacobi corruptum esse ratus A Brinkmanni coniecturam, e *Σκύπαλος* Iacobi Byzantii cognomen *ὁ Κωνσταντινοπολίτης* restituendum esse, veri simillimam habeo[2]).

Si vero nunc singulis medicis breviter tractatis compositionem indicis nostri quaerimus, statim decem prima quidem nomina temporum ordine, cum Alexandrum Aphrodisiensem omittamus, accuratissime servato distributa esse videmus. Repetere velim, itidem ut in grammaticorum indicibus decem ipsa nomina certo ordine coniuncta nos invenisse, quae sola genuinus medicorum catalogus continuisse mihi videatur. Neque silentio praetereundum est, et grammaticorum et medicorum indicibus primis medium sextum p. Chr. n. saeculum terminum, post quem catalogi confecti sint, reperiri. Reliqua nomina vero medicorum posterioribus temporibus fortasse a diversis hominibus illis primis adiecta esse equidem coniciam. Ceterum id respiciendum est, in tab. C et grammaticorum et medicorum indicem sedecim nomina atque tab. M medicorum catalogum ut nunc est viginti i. e. bis decem nomina habere, quod forte vel casu factum esse non putem.

Restat, ut ad aliam medicorum tabellam transeam, quae propter formam Byzantinis temporibus usitatam ab omnibus viris doctis, quantum equidem scio, adhuc prorsus

1) *Ἰακώβου* cuiusdam *τοῦ Ὀλερίου* mentio fit in cod. Ath. 3321. 248. XVII. cf. „Cat. of the gr. mss. on mount Athos“ ed. SpPLambros I (1895) 227. — 2) Simile compendium in studiis Byzantinis usitatissimum est „Kpel“ pro „Konstantinopel“.

neglecta est minime iure ac merito. Cramer enim[1]) indicem tripertitum publici iuris fecit, in quo trium sectarum medicorum praecipuarum principes enumerantur; sed inter eos quattuor nomina *Σαραπίας* . ., *Σερξέστας ὁ Ἀπολλώνιος*, *Μεθήσων* . ., *Μονόμαχος* . ., inveniuntur, quorum quisque nullo alio loco vel ut medici ullius nomen vel Monamacho solo excepto ut Graecum nomen ipsum exstet. Equidem vero catalogum illum re argumentove optimum atque omnino non contemnendum et nomina illa quattuor e notissimis medicorum nominibus corrupta esse contentione comparationeque nostrae tabellae cum alia simillima quam PLambecius[2]) protulit, demonstrare ac coarguere posse mihi videor.

Lambecius l. l.	Cramer l. l.
Διαίρεσις β̄. Τρεῖς αἱρέσεις, λογική, μεθοδική, ἐμπειρική.	
Διαίρεσις γ̄. Συνεστήσαντο τὴν ἐμπειρικὴν οἴδε· *Ἄκρων Ἀγραγαντῖνος(!), Φύλινος(!) Κῶος, Σεραπίων Ἀλεξανδρεύς, Σέξτος, Ἀπολλωνίος(!).*	*Πόσοι εἰσὶν οἱ συστησάμενοι τὴν ἐμπειρίαν ἰατρικήν; τέσσαρες. τίνες οὗτοι; Ἄκρων ὁ Ἀκραγαντῖνος, Φίλινος ὁ Κῶος, Σαραπίας ὁ Ἀλεξανδρεὺς καὶ Σερξέστας ὁ Ἀπολλώνιος.*
τὴν δὲ λογικὴν οἴδε· *Ἱπποκράτης, Διοκλῆς, Πραξαγόρας, Φιλότιμος, Ἀσκληπιάδης.*	*Καὶ πόσοι οἱ συστησάμενοι τὴν λογικήν; πέντε. τίνες οὗτοι; Ἱπποκράτης ὁ Κῶος, Πραξαγόρας, Φιλότιμος, Ἐρασίστρατος καὶ Ἀσκληπιάδης.*
τὴν μεθοδικὴν οἴδε· *Θεμίσων Λαοδικεύς, Μενέμαχος, Θέσσαλος, Σωρανός.*	*Καὶ πόσοι εἰσὶν οἱ συστησάμενοι τὴν μεθοδικὴν ἐπιστήμην; τρεῖς. τινες οὗτοι; Μεθήσων ὁ Λαοδικεύς, Μονόμαχος ὁ Ἀφροδισιεὺς καὶ Σωρανὸς ὁ Ἐφέσιος.*

Cum corruptis illis nominibus se ipsa emendantibus interpretatio amplior necessaria esse mihi non videatur, tabellam tantum similiter, ut supra in grammaticorum et medicorum

1) AGP I 395 e cod. Par. 2286 s. XIV. fol. 104. — 2) i. comment. de august. biblioth. Caes. Vindob. VI (1674) 151—152: *Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν διαιρέσεων πασῶν τῶν Γαληνείων πραγματειῶν* e cod. XXXV ab Augerio Busbeckio exarato (l. l. p. 144) f. 329 I—359 II. Hanc notitiam cum aliis ABrinkmanno, praeceptori meo carissimo, debeo. Tabellam illam partim repetiit IAFabricius in Sext. Empir. edit. inter de S. E. testimonia (1718) p. 2; [2](1842) p. XVI.

catalogis factum est, instructam hic appono. Quod vero l. l. medicina in tres partes dividitur, hoc aliunde quoque ut ex Ausonii gripho ternarii numeri (v. 67—68)[1]) notum est.

Lambecius	ἀκμή	Cramer
	I. empirici medici	
1 Acron	c. 430 a. Chr. n.	Acron
2 Philinus	c. 280 „ „ „	Philinus
3 Serapion	c. 250 „ „ „	Serapion
4 Sextus	c. 180 p. „ „	Sextus
5 Apollonius	(?)	Apollonius
	II. logici medici	
1 Hippocrates	c. 425 a. Chr. n.	Hippocrates
2 Diocles	(?) c. 400 „ „ „	! deest
3 Praxagoras	c. 310 „ „ „	Praxagoras
4 Philotimus	c. 290 „ „ „	Philotimus
5 ! deest	c. 290 „ „ „	Erasistratus
6 Aclepiades	(?) c. 70 „ „ „	Asclepiades
	III. methodici medici	
1 Themison	c. 50 a. Chr. n.	Themison
2 Thessalus	c. 20 p. „ „	! deest
3 Menemachus	c. 20 „ „ „	Menemachus
4 Soranus	c. 120 „ „ „	Soranus

Videmus igitur, singulas tabellae particulas aetatum ordine semper accuratissime servato compositas nullum praeter Sextum et Soranum continuisse, qui p. Chr. n. vixerit. Porro luce clarius est, indicem a Lambecio primum publici iuris factum illi a Cramero edito fuisse archetypo, cum perpaucae differentiae nullius paene nomenti earumque causae facile perspiciendae sint. Denique etiam de auc-

1) cf. etiam Cels. medic. I pr.

toribus tabellarum aliquid etsi non certissimum m. qu. sent. conici possit. Quod enim teste Lambecio (l. l. 151) archetypus medicorum catalogi in Claudii Galeni libris *περὶ αἱρέσεων* sive de sectis conscriptis invenitur et Galeni nomine prorsus omisso nullum extra annum, quo Galenus mortuus est, excedit, nos a vero non multum aberraturos esse spero, cum etsi non Galenum ipsum, tamen unum e discipulis sectatoribusve eius tabellam confecisse putemus. Postremo etiam catalogi Crameriani auctorem dubito an ex codicis Parisini fine cognoscamus, ubi haec sunt *ἐγὼ δὲ μόναχος* (l. *μοναχὸς*) *Νεόφυτος κατὰ στοιχεῖον ταῦτα συνέταξα σποράδην αὐτὰ εὑρὼν καὶ πολλὰ προσθεὶς ἀπὸ τῶν* · · · · (Seq. lexic. medic. alphab. ord.). Si hic Neophytus monachus medicorum tabellam quoque composuit atque non diversus est ab monacho Neophyto *Ἔγκλειστος*[1]) cognominato, indicis nostri auctor a. millesimo centesimo tricesimo quarto p. Chr. n. natus est. Haec habui, quae de hoc medicorum catalogo usque adhuc atque immerito neglecto proferrem.

Quamquam nullus medicorum index auctoritatis magnae per antiquitatem fuit, tamen non raro apud auctores antiquos recentioresque e multitudine hominum artis medendi peritorum complures celeberrimi et optimi enumerantur. Ut A. Cornelius Celsus (medic. I pr. cf. V pr.), C. Plinius Secundus (nat. hist. XXIX 5), Photius (cod. 178 p. 123^b B; cod. 221 p. 177^a B; cod. 242 p. 334^b B, Michael Italicus (epist. XXI)[2]), alii[3]) partim inter se con-

1) cfr. Krumbacher GdBL^2 § 124. Alius „moine Néophytos“ videtur esse, cuius „le scholie sur le schiffres Hindous“ P Tannery ed. Revue archéol. III série 5 (1885) p. 99—102. — 2) hunc epistolarum illarum, quas Cramer AGO III (1836) 188—189 (epist. XXI) edidit, esse scriptorem iustissimis causis demonstravit M Treu BZ IV (1895) 1—22. cf. Krumb. GdBL^2 § 197. — 3) Cod. 2432. 99. XVII. v. „Cat. of the gr. mss. on mount Athos“ ed. Sp P Lambros I 206 et cod. 3321. 248 XVII. ibid. p. 305. — *ἐμπειρότατοι ἰατροὶ Ἀράβων τε καὶ Ἑλλήνων* enumerantur in prooemio („préambule qui ne se trouve nulle part ailleurs“

sentientes praeclarissimos medicos nominant, cum eorum nomina, qui de herbis scripserunt, a Plinio (nat. hist. XXV 5 et XXVI 6) congesta sint. Ut alia omittam, tantum commemorem, astrologos atque de magica arte scriptores a Plinio (nat. hist. XXX 2), Ioanne Laurentio Lydo (de ostent. c. 2 ed. CWachsm. (1863) cf. p. XVII—XVIII), Michaele Italico (epist. XIX ap. Cramerum l. l. p. 185) aliisque appellari. Denique B de Montfaucon in „Palaeographia Gr.“ (1708) 374—375 codicem Graecum (bombyc.) bibliothecae Ambrosianae descripsit, qui pro bibliotheca eorum, qui de auro conficiendo scripserint, haberi possit.

Si nunc ad eos, qui et in tab. M ultimum locum tenent et omnino disciplinae in ultimas res humanas divinasque spectanti operam dederunt, ad **philosophos** transimus, non supervacaneum fore spero, antea nos perpaucis de s e p t e m i l l i s s a p i e n t i b u s agere, qui in primis omnium *σοφῶν* putantur. Cum vero FEBohren (diss. Bonn. 1867) atque alii viri doctissimi omnes fere quaestiones ad septem sapientes pertinentes optime absolverint, equidem, quod adhuc, quantum scio, sub uno aspectu non est positum, tabella parvola, qui viri a diversis diversorum temporum hominibus in sapientum numero habiti sint, ostendam et locorum, quibus septem sapientum mentio fiat, collectionem etsi non perfectissimam in adnotatione[1]) addam:

Drmbrg). *μεταφράσεως τῶν Ἐφοδίων Ἰσαὰκ τοῦ Ἰσραηλίτου τοῦ διασημοτάτου τῶν Ἀράβων ἰατροῦ ἀπὸ φωνῆς Κωνστάντιος* („*-τίου* ou *τίνου*?“) *τοῦ Μεμφίτου ἰατροῦ* ed. ChDaremberg „notices et extraits“ . . . (1853) 75. 76. cf. ib. p. 82. — HDiels, qui „Doxogr. Gr.“ (1879) 425. 426 locos ad quaestionem *εἰ καὶ τὸ ἔμβρυον ζῶον καὶ πῶς τρέφεται τοῦτο* pertinentes collegit, omisit hunc: *τρισὶν ἐνετύχομεν βίβλοις περὶ τούτου τοῦ ζητήματος, Ἱπποκράτους Πορφυρίου καὶ Γαληνοῦ*·...Psell. *διδασκαλ. παντοδαπ.* e cod. Par. 854 f. 159 Cramer ed. AGP I 342. — 1) P l a t. H i p p. m a i. p. 281 c (*οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι, ὧν ὀνόματα* (*τὰ ὀνόματα* IBaumann) *μεγάλα λέγεται ἐπὶ σοφίᾳ*); A n t i p. S i d. in A n t h. P a l. VII 81 (*ἑπτὰ σοφῶν*); S t r a b. VII 9 (*σοφόν*); A n o n. AP IX 366 (*ἑ. σοφῶν*); A n o n. A. Gr. a p p. n. IV 48 (*ἑ. σοφῶν*); N i c o l. D a m a s c. fr. 59 FHG III 393 (*τῶν ἑ. σοφῶν*); H y g i n. f a b. CCXXI (septem sapientes); P l u t. S o l. c. 3, 5. 6 (*τῶν σοφῶν*); i b i d. 12,5 (*ἐν*

Thales, Pittacus, Bias, Solon, Cleobulus, Myson, Chilon: **Plat. Prot.** p. 343 a; Paus. X 24, 1; Steph. Byz. i. v. *Χήν*. — **Thales, Pittacus,** Bias, Solon, Cleobulus, Myson, Periander, Chilon: Antip. Sid. in **Anth.** Pal. VII 81 (lemm.). — Thales, Pittacus, Bias, Solon, Cleobulus, **Myson,** Periander, Chilon: Anon. in AP IX 366; Anon. in A. Gr. app. n. IV 48; Hygin. fab. CCXXI; Plut. de E ap. Delph. p. 358 e; Schol. in Lucian. Phal. pr. 18 (IV 137 Jac.); Schol. in Luc. fug. 19 (ibid. p. 248); Diog. Laert. prooem. 13; Auson. lud. sept. sap. p. 104—111 Sch; Ps.-Auson. (fort. Ugoletus teste Peipero) de sept. sap. p. 250 Sch; August. de civit. dei XVIII 25; Apoll. Sid. XV 42—53; Demetr. Phal. in Stob. floril. III 79; Stob. ed. Mein. IV 296—298. — Thales, Pittacus, Bias, Solon, Cleobulus, Periander, **Epimenides, Anacharsis,** Chilon: Clem. Alex. I 14, 59. — Thales, Pittacus, Bias, Solon, Cleobulus, Anacharsis, Chilon: Stob. floril. XLVIII 47. — **Periander, Pittacus,** Bias, Solon, Cleobulus, Anacharsis, Chilon: Auson. sept. sap. sent. p. 246—249 Sch. — Titan, Thucydides, Bias, Solon, Menander, Plato, Chilon: Ined. biblioth. Patmiac. *ΣΞΓ* ed. MISakkélion in „Bull. de corr. Hell.“ I (1877) 6. — sedecim nomina diversa: Diog. Laert. I 1, 40–42. —

τοῖς σοφοῖς); id. Pelop. 21, 3 (*τὸν σοφόν*); id. de E (ap. Delph. p. 358 e (*ἐκείνους τοὺς σοφοὺς ὑπ' ἐνίων δὲ σοφιστὰς προσαγορευθέντας . . . τῶν σοφῶν*); Ps.-Plut. sept. sap. conv. c. 7; ib. c. 11; Paus. I 23,1 (*ἑ. σοφούς*); id. X 24, 1 (*σοφούς*); Clem. Alex. I 14, 59 (*τοὺς ἑ. σοφούς*); Schol. in Pind. Isth. 2, 17 ed. E Abel II 384 (*τοῖς ἑ. σοφοῖς*); Schol. in Lucian. Phal. pr. 18 (*τῶν ἑ. σοφῶν*); Schol. in Luc. fug. 19 (*τοὺς ἑ. λεγομένους σοφούς. . . οἱ ἑ.*); Diog. Laert. prooem. 13 (*σοφοί . . . οἱ μὲν σοφοί*); id. I 1, 22 (*οἱ ἑ. σοφοί*); id. I 1, 40—42 (*τῶν ἑ. . . . τοὺς ἑ.*); id. I 3, 73 (*τῶν ἑ. σοφῶν*); id. IX 11, 71 (*τῶν ἑ. σοφῶν*); Jambl. de vit. Pythag. 18, 83 (*τῶν ἑ. σοφιστῶν*); Euseb. praep. ev. X 4, 12 (*οἱ ἑ. σοφοί*); Auson. lud. sept. sap. p. 104—111 Sch (septem sapientes . . . s. sapientum); id. sept. sap. sent. p. 246—249 Sch; Ps.-Auson. de sept. sap. p. 250 Sch (sapientum); August. de civit. dei XVIII 24 (septem sapientibus . . . *σοφοὶ* appellati); ib. XVIII 25 (septem sapientibus . . . s. sapientes); Apoll. Sid. XV 42—53 (septem sapientes); Steph. Byz. i. v. *Χήν* (*τ. ἑ. σοφῶν*); Theodoret. Graec. affect. cur. V 62—63 p. 217 Gaisf. (*ἑ. σοφῶν*); Demetr. Phal. *τῶν ἑ. σοφῶν ἀποφθ.* in Stob. floril. III 79; Nicol. *ἐθῶν συναγωγ.* in Stob. flor. V 73 (*τ. ἑ. σοφῶν*); ib. XLIII 131; XLVIII 47 (*τῶν ἑ. σοφῶν*); Stob. ed. Mein. IV 296—298; Luxor. de sent. sept. philosophorum in Anth. Lat. I 233—234 Riese; Suid. i. v. *Θαλῆς* (*ἐπὶ τῆς *** ζ̄*); id. i. v. *Κλεόβουλος* (*τῶν ἑπτὰ ὀνομαζομένων σοφῶν*); i. v. *Μίμνερμος* (*τῶν ζ̄ σοφῶν*); i. v. *Περίανδρος* (*τῶν ζ̄ σοφῶν*); i. v. *Πιττακός* (*τῶν ἑ. σοφῶν*); i. v. *Σόλων* (*τῶν ἑ. ὀνομαζομένων σοφῶν*); Io. Tzetz. chil. II hist. 55—58 v. 916—919 (*περὶ σοφῶν ἑπτάδος*); Ined. bibl. Patm. ed. MISakkélion in „Bull. de corr. Hell.“ I (1877) 6 (*οἱ ἑ. σοφοί*).

Philosophi vero celeberrimi atque illustrissimi in tab. M et C iure ac merito Plato et Aristoteles praedicantur. Mirum est, hoc geminum signum splendidissimum non ut exspectatur apud auctorem ullum antiquum laudatum nos videre. Si enim, quod perraro fit, scriptor aliquis e philosophorum turba electum facit, ille ternario numero uti solet. Ut Dionysius Hal. (de comp. verb. c. 24 p. 187 R) *κορυφὰς ἁπάντων καὶ σκοποὺς καθ' ἑαυτὴν δόξαν* Democritum Platonem Aristotelem laudat, cum in eiusdem Dionysi de imitatione librorum epitoma (c. 2 p. 430 R) praeter Platonem Aristotelemque Xenophon nominatus sit. Cicero (Brut. 31, 121) autem Theophrastum dulcem et Velleius Paterculus (I 16) Socratem illis duobus tertium addidit. Et anonymus aliquis (in AP app. III 238) cecinit:

Τρεῖς οἶδα πρώτους τῆς ἐπιστήμης στύλους·
Ἀριστοτέλην, Πλάτωνα, Πυθαγόραν,

cum alii (AP app. III 203) *τρεῖς σοφίης πολυΐστορος ἔκκριτοι ἀστέρες οἷοι* Archytas Plato Aristoteles sint. Sed in his versibus non serium delectum, potius ludicrum tantum epigrammatistae cuiusdam nos habere libenter concedo. Idem valet de versibus illis (AP app. V 59), quibus bis tres *σοφοὶ τῶν Ἀθηνῶν* laudibus efferuntur. At praeter ternarium etiam denarium numerum aeque atque in aliis ut vidimus in philosophis elegendis adhibitum esse, inde intellegimus, quod ab anonymo quodam (AP app. III 202) decem philosophorum sectae *δεκὰς τελεία, τῶν δέκα στύλοι γενῶν* enumerantur et Diogene Laertio teste (II 5,47) *τῶν διαδεξαμένων (τὸν Σωκράτη* sc.) *τῶν λεγομένων Σωκρατικῶν οἱ κορυφαιότατοι μὲν Πλάτων Ξενοφῶν Ἀντισθένης, τῶν δὲ φερομένων δέκα οἱ διασημότατοι τέσσαρες Αἰσχίνης Φαίδων Εὐκλείδης Ἀρίστιππος*[1]) habentur. Sed certum philosophorum censum numquam nimirum fuisse, satis accurate

1) cfr. Brzoska p. 48—49.

Steffen (p. 53—54) demonstravit. Illas vero tabulas vel *πίνακας τῶν διαδόχων ἀπὸ Πλάτωνος καὶ ἀπ' Ἀριστοτέλους* saepius servatas, ut unum exemplum luculentissimum academicorum philosophorum indicem Herculanensem[1]) afferam, hic praetermitto. Tantum *Πυθαγορείων γνωριζομένων* catalogum amplissimum, ducenta duodeviginti nomin acomplectentem, cui septemdecim (sedecimve) *Πυθαγορίδες γυναῖκες ἐπιφανέσταται* additae sunt, Iamblichum (de Pythag. vit. c. 36, 267) memoriae tradidisse, commemoratum velim. Quod denique ad Platonis et Aristotelis commentatores interpretesque attinet, qui in tabulis nostris nominantur, rursus lectoris animum in disputationem illam „Ein byzantinisches Schulgespräch" (v. p. 154 adn. 1) inscriptam converto. Ad extremum etiam scriptorum de agri cultura rusticisque rebus, inter quos non pauci philosophi sunt, inveniuntur indices, ut Graecorum apud Varronem (rer. rust. I 1, 7—10, Columellam (de re rust. I 1, 7—15), Photium (bibl. cod. 163 p. 106—107 B) et Romanorum apud Columellam (l. l.) et Plinium (nat. hist. XVIII 3), cum agri mensorum tabella in Ps.-Boethii demonstratione artis geometricae[2]) nobis asservata sit.

Postquam vero tab. M duce diversissimas et poetarum et scriptorum disciplinas id spectantes, utrum canones eorum alicuius auctoritatis per antiquitatem fuerint necne, perlustravimus atque percensuimus, postremo strictim in artifices animum nostrum transferamus, cum horum census firmos fuisse a viris doctis quibusdam pro certo habitum sit. Brzoska enim (68—75) Quintiliano (XII 10, 3—6; 7—9) nisus non minus decem pictores et decem statuarios quam decem illos oratores Pergami in canonem certum

1) voll. Herc. coll. II tom. I fol. 162—197, rec. F Buecheler Ind. lect. Gryphisw. WS 1869/70 p. 4—22. — 2) ed. in „D. Schriften d. röm. Feldmesser hrsg. u. erl. v. F Blume, K Lachmann u. A Rudorff" I (1848) 403—404.

redactos esse sibi persuasit. Et CRobert[1]) ex undecim pictoribus, quos Quintilianus (l. l.) pro decem enumerat, non cum Brzoska Euphranorem extremo loco nominatum sed Polygnotum, qui tabularum pictor (i. e. „Tafelmaler") non fuerit, a ceteris seiungens Broskae sententiam in universum probavit. At in horum virorum doctorum commenta iure ac merito MFraenkel[2]) peroravit. Cum vero Pergami pictura, quantum scimus, sine ullo momento fuerit atque Quintilianus non decem sed undecim pictores enumeret, et de Pergamenis artificum decadibus et documentis gravibus prorsus deficientibus de canonibus artificum omnino somnium est. Equidem Fraenkelio omnimodo assensus, ut perinde in artificibus atque in poetis scriptoribusque eligendis homines criticos saltem numeros certos praecipueque ternarium numerum adhibuisse ostendam, hanc tabellam ad extremum annecto:

Myro, Polyclitus, Lysippus:	Cic. de orat. III 7, 26.
„ „ Phidias:	Dionys. Hal. de Thuc. iud. c. 4 p. 817 R.
Alcamenes, „ „	„ „ de admir. vi dic. in Dem. c. 50 p. 1108 R.
„ „ „	Dio Chrys. or. XII 45 p. 207 M.
Polygnotus, Pauson, Dionysius:	Arist. art poet. c. 2 p. 1448 a.
Zeuxis, Aglaophon, Apelles:	Cic. de orat. III 7, 26.
„ Protogenes, „	Dionys. Hal. de Thuc. iud. c. 4 p. 817 R.
Polygnotus, Timanthes, Parrhasius:	Dionys. Hal. de admir. vi dic. in Dem. c. 50 p. 1108 R.
„ Aglaoplon, Zeuxis:	Dio Chrys. or. XII 45 p. 207 M.
Aristides, Pausias, Nicophanes:	Athen. XIII 21.
Zeuxis, Polygnotus, Euphranor:	Philostr. vit. Apoll. II 20.
Zmilis, Rhoecus, Theodorus:	Plin. nat. hist. XXXVI 90.

1) „Archäologische Märchen aus alter und neuer Zeit" = Philolog. Unters. hrsg. v. A Kiessling u. UvWilamowitz-Moellendorff Hft. X (1886) 71—72. — 2) „Gemälde-Sammlungen u. Gemälde-Forschung in Pergamon" in „Jahrb. d. kais. d. arch. Inst." VI (1891) 49—60.

Sententiae controversae.

I. Plutarch. amat. c. 2 (749 F) lego: · · ·, *ὅπως ἀθικτος αὐτῶν καὶ καθαρὸς* . . .

II. Iamblich. de vit. Pythag. c. 36 p. 267 post **Myiam** Arignotes nomen inserendum esse conicio.

III. Io. Tzetz. schol. in Lycophr. I 251 M : Codicum lectio *Ὅμηρος ὁ πολύς* (*παλαιὸς* Mueller) retinenda est.

IV. Columell. de re rust. I 1, 8 propono: Euphronius, Chaeresteus, Euphronius alter, . . .

V. An inscriptio carminis theotisci „Das Weszobrunner Gebet“ nominati ‚De poeta‘ nil aliud nisi ‚De mundi creatore‘ significet dubito.

VI. In Schilleri adulescentuli carminis, quo pro venia feriarum autumnalium concessa gratias agit, versu 10 (I 8 Goed.) restituo: „Doctus · · ·

Scriptoris vita.

Fridericus Guilelmus Otto Kroehnert, a. d. III Kal. Decembr. a. MDCCCLXXIII haud procul a Russorum finibus in vico Eydtkuhnen nominato natus atque fidei evangelicae addictus sum. Quod et pater Guilelmus et mater Elisabeth e gente Pfundtnerana adhuc vivunt, valde gaudeo. Puer quattuor annorum Gumbinnam matris sorori Mariae eiusque coniugi Hermanno Matthée traditus sum, qui diligentissime optimeque me erudiverunt atque ad id tempus omnimodo adiuvant. Quoad in vita sum, eis semper gratias quam summas habebo. Prima litterarum elementa avus Iosephus Pfundtner, ludi magister, domi me docuit, et cum octavum agerem annum, gymnasium urbis Gumbinnae Fridericianum regium adii, quod tum auspiciis florebat Iulii Arnoldt, viri clarissimi, mox Antoni Viertel, doctissimi humanissimique viri, in cuius locum non multis annis post Georgius Kanzow, vir liberalissimus, successit. Sed vere a. h. s. XCIII cum maturitatis testimonio a gymnasio dimissus in academiae Albertinae Regimontanae cives receptus sum, ut magna ingenii inclinatione ductus litterarum Graecarum Romanarum Germanicarum studiis me darem. Regii vero philologorum proseminarii sodalis fui per sex menses, per sex semestria seminarii. Idem Germanico seminario, quod Oscari Schade, honestissimi viri et venerandissimi, auspiciis viget, tres annos sodalis interfui. Praeterea Hermanno Baumgart, viro humanissimo, gratiam habeo maximam, quod me exercitationibus aesthetico-criticis benignissime admisit, et Ottoni Rossbach, doctissimo viro, per quem archaeologicarum exercitationum participem esse mihi licuit.

Scholas frequentavi virorum doctissimorum:


Baumgart, Brinkmann, Gercke, Haendtke, O Hoffmann, Jeep, K Lange, Ludwich, O Rossbach, Ruehl, Schade, Thiele, Uhl, Walter,

quibus studiorum meorum adiutoribus omnibus summas habeo gratias atque semper habebo, inprimis autem Arthuro Ludwich, praeceptori meo dilectissimo, qui omni modo atque omni tempore et opera et consilio mihi favit nec non Augusto Brinkmann, viro doctissimo atque benignissimo, et Udalrico Friedlaender, amico meo litteratissimo, qui in hoc opusculo elaborando optime me adiuverunt. Item maximam gratiam debeo bibliothecae et aulicae et publicae Monacensis rectori humanissimo, quo auctore codicis laterculus diligentissime mihi descriptus est, atque Ioanni Graeven et Georgio Karo, viris doctissimis, qui liberalissime accuratissimeque nonnullas codicum particulas mihi denuo contulerunt.

Postremo commemoretur hanc dissertatiunculam etsi non argumento tamen forma valde differre a libello, quem amplissimus philosophorum ordo Regimontanus a. d. XV Kal. Febr. h. a. praemio exornavit. examen quod vocamus rigorosum pridie Kal. Iun. h. a. absolvi.




3 2044 058 128 612


BOOK DUE
JUL 8 1989

